


EPITOME ADAGIORVM EX NOVISSIMA

D. ERASMI ROTERO. RECOGNITIONE, PER EBERHARDVM TAPPIVM AD numerum Chiliadum aucta: &, quod diligens Lector facilè uidebit, multis in locis iam, quàm antè, diligentiùs emendata.

Cum Indice rerum ac uerborum locupletißimo, cumq; præcipuorum autorum, è quibus hoc opuſculum concinnatum eſt, nomenclatura.

EX BIBLIOTHECA T. MASŁOWSKI PRÆPOSITI CRACOVIENSIS

COLONIAE AGRIPPINAE,
Impenſis Gualtheri Fabricij I. L.
Anno à Chriſto nato
M.D.LIII.

AD LECTOREM.

Summa operis magni datur hîc tibi candide Lector,
Quàm prius aucta magis, tam uiciosa minus.

Μωμεῦν δ' ἐμε πολλοὶ ὁμῶς κακοὶ ἠδ' ἐπὶ ἐσθλοὶ,
μιμεῖσθαι δ' οὐδεὶς τὴν ἀσόφων μύνατ.

BIBLIOTEKA KORNICKA
14004

MARTINVS GYMNICVS CANDIDO, ARTIVMque humanitatis studioso lectori. S. D.



QVANTA fuerit Ioannis Gymnici, fœlicis memoriæ, patris mei meritò mihi chariſsimi, cura, induſtria, & in faciendis ſumptibus facilitas, ut ex officina ſua quàm optimi, & quàm diligentiſsimè emẽdati autorum libri prodirent, meum forta ſſe non fuerit, humaniſsime lector, uerboſius hic tibi declarare. Illud enim & doctis æqsq; lectoribus, & ijs, qui domeſticè illum, familiariterq; pernouerunt, iudicandum malo, prædicã dumq; relinquere. Vnum tamen illud non tam beneuo

lentia ac pietate in patrem, q̃ rei uerè ita, uti dico, gestæ cõscientia quodammodo cõpulsus, præterire nõ possum: nec uoluntatẽ uidelicet illi, nec conatũ, ut qua debebat fidelitate boni partes librarij perageret, unquam deesse potuisse uideri. Quod si uerò quis dixerit, nonnulla interim, quæ nollet, ijs libris, quos expressos in publicum dederit, accidisse: illi fortasse non malè responderim, in rebus etiam præclarissimis & optimo animo, diligentissimèque institutis, non raro alium, q̃ speraris, euentum contingere. Nec uerò illud, quod sanè quàm uerè & eleganter, à Græcis consueuit dictitari, nobis obijci meritò posse, sustinuerim: Απαντες ἐσμὲν ἐις δ' νουθετῆν σοφοί: Αὐτοὶ δ' ἁμαρτάνοντες οὐ γινώσκομεν. Neque enim

tam

tam ſum uel φιλαυτίᾳ occæcatus, uel priuatis adeò animi affectibus corruptus, ut aut me negem, aut diſſimulem ſcire, cũ patri meo interim aliqua, tum alijs Typographis, in ijs, quos imprimendos curauere libris, præter opinionem ac uoluntatem accidiſſe. Sæpe enim fidelibus induſtrijs q; euenire uideas librarijs, ut dũ & uelle uideantur, & ſingulari cura contẽdant, ut quàm emẽdatiſſima, elegantiſſimaq; omnia ex officina ſua proferantur, id ipſum tamẽ minimè conſequãtur. Aut enim huius incuria, aut illius inſcitia, aut alterius cuiuſpiam imperita arrogãtia, quorum auxilio, dũ ſoli nec uidere, nec peragere queunt omnia, utuntur: uel negligi ſolet aliqd, uel mutari, uel deprauari atq; contaminari. Quod tam

etsi & potest interdū, & debet semper caueri ab integris & accuratis chalcographiæ dominis, repudiandis, quorum opera utebantur, indoctis & infidelibus hominibus: prius tamen, q̄ id deprehendant, si quid est uel erratum incogitantia, uel peccatum ignorantia, uel deniq; deprauatum ignara confidentia, ac stulta quadā arrogantia, nec facilè, nec citò potest corrigi, nisi idem iterum opus, in quo quid eiuscemodi acciderit, excudatur, ac uelut ad limam reuocetur. Proinde, optime lector, oppido q̄ uelim suo quenq; munere, ea tum cura, tū fide, in hac re, ut præclarissima, ita sanè, testibus eruditissimis qbusq;, prudentissimisq; uiris, pernecessaria, fungi: atq; ita illud administrare, ut res tanta, tamq; diuina,

na, mihi aperte monere, uehementer ro
gare, summoq; adeo iure postulare, ac
deniq; clara uoce in omnium aures in-
clamare uidetur. Quod autem ad nos
attinet, quibus Deo sic uolente, hoc
quicquid est muneris, hæreditate pa-
terna obuenit, diligẽtiam, industriam,
studium, curamq; nostram, quanta qui-
dem à nobis præstari poterit, auspice,
opitulatoreq; Deo, studiosis non defu
turam, uerecundè nollem pollicèri, nisi
in spe haberem, futurum per gratiam
Dei, ut & Latinis & Græcis libris
diligenter expressis, quod uerbis polli
cerer, aliquando re declararem. Si
autem in cæteris meo, piæ memoriæ,
patri respondere non potero, certè in
hoc totus ero, huc totis uiribus incum-
bam, ut in ijs, quæ paulò antè comme-

morauimus, neutiquam concedere nisi deamur. Inter cæteros uerò Typographos, si primas ferre aut secũdas (quod in quauis re perpaucis solet, quos æquus, ut inquit ille, amauit Iupiter, contingere) non licebit, conanti spero & adnitenti in tertijs dabitur, aut saltem non in postremis consistere. Video me hercle quanta pollicear: uideo, inquam, profectò quanta sustineam: quæ sanè ut præstare possim mihi forsan aliquis non sine causa timeat. Sed & ipse, tantum non, ut præstem, uereor. Ἀλλὰ τοῦ πόνου φασὶ θεοὶ πάντα πολοῦντα, καὶ σὺν Ἀθηναίῃ καὶ Ἡρακλῆϊ κέρδος ἁνδάνει. *Hominis enim est uelle, & proiuiri adniti, Dei autem successum, progressum, euentumque non infœlicem suppeditare.*

Quam-

Quamobrem omnes etiam literarum ac θεοσεβείας amatores rogatos uelim, ut Deum Optimum Maximũ mecum orare non grauẽtur, quò & confirmare institutum nostrum, & adiuuare labores, & ad communem utilitatem promouere, ac deniq; ad fœlicem exitum perducere nolit ille dedignari. Vale. Coloniæ ex officina nostra, octauo Calendarum Martij. Anno à Christo nato,

M. D. XLV.

QVID PAROEMIA.

PAroœmia, definitore Eraſmo, eſt celebre dictum ſcita quapiam nouitate inſigne: ut dictum generis, celebre differentiæ, ſcita quapiam nouitate inſigne, proprij uicem obtineat.

QVID PAROEMIAE proprium, & quatenus.

Peculiariter autem ad prouerbij rationem pertinent duo: uti celebratũ ſit, uulgoq; iactatum. Deinde ſcitum, ut aliqua ſeu nota decernatur à ſermone cõmuni, id uerò erit quod antiquitate pariter & eruditione commendetur. Celebritas autem Adagiorum eſt ex oraculis numinum, ſapientum dictis, poëta quopiam maximè uetuſto: Scena, hoc eſt, Tragicorum & Comicorum actis fabulis, fabularum argumentis, apologis, euentu, hiſtorijs, apophthegmatis, uerbo temerè dicto. Denique mores, ingenium, ſeu gentis ſiue hominis alicuius, ſiue etiam animantis. Poſtremò rei quoq; uis quæpiam inſignis ac uulgo nota, locum fecerunt Adagio.

QVIBVS EX REBVS NOuitas accedat paroœmiæ.

Nouitatem nonnunq; ipſa res ſecum adfert, nonnun-

nunquam eam figura conciliat, ut Metaphora, quæ penè semper adest, & multas partes complectitur, Hyperbole, Aenigma, quod nihil aliud est, q̃ obscurior allegoria, Allusio, nonnunq̃ Διάλεκτος, id est, uerbi proprietas, Ambiguitas, item eloquendi nouitas, quanquam hæc ipsa nouitas proficiscitur à figura. Deniq; in paroemijs omnes τ̃ γελοίου, id est, ridiculi formas inuenies.

QVOMODO PAROEMIA differat ab ijs, quæ uidentur illi confinia.

Sunt autem quædam affinia paroemijs, ut γνῶμαι, id est, sententiæ: ad hæc αἶνοι, id est, apologi: tum apophthegmata, præterea scommata, id est, falsè dicta. Ea facilè licebit ab adagio secernere, si ad definitionem recurras. Verum quando hæc singula possunt non esse paroemiæ, satis patet q̃ à paroemia sunt diuersa. Quanquam sunt in hoc genere quædam adeò commodè dicta, ut facilè possent in adagiorum ordinem asciſci.

COMMENDATIO PROVERBIORUM à dignitate.

Cognitionem prouerbiorum non in postremis habi tam, uel illud sat argumẽti puto, q̃ primi nominis autores de his uolumina contexere non dedignati sunt.

Quorum

Quorũ primus Aristoteles philosophus, teste Laërtio, Chrysippus ad Zenodotũ. Cleãthes itẽ. Reperiũtur nõ nulla prouerbiorũ collectanea Plutarchi nomine. Citãtur inter paræmiographos ab Athenæo, Clearchus Solensis & Aristides. Deinde Zonodotus, qui Didymi Tarrhæiq; paræmias in compendiũ redegit. Citantur & Theophrasti prouerbia in commentarijs in Demosthenem. Opus quod Zenobij titulo circũfertur à me, sub Zenodoti nomine citabitur. Citatur ab hoc Milo quispiam paræmiographus, item & Dæmon. Extant & Diogeniani collectanea. Multa refert Hesychius, multa Suidas, qui & Theœtetum quendã autorem adducit. Sed quid ego hos, cùm sapiẽtes quidam Hebræi non dubitarint hoc titulo libros aliquot ædere? Nec illud argumẽtũ leue, quod inter bonos autores, ut quisque fuit eruditißimus eloquentißimusq;, ita quàm plurimum adagiorũ suis literis asperſit: quales sunt apud Græcos Plato, Aristoteles, Plutarchus. Iam ut ad Latinos ueniam, omißis utroq; in genere Grãmaticis ac poëtis, & M. Varrone, qui titulos quosdã prouerbiales Menippeis adscripsit, Romani principes magnis de rebus cõsulti, aliquãdo prouerbio respõdisse inueniũtur. Quis nõ ueneretur hoc genus sermonis, quũ ipse Christus peculiariter eo delectatus sit? Apud Græcos his philosophi & sapiẽtes respõderũt. Nec antiquius ullum fuit doctrinæ genus, q̃ paræmiarum.

AD

DE PAROEMIIS.

AD QVAS RES VTILIS paræmiarum cognitio.

Nec minus utilitatis inest prouerbijs, quàm olim adfuerit dignitatis. Conducunt enim quum ad alia permulta, tum potißimum ad quatuor: ad persuadendum, ad philosophiam, ad decus & gratiam oratiõis, ad intelligendos optimos quosq; autores.

COMMENDATIO A difficultate.

Vt non est mediocris artificij, gemmulam scitè includere anulo, & aurum purpuræ intertexere: ita nõ est (mihi crede) cuiusuis paræmiam aptè decenterq; orationi inserere.

QVATENVS VTENdum adagijs.

Primum meminisse oportebit, ut quod Aristoteles admonuit de epithetis, id in adagijs usurpandis obseruemus: nempe, ut illis utamur non tanquam cibis, sed condimentis, id est, non ad satietatem, sed ad gratiã. Præterea, non quouis in loco. Deinde, ne nimis crebrò. In epistolis tamen familiaribus licebit paulò liberius hoc genere ludere.

VARI-

DE PAROEMIIS.

VARIVS PROVERBIORUM USUS.

Potest uariari prouerbiorum usus, ut idem dictum ad complures sensus accõmodes. Vt huiusce rei unum exemplũ habeas: Pertusum doliũ, uel ad obliuiosum, uel ad profusum, uel ad aurum, uel ad futilem, uel ad ingratum traduci potest. Effluit enim quicquid infuderis in animũ immemoris. Apud prodigum nihil durat. Auari cupiditas nunquã expletur. Futilis & garrulus nihil continet.

DE FIGVRIS PROVERBIALIBVS anteà dictum. Nunc fontes aliquot indicabimus, à quibus genus figurarum duci possit.

AB IPSA RE.

Sumũtur enim interdum ab ipsa re, quoties hominem sceleſtum, scelus appellamus: dedecorosum, dedecus: pestilentem, pestem: lurconem, barathrum: tenebrionem, tenebras: contaminatum, labem. Qualia & per comparationem efferre licebit, scelere scelerator, ipsa nequitia nequior, cæcitate cæcior, loquacitate loquacior.

A REBVS SIMILIBVS.

Huic proxima sunt, quæ à rebus similibus trahuntur: ut, Melle dulcior, Niue candidior.

AB

DE PAROEMIIS.

AB ANIMANTIBVS.

Muliere loquacior, passere salacior, hirco libidinosior, ceruo uiuacior, luscinia uocalior, uulpe fraudulentior, lepore timidior, pisce sanior.

A PERSONIS DEORVM.

Mercurio facundior, Venere formosior, Diana intactior, ipsis Charitibus humanior, &c.

A PERSONIS FABVLOSIS.

Hectore facundior, Tantalo esurientior, Cyclope immanior, Oreste insanior, Vlysse dolosior, Iro pauperior.

A PERSONIS COMOEDIARVM.

Dauo uersutior, Euclyone parcior, Phormione confidentior, Thaide blandior.

A PERSONIS HISTORIARVM.

Catone seuerior, Crœso ditior, Zoilo inuidētior, Timone inhumanior, Numa religiosior, &c.

A GENTIBVS.

Pœno perfidior, Scytha asperior, Parthis uanior, Thracibus bibacior, Care uilior.

AB OFFICIIS.

Lenone magis periurus, Milite glorioſior, &c.

DE

DE PRAEMOLLIENDA PAROEMIA.

IAm illud admonendum in usurpandis prouerbijs uidetur, quod in uerbis nouatis aut durius translatis fieri Fabius iubet, uidelicet προεπιπλήττεσθαι τῇ παροιμίᾳ, hoc est, præcastigare, & uelut occurrere paræmiæ, si quando uel obscurior, uel alioqui durior uidebitur. Græci his fermè modis hoc faciunt: μετὰ τῆς παροιμίας. ὥς φασι φασί. ὡς λεγόμενον. ὡς τοῦ λόγου. ὡς παλαιός φησι λόγος. ὥσπερ λέγουσιν. ὡς λέγεται. ὡς λέγομεν παροιμιαζόμενοι, ὡς λέγουσιν οἱ παίζοντες. καλῶς εἴρηται. Id est, Iuxta prouerbium, ut aiunt, aiunt, quod dicitur, quod dici solet, ut antiquitus ait dictum, ut dicitur, ut dicitur, ut dicimus prouerbio, ut dicunt iocantes, rectè dictum est. Iisdem fermè rationibus utuntur Latini: Aiunt, ut aiunt, ut est in ueteri prouerbio, iuxta uulgo tritum sermonem, quem admodum uulgò dici consueuit, ut uetus uerbum usurpem, ut adagio dictum est, uerè hoc dicunt.

EPI-

EPITOME ADAGIORVM D. ERAS. ROTERODAMI, PER EBERhardum Tappium castigata, & ad numerum omnium Adagiorum magni operis locupletata.

ABERRANDI.

Quis aberret à ianua? Τίς ἂρ θύρας ἁμάρτοι; Aristote.

DICI solitum, ubi quis penitus aberrat à uero, totoq; fallitur iudicio. Af fine uidetur huic prouerbio, quod apud Platonem legitur in Phædro: Λυσίας τὸ παντὸς ἡμάρτηκε, id est, Lysias prorsus aberrauit.

Tota erras uia. Τῇ ὁδῷ ἁφαμαρτάνεις. Terentius.

Id est, Tota aberrare uia. Prouerbiũ est in eos, qui uehementer aberrant. Translatũ à uiatoribus, qui nonnunq; ita solent aberrare à uia, ut nõ sine dispẽdio quidem, tamen quo tendebant, perueniant: nonnunq; sic aberrãt, ut longè diuerrant, & in diuersum tendãt. Vnde & exorbitare dicuntur, qui à uero aberrãt. Quinetiam hodie dicitrant, eos in uia esse, qui recto consilio quippiam instituunt: extra uiam, qui qua non oportet ratione, rem aggrediuntur. Sunt fermè prouerbiales & illę metaphoræ doctis usitatissimæ: Depellere à uia, Reducere in uiã, Monstrare uiã, Facere uiam, Sternere uiam, Aperire uiam, Præcludere uiam, Intercludere uiã. Celebre habetur & illud apophthegma: Bene currunt, sed extra uiam.

Toto cœlo errare.

Huic cõfine est, quod usurpat Macrobius Saturnalium libro III. Nunq; ne, inquit, Prætextate tibi uenit in mentem, toto, ut aiunt, cœlo errasse Vergilium?

Macrob.

Ammian⁹ *Extra calcem.*

Extat apud Ammianum, lib. 21. quod est, extra propositum: quamuis uideatur legendum: Extra callem, ubi quis digreditur à re proposita.

AB INITIO AD FINEM.

Aristides. *Ab ipso lare.* ἀφ' ἑστίας ἄρχω.

Id est, à lare incipe. Hoc est à domesticis ac familiaribus initium sumito. Rectè dicetur in magistratus, & alienæ uitæ cẽsores, quorũ officiũ est, ut in primis suã suoq; uitam corrigãt. Interpres admonet dici solitum de ijs, qui ab ipso statim initio uel boni sunt, uel mali: quasi de cas, ab ipsis incunabulis, ꝙ Lar familiã nascẽtes excipiat.

Homerus. *A capite usq; ad calcem.*

Cum rem totam significamus, A capite usq; ad calcẽ, dicimus: Cuius adagij triplex potest esse usus. Aut em̃ ad corpus referetur, aut ad animũ, aut ad rem: qui duo posteriores plus obtinent uenustatis, nimiꝛq; quo plus habent figuræ. Ad corpus apud Homerum: Ες ποδὸς ἠκεφαλῆς, id est, à capite usq; ad pedes. Horatius:

Talos à uertice pulcher ad imos.

Ad rem, ut apud Aristophanẽ in Pluto: Audi ergo, quando totũ ego negocium à pedibus usq; tibi ad caput percenseo. Hieronymus: Contuli cum eo à uertice, ut aiunt, usq; ad extremum unguem. Ad animũ hoc pacto poterit transferri: Ego tibi mores & ingenium illius, breuiter hominem quantus est, à summo, ut aiunt, capillo ad imum usq; calcaneum depingã. Huic affinia sunt: Tu huius rei es caput. Caput tyrannidis, Seditionũ fons. Ad calcẽ uenire, In calce opis. In extremo literaꝛ tuaꝛ calce, Ab ipso exordiri capite. A calce ad caput recurrere, &c.

Tullius. *A capite arcessere, A fonte dicere.*

Quum res ab eo repetitur, quod est in negocio præcipuum à capite arcessi dicitur.

Philostratus. *Prora & puppis.* πρῶρα & πρύμνη.

Id est, Prora & puppis. Prora itaq; & puppi, summã cõsilij nostri significamus: ut, pietas, studioꝛ nostrorum

prora

prora & puppis esse debet. Quibusdam omnium rationum prora & puppis est pecunia. Cõsimili figura dictũ est in Apocalypsi: Ἐγὼ εἰμὶ τὸ ἄλφα καὶ τὸ ὦ. Ego sum alpha & ω. Ego sum rerum omnium summa.

Venimus ad summam lineam. Euripides

Euripides in Antigone: ἐπ' ἄκραν γραμμὴν ἥκομεν κακῶν, Id est, deuenimus summam ad malorum lineam. Horat. Venimus ad summum.

A carceribus. ἀπὸ βαλβίδων. Aristoph.

Id est, à repagulis, siue carceribus. Interpres Aristophanis ostendit metaphoram mutuo sumptam à studijs, in quibus carceres erant repagula quedam, unde cursus initiũ erat. Vnde frequẽtes ille apud Latinos etiam scriptores formulę. A carceribus ad metã, à meta ad carceres.

A carcere. Ἀπὸ βαλβίδος. Idem.

Id est, à carcere, siue repagulo, id est, ab ipso rei principio. Sumptũ è certaminibus equestribus, ubi cursus initium est à carceribus, id est, repagulis, finis meta. Itaque cum exorsum negocij significamus, ab ipsis carceribus dicimus. cum finem, ad metam usq; Veluti, si quis dicat fœdum esse, si quis artifex ab ipso statim carcere peccet: aut, neminem tam ignauum, qui non ἀπὸ βαλβίδος strenuus esse uideatur.

Ad calcem peruenire. Tullius.

Pro eo, quod est, ad metam finemq; Tullius: Vt cum æqualibus possis uiuere, cum quibus tanquã è carceribus missus, cum ijsdem ad calcem, ut dicitur, peruenire. Idem de Senectute: Nec uerò uelim quasi decurso spacio à calce ad carceres reuocari. Ad hanc formam etiam attinẽt: Vsq; ad plaudite, id est, usq; ad extremum finem. Extremum fabulæ actum peragere.

Ab ouo usq; ad mala. Horatius.

Ab initio conuiuij usq; ad finẽ. Horatius Satyra 3. Si collibuisset, inquit, ab ouo usq; ad mala, citaret io Bacche modo summa uoce, modo hac resonat quę chordis quatuor ima. Antiquitus enim cœnam ab ouis auspicaban-

tur malis finiebant. Erit uenustius, si longius trahatur, pro toto opere, toto colloquio, tota nauigatione.

A linea incipere. ἀπὸ γραμμῆς ἄρχεσθαι.

Aristides. A linea incipere dicũtur, qui ab ipso rei exordio sumũt initium. Sumpta metaphora ab his, qui cursu certant in stadijs. Nam ijs linea quædam ducitur, ad quam ex æquo stent, donec currendi signum accipiant. Tertullianus libro I. aduersus Marcionem: Age igitur ad lineas, rursus & ad gradũ. Ad lineas dixit, pro eo quod est ab integro.

A teneris unguiculis.

Plutarch. ἀπὸ τῶν ἁπαλῶν ὀνύχων.

Id est, A teneris unguiculis, id est, à prima puericia. Trãslatum à catulis, quorũ unguiculi nondum duruerunt. Horat. Et incestos amores De tenero meditatur ungui.

Ab incunabulis.

Plautus. Eundem habet sensum: A primis uitæ rudimẽtis. M. Tullius oratoris incunabula uocat primã illã à fundamentis institutionem. Et Vergilius: Gentis cunabula nostræ. Similiter & crepundia pro prima ætate accipiuntur.

Principium dimidium totius.

Hesiodus. ἀρχὴ ἥμισυ παντός.

Principium dimidium totius. Hoc adagio significatũ est, maximam difficultatis partem, in aggrediẽdo negocio sitam esse. Horatius: Dimidium facti, qui cœpit, habet.

Caput.

Terentius. Præcipuam negocij partem, aut autorem rei, Caput uocamus. Terentius: Te esse huic rei caput. Eundem in modum & arcem dicimus rei cuiuspiam. Aristoteles.

ὡς ἀκρόπολίς ἐστι σώτηρίας.

Quoniam incolumitatis arx est. Plato:

κεφάλαιον δὴ παιδείας λέγομεν τὴν ὀρθὴν ξοφήν.

Caput eruditionis censemus rectam educationem. Plautus: Ego caput huic argento fui hodie reperiundo. Ego pes fui. Quin nec caput, nec pes sermonis apparet.

Quod-

Quodcunque in solum uenit. Tullius.

Id est, Quicqd in rerũ natura producitur. Tullius: Hinc quodcunq; in solũ uenit, ut dicitur, effingis, atq; efficis. Ridet atomos Epicureorum, ex quibus illi cũcta progigni credunt, quicquid usquam nascitur in uniuerso.

Exordiri telam. Plautus.

Rem enim, quam arte consilioq; instituimus, exordiri dicimur. Plautus: Exorsa hæc tela est non malè omnino mihi. Tullius dicit Pertexere, p perficere. Pertexe modo, inquit, Antoni quod exorsus es.

Scindere glaciem.

Est aperire uiã & incipiundo negocio priorẽ esse. Trãs Iatũ à nautis, quoꝝ unus aliquis præmittitur, q flumine concreto, glaciem perrumpat, reliquisq; uiam aperiat.

Ea tela texitur. Tullius.

Id est, Eiusmodi negocium in manibus est, & res inceptantur tales. Translatio sumpta à textoribus.

Toto organo. Quintil.

Ea toto organo instructa rectè dixeris, q̃ numeris omnibus constant, & undiq; quadrant. Sumptum & hoc à musicorum instrumentis.

A fronte atq; à tergo. Πρόσω & ὀπίσω. Plato.

Id est, A fronte atq; à tergo. Est diligenter inspicere, & præterita cũ præsentibus ac futuris conferre. Homerus.

Οὐδ' ἐτι οἶδε νοῆσαι, ἅμα πρόσω & ὀπίσω.

Id est, Nec nouit simul à tergo atq; à fronte uidere.

A cœlo usq; ad terram. ἀπὸ οὐρανοῦ μέχρι γῆς. Plautus.

Prouerbialis figura, perinde ualens quasi dicas: quacũq; de re ab extremo initio, usq; ad supremum finem.

Ne inter apia quidem sunt. Aristoph.

Οὐδ' ἐν σελίναις ἐισίν.

Id est, Ne in apio quidem sunt, pro eo quod est, ne ingressum quidem aut initiũ rei attigerunt. Sumpta metapho ra ab ijs, qui hortos ingrediuntur. Nã antiquitus extre

mus ille hortorum ambitus apio conferebatur, quē qui nondum prēteriſſent, uelut in horti limine adhuc eſſe ui debantur. Ariſtophanes in Veſpis: In apio nondum eſt uel ipſo, ſed nec in ruris adhuc, hoc eſt, nec initium habet eorum, quæ ſunt futura. Vel ne in apio quidē, quaſi dicas, ne in primis quidem rudimentis.

Plinius. *Fores aperire.* ἀνοίγειν τὴν θύραν.

Id eſt, Fores aperire, prouerbio dicebatur, qui rei cuiuſpiam ingreſſum initiuḿq; patefaceret.

ABSVRDA, INDECORA, præpoſtera.

Diogenianus. *Fluuius quæ procul abſunt, irrigat.*

Ποταμὸς τὰ πόῤῥω ποτίζων, τὰ δ' ἔγγιον κατα-λείπει.

Id eſt, Fluuius, quæ longè diſſita ſunt, irrigat: quę proxima ſunt, præterit. De his dici conuenit, qui bene merētur de externis & nihil ad ſe pertinentibus: ſuos negligunt. Apparet inde ductum, ὅ ubi fluuius oritur, minor eſſe ſolet, minuſq; argillæ ſecum trahens: & quò longius receſſit à fonte, hoc eſt copioſioŕq; uberioŕq;.

Fruſtra habet, qui non utitur.

Homerus. Τίνυ τόξον ἔχεις ἀνεμώλιον, οὐτως;

Id eſt, Cur fruſtra tibi iam geſtatur inutilis arcus? Si quē increpare uoles, quod ingenio, diuitiis, literis non utatur, quum habeat.

Aſinus auis. ὄνος ὄρνις.

Ariſtoph. Id eſt, Aſinus auis: Sumptū ab omine quopiam. Quidam enim cōſultus de eo, qui aduerſa laborabat ualetudine, forte fortuna cōſpexit aſinum ſurgentē à lapſu, ſimulq; alium quendam audiuit dicentē: Vide quo pacto aſinus quum ſit, ſurrexit. Id ominis arripiens ille, protinus reſpondit: fore, ut ualetudinarius ille reualeſceret. Itaque iocatur Ariſtophanes, quaſi & aſinus auis eſſet, & augurij nonnihil haberet. Dicetur non intempeſtiuè, cum ex indicio quopiam ridiculo colligimus.

Quintilianus. *Herculis cothurnos aptare infanti.*

Quin-

Quintilianus de Peroratione: Nam in paruis quidem litibus, has Tragœdias mouere, tale est, quasi si personam Herculis & cothurnos aptare infantibus uelis. Plutarchus commemorat apophthegma quoddam Agesilai, nõ admodum ab hoc alienum. Cui cum sophista quispiam hoc nomine laudaretur, ꝙ res minimas dicẽdi artificio maximas efficeret. Negauit is uel cerdonẽ bonũ sibi uideri, qui paruo pedi magnum induceret calceum: significans orationem oportere cum re congruere, non aliter quàm uestis conuenire debet corpori.

Lumen soli mutuas. Τὸ φῶς ἡλίῳ δανίζῃς. Plutarch.

Id est, Lumen soli mutuum das. Cum docemus doctissimum, monemus uehementer prudentem: aut cũ conamur exponere, quæ per se sunt clarissima: aut sermone celebrare, quæ sua sponte satilluſtria sunt. Sol enim fons omnis luminis putatur.

Ranæ aquam. Βατραχῷ ὕδωρ. Theocrit.

Id est, Ranæ aquam, subaudiendum ministras. Vbi quid exhibetur, quo uel præcipuè gaudet is, qui accipit. Rectè accommodabitur, ubi quid datur abundanti.

Soli lumen inferre. Quintilianus.

Quintilianus dixit eum soli lumen inferre, qui rem per se euidentissimã conaretur argumẽtationibus probare.

Sus Mineruam. Tullius.

Tritissimum apud Latinos autores adagium: Id est, Sus Mineruam, subaudiendum docet, aut monet. Dici solitum quoties indoctus quispiam atque insulsus eum docere conatur, à quo sit ipse magis docẽdus. Et cũ quis docet alterum, cuius est ipse inscius, propterea ꝙ Mineruæ artium & ingenioꝝ tutela tribuitur à poẽtis.

Mercurius infans. Ἑρμῆς ἀμύθητος.

Id est, Mercurius infans, siue indoctus. Ironia puerbialis, ubi quis fingit se rudem eius artis, cuius est callentissimus. Mercurius enim eloquentiæ disciplinarumq; pater est. In uulgaribus exemplaribus habetur: Mercurius prophanus & non initiatus. Quis enim mysteriorum peritior, quàm Mercurius interpres deorum superis

ris & inferis ex æquo communis, denique μυσαγωγὸς ipse, hoc est, mysteriis præfectus.

Theocri. *Sus cum Minerua certamen suscepit.*

ὗς ποτ' ἀθηναίαν ἔξεριν ἤρισε.

Id est, Cum diua est ausus sus decertare Minerua. Quoties indocti stolidique & depugnare parati, non uerentur summos in omni doctrina uiros in certamẽ literarium prouocare.

Theocri. *Vespa cicadæ obstrepens,*
Pica cum luscinia certat,
Epopa cum cygnis.
σφὴξ βωμεῶν τέττιγος ἐναντίον.

Id est, Scilicet obstrepitãs argutæ uespa cicadæ. Quadrabit in eum, qui certat longè impar cum superiore. Aut qui negocium facessit longè se præstantioribus.

Lucianus. *Currus bouem trahit.* ἅμαξα τὸν βοῦν ἑλαύνει.

Id est, Currus bouem ducit, de re, q̃ præposterè geritur. Translata metaphora à plaustris per decliue retro labentibus, unaq; secum bouem auferentibus.

Cancer leporem capit. Καρκῖνος λαγωὸν ἁιρεῖ.

Id est, Cancer leporem capit. De re nequaquam uerisimili, dictuq; absurda. Veluti si quis dicat ab indoctissimo superari doctum.

Homerus. *Velocem tardus sequitur.* Κιχάνει τοι βραδὺς ὠκύμορον,

Id est, Assequitur celerem tardus. In eum competet, qui uiribus imbecillior, arte atq; ingenio uincit potentiorẽ. Homerus: Nonnunquam assequitur tardus celeremq; citumq;. Eodem pertinet Apologus de uulpe & coruo, prædam eandem cursu petentibus: quam uulpes, celeritate impar, ingenio sibi uendicauit.

Lucianus. *Virgultea scaphula Aegæum transmittere.*

ἐπὶ ῥιπὸς τὸν Αἰγαῖον διαπλεῦσαι.

Id est, Virgulto Aegæũ transmittere. In eos dicitur, qui rem

rem supra modum arduam, leui opera conficere tentant. Extat & hic inter sententias prouerbiales, citatus item ab Aristophanis interprete.

Θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ξίπος πλέοις.

Deo fauente nauiges uel uimine.

Archilochi melos. Ἀρχιλόχου μέλος. Pindarus.

Idest, Archilochi cantio, dicebatur hymnus qui ad multos poterat accommodari, qualem ferunt Archilochi fuisse repertum, qui fuerit ante Pindarum, & alios hoc genus lyricos, qui singulos propriis laudibus exornabant. Archilochi carmē erat idem in omnes, quod cithara canebatur. Citharœdus tantum ad singula cantiōis inter ualla, uictorū nomina sua uoce repetebat: ueluti, si Herculem laudabat, accinebat: Tenella Callinice χαῖρε ἄναξ ἡράκλεες. Aut aliud, si quem alium canebat. Quadrabit in rem priscam ac rudem.

Agninis lactibus alligare canem. Plautus.

Ballio in Pseudulo Plautina: Quia pol qua opera credam tibi, una opera alligem fugitiuum canem agninis lactibus. Qui canem alligat intestinis agninis, is nō modò canem amittit, uerùm & prædam ultro dederit fugitiuo. Sic qui credit homini malæ fidei, & rem perdit, & frustra obligatum habet eum, qui non est soluendo. Lactes enim dicuntur intestina molliora.

Disertè saltare. Tacitus.

Conelius Tacitus in dialogo de Oratoribus, significat hoc conuicium fuisse iactatum in oratores suorum temporum, qui lasciuia uerborū & leuitate sententiarum licentiaq; cōpositionis histrionales modos exprimebāt, atq; adeo laudis, & gloriæ, ingenijq; loco iactabant, saltari cantariq; commentarios suos, oratores temerè dicere, histriōes disertè saltare. Argutia dicti in hoc sita est: oratores histrionicè dicebant, quod illis erat indecorum: histriones ad oratorum actionem sese accommodabant: ita factum est, ut illi peius dicerent, hi saltarent melius. Histrionum est saltare. Oratorum dicere: quod

qui peritè faciunt, diserti uocantur. Locus autem duo diuersa coniunxit.

Eodem collyrio mederi omnibus.

Hierony. Leges, admonitiones, & obiurgationes nõ oportet omnibus easdem admouere: sed pro gẽtium, temporum & ingeniorum uarietate sermonem attemperare. Hanc dexteritatem beatus Hieronymus enarrans epistolam ad Ephesios, laudat in Apostolo Paulo, qui factus est oĩa omnibus, ut omnes lucrifaceret. Verba Hieronymi citantur dist. 29. Nec admirar, inqt, imperiti medici uno collyrio omnium oculos uult curare.

Tullius. *Præposterè.*

Cum censemus rem præposterè geri, ueluti cum populus imperat principibus, aut discipulus docet præceptorem, conueniet illud M. Tullij ex epistola ad Atticum libro 1. (cuius initium est: Quæris ex me) Ego inquit, respondebo tibi ὕστερον πρότερον ὁμαρτικῶς. Est autem figura grammaticorum, quam illi ὑστεροπρωτον siue ὑστερόπρωτον appellãt, cum quod prius est natura, posterius refertur, ueluti si quis dicat: Cornelia Gracchos educauit ac genuit. In Homero talis tropus frequenter est obuius.

Tullius. *Primas iactare hastas.*

M. Tullius lib. de Oratore 2. Primas iactare hastas dixit, pro uelitari, quod ad Oratorem transfert, cuius dictio initio debet esse lenis ac sedata, ut paulatim incãdescat oratio. παροιμιῶδες erit, si ad disputationis aut contentionis exordium transferatur. Idem unico uerbo dicitur, uelitari.

Idem. *Omissis fontibus consectari riuulos.*

In eodem lib. nõ sine prouerbij specie dixit riuulos consectari, pro eo quod est, minus ad rem pertinentia dicere, omisso eo, quod est negocij caput.

Idem. *In herba luxuries.*

Rustici semina copiosius, quàm expedit, herbescentia, dicunt luxuriare: eam præproperam lætitiam appellant luxuriem, quam immissis in agrum iumentis aut pecudibus corrigũt, ꝙd illi uocãt, depascere. Maro: Luxu-

Luxuriem segetum tenera depascit in herba.

M. Tullius li. 2. de Orat. Quod si hic noster Sulpitius faceret, multo eius oratio esset pressior, in qua nunc interdum, ut in herbis rusticis dicere solent, in summa uberta-te inest luxuries quædam, quæ stylo depascenda est.

Sus saltauit. ὗς ἐκῶμασεν. Diogeni.

Id est, Sus saltauit, aut comessatur. Diogenianus ostēdit dici solitum de ijs, qui præter decorum quippiā facerent.

Quam in Tragœdia Comici.

Vbi quis in aliena uersatur harena, inducti dicentur in Tragœdiam Comici. Diuersi generis sunt Tragœdia & Comœdia, nec fas est Tragicas personas in Comœdiam inducere, nec contrà.

Mulgere hircum. τράγον ἀμέλγειν. Lucianus.

Iungere uulpes. ζεύγνυέιν τὰς ἀλώπεκας. Vergilius.

Id est, uulpes iungere. De re palam absurda dicitur. Lucianus: Quid, inquit, amici, an non horum alter hircum mulgere uidetur, alter cribrum supponere: Vergilius in Palæstra:

Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mæui,
Atq; idem iungat uulpes, & mulgeat hircos.

Nocte lucidus, interdiu inutilis.

In nocte lucidus, die uel luce inutilis. De præposteris, qui sapiunt, ubi nihil est opus, cum opus est, ibi dormiunt.

Quum aqua fauces strangulet. Arist.

ὅταν δ' ὕδωρ τὸν φάρυγγα πνίγῃ, τί δεῖ ἔτι πνίειν;

Id est, Quum aqua fauces strangulet, quid iam opus est bibere? Quadrat in eos, qui in absurdissima sententia pertinaciter manent, uel manifesta negantes, quibus cū euidentia disceptes.

Tuum tibi narro somnium.

Τὸ σὸν ὄναρ σοι διηγοῦμαι.

Id est, Tuum somniū tibi narro, id est, Narro tibi quod ipse me rectius nosti.

Nil

Horatius. *Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri.*

Heroicus est in eos, qui ad insaniam usq; imprudentes, non uerentur & confessa negare, & manifesta falsa pro certis affirmare: Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri. Nimirum inter sanos conuenit, & nucem corticem habere duæ, & baccam oleæ, lapillum intus duæ. Proinde ludit operam, quisquis cũ id genus hominibus disceptat, qui dicunt lucem tenebras, & tenebras lucem.

Iupiter orbus. Ζεὺς ἄγονος.

Id est, Iupiter orbus. Vbi quis palàm falsa asseuerat. Constat enim, Iouì quàm plurimos esse liberos, utpote Deo longè mulierosissimo, salacissimoq;, qui non una tantũ corporis parte gignat, sed è fœmore Bacchum, & è cerebro Palladem produxerit.

Suidas. *Balba non credit.* Ἡ ψελλὴ οὐ πιστεύει.

Iocus, puerbialis, ubi quis sua mala conatur dissimulare, quæ præ se fert, etiam cũ dissimulat: ueluti, si quis neget se blesum esse, idq; ipsum non possit nisi blese dicere.

Laërtius. *Iugulare mortuos.*

Pro eo quod est, insectari defunctos, & pugnare cũ eis, qui iam extincti sunt. Translatũ à bellis, in quibus ignauum ac ridiculum sit, prostratos atq; interfectos iugulare. Fiet lepidior metaphora, ut si quis dicat eum iugulare mortuos, qui librum impugnet à nullo nõ damnatum: aut disputet aduersus sententiã, oĩm suffragijs iam olim reiectam: aut si quis uituperet rem omnibus per se detestatam. Aristophanes scripsit τοὺς τεθνηκότας ἀποκλίνειν. Id est, Defunctos occidere.

Mortuum unguento perungis.

Νεκρὸν μυρίζεις.

Id est, Mortuum unguento perungis. De sumptu superuacaneo, siue cum sero quid adhibeat, Moris erat apud priscos, maximè Aegyptios, defunctorum cadauera, ne putrescerent, unguentis perungere. Qui mos & his temporibus apud principes, sicut alia pleraq; gẽtilium, magno stultitiæ argumento durat.

Ad

Ad consilium ne accesseris, antè quàm uocaris. Cato.

Hæc sententia Catonis, teste Plutarcho prouerbialis fuisse uidetur, cuius hæc sunt uerba: Ridiculus igitur, inquit, & prouerbio obnoxius Menelaus, siquidem consultor factus est, non accersitus.

Aduersus solem ne loquitor. Pythago.

Πρὸς τὸν Ἥλιον τετραμμένον μὴ λαλεῖν.

Id est, Aduersus solem ne loquitor, hoc est, manifestis ne repugnes.

Lanam in officinam fullonis. Galenus.

Qui præposterè rem gerũt, ueluti si quis Theologo committat puerũ in Grammaticis rudimentis instituendũ, lanam in officinam fullõis ferre dicit. Fullonum enim ars, non rudem lanam, sed iam contextum pannum tractat. Galenus de differentia pulsuum lib. 2. Quod si quis hæc exactè uelit assequi, prius exercitatum esse oportuit circa prædicamenta. Nam sciũ est, quod dixit Arcesilaus, nemo defert lanã in officinam fullonis. Quemadmodũ eñ est ordo in operãdis lanis, ita est & in disciplinis.

More Carico. Σχήματι Καρικῷ.

Id est, figura siue modo Carico, fieri dicebatur, quod sordidè incompositèq; fiebat, põsertim in rebus obscœnis: quod tamen ad alia transferri potest, uelut ad mores indecoros atq; inciuiles, ad orationem inconditam. Legimus & πλοίῳ Καρικῷ, id est, naue Carica.

Accepta candela. Diphilus.

Diphilus apud Athenæum libro 15. in fabula, cui titulus ἀγνοία, Λαβοντες λύχνον λυχνοῦχον ἐζητοῦμεν, id est, arrepta candela, candelabrum quærebamus. Cum res improuidè geritur, oportuit enim candelabrũ esse paratum, antequam candelam attingeres.

Nec aures habeo, nec tango. Hierony.

Nec aures habere, nec tactum, prouerbio dicebatur, cui in manifestis ab omnibus reclamabatur.

Syncerum uas incrustare. Horatius.

Horatius

Horatius: At nos uirtutes ipsas inuertimus, atq; Syncerũ cupimus uas incrustare. Hoc est, quæ per se recta sunt, ea noxibus alienis impositis deprauamus, atq; obtegimus.

Iuxta fluuium puteum fodit.

Παρὰ ποταμὸν φρέαρ ὀρύττει.

Id est, Ad flumen puteum fodit. De stultam & inanẽ sumente operã. Finitimũ illi: In syluam importat ligna.

Ouidius. *Per parietem loqui.*

Dicitur qui ridiculè quid facit. Siue quod obstante pariete neuter alterum audit.

Eustathi⁹. *Priusquam assa sit farina.* Πρὶν ὀπτῆσαι ἄλευρα.

Id est, Priusquam coxeris farinam, subaudiendum, inspergis, aut simile quippiam. Eustathius in Odyssea refert utrunq; tum hoc, tum illud proximũ. Solita autem est assis carnibus apud quosdam inspergi farina.

Idem. *Priusquam mactaris, excorias.*

Dicẽdum, ubi quid præposterè fieri uidetur: Finitimum illi quod alibi retulimus: Actum agere.

Hierony. *Prius antidotum, quàm uenenum.*

Conueniet uti, quoties aliquis se purgat, antequam accusetur. Antidotus enim aduersus uenena datur. Hanc nemo sumit, nisi gustato ueneno.

Capra nondum peperit, hœdus autem ludit in tectis.

Zenodo. Αἴξ οὔπω τέτοκεν, ἔριφος δ' ἐπὶ δώμασι παίζει.

Id est. Nondum enixa capra, at iam ludit in ædibus hœdus. Qui gloriantur iam assequutos sese, cuius nefunda menta sunt quidem iacta.

Prouerb. 11. *Anulus aureus in naribus suis.*

Vbi res quæpiam per se præclara, illic adhibetur, ubi minimè addecet. Vt si stulto cõtingant opes, fatuæ forma, genus ignauo, eloquentia uiro improbo, magistratus imperito.

Martialis. *In mari aquam quæris.* ἐν θαλάσσῃ ζητεῖς ὕδωρ.

Id est, in mari quæris aquam. Si quis in morib⁹ scelestissimi

simi hominis unum aut alterę admissum uestiget, quum tota uita sit contaminata.

Vmbram suam metuere. τὴν ἑαυτοῦ σκιὰν φοβεῖσθαι. Socrates.

Id est, suam ipsius umbram metuere. Dicuntur, qui pueriliter trepidant, ubi nihil omnino sit periculi.

Furari littoris arenas. Ouidius.

Littoris arenas furari dicitur, qui rem ab omnibus neglectam & incustoditam tollit.

Canem excoriatam excoriare. Aristoph.

κύνα δέρειν δεδαρμένην.

Id est, Canem excoriare excoriatā. Suidas ait dici solere de ijs, qui iterę ea patiuntur, quibus aliquando fuerunt afflicti. Aut in eos dicit, qui frustra sumunt operam.

Nudo uestimenta detrahere. Plautus.

Pro eo quod est: Ab eo sperare emolumentum, cui ne sit quidem quod auferri queat.

Nudo mandas excubias. γυμνῷ φυλακὴν ἐπιτάττεις. Zenodo.

Id est, Nudo custodiā mandas. Quoties negocij quippiā mandatur ei, cui deest præstādi facultas, obeundęq; pro uinciæ propter inopiam neutiquam idoneus est.

Caput artis est, decere quod facias. Quintil.

Id usurpare licebit, non solum ubi quid fiet parum decore: ueluti si cantillet aut luserit senex, si præeat & obiurget iuuenis, uerumetiam cum negabimus quibuslibet quiduis esse decorum.

Gallos quid execas? τοὺς γαλλοὺς τί τέμνεις;

Id est, Gallos quid execas? Quid actum agis? Nam Galli Cybeles sacerdotes, sua sponte sunt exectis testibus.

In aëre piscari. *In mari uenari.*

Quadrabunt simpliciter in eos, qui frustra moliuntur. Plautus.

Vt si quis magistratibus uitam tranquillam, in uoluptatibus beatam, in opibus fœlicem quærat. Diogenianus.

Piscem natare doces. ἰχθὺν νήχεσθαι διδάσκεις.

Id

Id est, Piscem natare doces. Perinde est ac si dicas: Doctum doces.

Suidas. *Lupi alas quæris.* Λύκου πτέρυγας ζητεῖς.

Id est, Lupi alas quæris. De ijs, qui quærunt ea, quæ nusquam sunt.

Boue uenari leporem.

Plutarch. Τὸν βοῦν τὸν λαγὼν κυνηγετεῖν.

Id est, Boue leporem uenari. Dicuntur qui rem absurdam, stultam ac præposteram aggrediuntur. Veluti, si quis in curia Romana citra pecuniam ambiat Episcopi dignitatem.

Idem. *Serenitati nubem inducit.*

Εὐδίᾳ γὰρ ἐπάγει νέφος.

Id est, Serenitati nubem inducit. De eo qui inter pocula ludosq; uirulentum aliquid admiscet, quod offuscata hilaritate frontem corruget, supercilia q; contrahat.

Horatius. *Dum genua uirent.*

Studendum bonis literis, dum adhuc uiget ingenium.

Theocrit. *Ceruus canes trahit.* Τοὺς κύνας ὁ ἔλαφος ἕλκει.

Id est, Canes ceruus trahit. Inter adagia, quibus præposterum quippiam significamus, annumerandum. Præposterum enim est, ut ceruus uenetur canes.

Plutarch. *Aquam igni miscere.* Πῦρ ὕδατι μιγνύναι.

Id est, Ignem aquę miscere. Est contra rem natură agere.

Idem. *Faber cum sis.*

Τέκτων ἢν ὢν οὐκ ἔπραξας ξυλουργικά.

Id est, Faber cum sis, opera haud facis fabrilia. Congruet in eum, qui tentat ea, ad quæ non est idoneus, ut si rhetoricetur Scotista.

Lucianus. *Elephantum ex musca facis.*

Ἐλέφαντα ἐκ μυίας ποιεῖς.

Id est, Elephantum ex musca facis. Id est, Res exiguas uerbis multis attollis atq; amplificas.

Ebur

Ebur atramento candefacere. Plautus.

Est genu næ formę cultum atq; ornatum externum inducere, quo decus illud natiuũ obscuretur magis, quàm illustretur.

Exacta uia uiaticum quærere. Seneca.

Quadrat in senes auaros. Laborat enim ea ætas plerunque hoc uicio, ut quò minus supereſt uitæ, hoc magis sit de uictu solicita.

Qui sese non habet, Samum habere postulat.

Ὃς ἑαυτὸς οὐκ ἔχει, Σάμον θέλει. Plutarch.

Id est, Qui sese non habet, Samum cupit. Natum est ex historia quapiam, cuius meminit Plutarchus. Athenienses urbe uictoria tradita, postularunt ut Samum dunta xat sibi relinqueret, atq; is respondit ad hunc modum: Cum uestri fueritis, tum alios habere postulate.

Leonis exuuium super crocoton. Aristoph.

Λεοντῆν ὑπὲρ κροκωτῷ.

Id est, Leonis exuuium super crocoton. Cum duo quæpiam copulantur, quorum alterum cum altero nequaquam congruit.

Cantherium in fossa. Liuius.

Hoc licebit uti, quoties quis ad id negocij trahitur, in quo nequaquam ualeat.

Iocandum ut seria agas. Aristote.

Aristoteles lib. moralium Nicomachiorũ 10. refert sententiam Anacharsidis, qui taxarit eos qui seria agunt, ut iocentur, quum iocus in hoc interdum admittendus sit, ut seriis rebus uacare liceat. Aristoteles: Studere uerò ac laborare ludendi gratia, stolidum uidetur atq; admodum puerile. At ludere ut agas seria, iuxta Anacharsidis sententiam, rectè uidetur habere.

Ex natali emortualem facere. Plautus.

In Pseudulo Ballio leno coactus reddere argentũ, dicit: Certum est mihi hunc emortualem facere ex natali die.

E mortualem dixit, pro tristi ac funesto: Natalem, pro læto ac fœlici.

Aristot. *Ibyci equus.* Ἱβύκου ἵππος. Id est, Ibyci equus, in locum prouerbialē abijsse uidetur, de ijs qui nolentes præter ætatem ac utres ad periculosum negocium adigerentur.

Quintili. *Caligare in sole.*

Pro eo quod est, inter clarissima cęcutire: Idq; solet accidere uitiosis oculis, qui nihil uident in luce, quàm maximè perspicua. Non inuenustè torquebitur in istos, qui uelut obscura caussantur, quicquid eruditum fuerit.

Plautus. *Teipsum non alens, canes alis.*

Αὐτὸν οὐ τρέφων, κύνας τρέφεις.

Id est, Quum teipsum non alas, canes alis. Breuiter, conueniet in omnes, qui, quæ ad uoluptatem aut splendorem pertinent, curant, neglectis his, quæ magis sunt necessaria.

Ouidius. *Mari è fossa aquam.*

Subaudiendum, infundis. Idem: In syluam ferre ligna.

Mus non ingrediēs antrum, cucurbitam ferebat.

Μῦς εἰς τρώγλην οὐ χωρῶν, κολοκύντην ἔφερε.

Id est, Mus non potens subire antrum, gestabat cucurbitam. In eum congruit, qui quum ipse sibi consulere non possit, alijs conatur opitulari.

Solem adiuuare facibus.

Gratianꝰ. Gratianus causa 6. q. 1. ex Anacleto Papa hoc prouerbium refert in eos, qui hic usurpant sibi diuinum iudicium quod nullus hominum poterit effugere. Nam incerta sunt hominum iudicia, neq; secus se habent ad iudicia Dei, quàm fax ad solem. Si omnia, inquit, in hoc seculo uindicata essent, locum diuina iudicia non haberent. Superuacuis laborat impendijs, qui solem certat facibus adiuuare.

Zenodo. *Ad mensuram aquam bibunt, citra mensuram offam*

offam comedentes.

Μέτρῳ μὲν ὕδωρ πίνοντες, ἀμιξίᾳ δ' μάζαν ἔδοντες.

Id est, Ad mensurã bibẽtes aquam, citra mensurã offam edentes. Vnde poterit accommodari in eos, qui ex sumptuosis delicijs opibusq; rediguntur ad extremã inopiam.

Aliorum medicus, ipse hulceribus scatens. Plutarch.

Ἀλλωμὶατρός, αὐτὸς ἕλκεσι ῥύπων.

Id est, Alijs medicus, at ipsus hulceribus scatens. In eos torquendum est, qui erratum castigant, inceſſuntq; alienum, intercutibus uicijs ipſi madentes. Illud uulgò tritissimum: Medice, tibi medicus esto.

Anus Eriphus. Γραῦς ἔριφος. Zenodo.

Id est, Anus hœdus. Apollodorus apud Zenodotum, ait: Anum quãdam fuisse, quę uulgò dicta sit Eriphia, quòd in uirginitate consenuisset, perinde quasi eadem & anus esset per ætatem: & puella, & adhuc innupta.

Titius.

Titium saltare dicebantur, qui incompositè ac solutè gestiebant. Fuit enim huiusmodi saltationis genus, quod à Titio quodam malo oratore nomen inuenit.

Anus saltat. Γραῦς χορεύει.

Id est, Anus saltat. In eum conuenit, qui indecorè quippiam facit: Veluti si senex ludat nucibus, &c.

Anus cothonissat. Γραῦς κωθωνιζόμενη.

Id est, Anus cothonizantes. Dicitur de uetulis indecorè lasciuientibus. Cothon Græcè temulentum significat, Inde fictum uerbum κωθωνίζειν.

In toga saltantis personam inducere. Martialis.

Est quippiam facere neutriq; decorum. Veluti si senex aut theologus ineptiat: aut si quis serijs misceat ludicra.

Camelus saltat. Hierony.

Veluti si quis natura seuerus ac tetricus, affectaret elegãs

& festiuus uidert, naturę uim faciens. D. Hieronymus in Heluidium: Risimus, inquit, in te prouerbium: Camelũ uidimus saltantem.

Diog. La. *Lucernam adhibes in meridie.*

Λύχνον ὦ μεσημβρίας ἅπτεις.

Id est, Lucernam accendis in meridie. Id est, facis quippiam non suo tempore. Aut explicas, quæ per se sunt clarissima.

Plutarch. *Claue findere ligna, & securi fores aperire.*

Τῇ Κλεισὶ τὰ ξύλα σχίζαν, τῇ δὲ ἀξίνῃ τὴν θύραν ἀνοίγαν πειρᾶς.

Id est, Claue ligna findere, securi uerò fores aperire conaris. Veluti si quis liberos metu studeat emendare, seruos beneficijs sibi adiungere.

Cani das paleas, asino ossa.

Κυνὶ λίδωις ἄχυρα, ὄνῳ δὲ ὀστέα.

Id est, Cani das paleas, asino uerò ossa. Veluti si quis indocto munus mittat literarium, erudito flosculos, aut gladium, balteúmue.

Suidas. *Vulpes bouem agit.* ἀλώπηξ τὸν βοῦν ἐλαύνει.

Id est, Vulpes bouem agit. Cùm res absurdè geritur. Nihil enim uulpi cum agricolatione. Veluti si quis Poëta de rebus sacris concionetur.

Ante barbam doces senes.

Cùm imberbis maiorem natu docet. Odi puerulos præcoci sapientia.

Dasypus carnes desiderat.

Δασύπους κρεῶν ἐπιθυμεῖ.

Id est, Dasypus carnes desiderat. Dicitur in eos, qui ea re quirunt ab alijs, quæ ipsis affatim sunt domi.

Terentius. *Tute lepus es, & pulpamentum quæris.*

Donatus exponit prouerbium hoc in molles cõuenire, propterea quod lepus à posteriore parte, hoc est, à lũbis

&

& clunibus pulpamentum de se præbeat, eaq; corporis parte lautissimus sit.

Sydera cœlo addere. Ouidius.

Pro eo quod est, adiũgere quibus ipsis summa est copia.

Culicem colant. Matt.23.

Cæterũm ex Euangelicis adagijs illud non possum prętermittere, quod in superstitiosos quosdam & prępostere meticulosos dictum est à præceptore nostro IESV, q uel ignorantes uel dissimulantes, quibus in rebus sita sit uera Christiana q; pietas, in nugis sibi nũc placent, nũc trepidant, in maximis securi.

Smaragdus in luce obscurus.

ἄρίγνωτος σμάραγδος ἐν μιῷ τοῦ φάει σκοτεινός.

Id est, Insignis smaragdus in luce quidẽ obscurus. In eos dici solitum, qui præposterè ibi semet occultarent, ubi maximè conueniebat ædere uirtutis specimen.

ACCESSIO PVSILLA AVT NIMIA.

Crœsi pecuniæ teruncium addere. Tullius.

M. Tullius lib. de Finib. 4. Itaq; in quibus propter eam exiguitatẽ obseruatio consequitur, sæpè accidit, ut nihil intereſſe nostra fateamur, sint illa, nec ne sint: ut in sole, quod à te dicebatur, lucernam adhibere, nihil interest, aut teruncium addere Crœsi pecuniæ. Teruncij nummi à tribus uncijs dicti utilitas, prouerbio locum fecit. Crœsus Lydorum rex inter prodigiosè diuites celebratur.

Piscis eget sale. Ἰχθὺς δ' ἔστ' ἁλός.

Id est, Piscis eget sale. De re absurda & incredibili. Nec enim uerisimile est, pisces in mari agentes opus habere sale. Aristote.

Holerum appositiones.

ἅι τῆν λαχάνων προσθῆκαι.

Id est, Holerum additamenta. De re nullius momenti. Sumptum uidetur ab holeribus appositis in mensa, uili nimirùm cibo. Autor Diogenianus. Diogeni.

Gleba aruum. Βῶλος ἄρουρα.

Id est, Gleba aruum. Vbi quis exigua maximis apponit, credens sese nonnihil iuuare. Nihil enim adfert momẽti si gleba aruo adiungatur.

Gutta uini.

Σταλαγμὸς οἴνου μυρίοις χοεῦσιν ὕδατος οὐ μίγνυται. Id est, Gutta uini non miscetur aqua sæpius infusa. Cum paulo boni nimia mali uis admiscetur. Diluitur eñ & euanescit, si pauxillum uini plurima corrumpas aqua.

Lucianus. *Ne maior thylaco accessio.*

Hoc uti licebit prouerbio, cùm digressio longior est, q̃ ipsa res. Translatum est à mulionibus, qui præter legitimum onus uascula quædam superimponunt. Thylacus enim culeus est, siue mantica parata gestandis oneribus. Ergo cùm digressio longior est, quam res ipsa, uti licebit prouerbio.

AD REM PERTINENTIA.

Plutarch. *Nunc in regionem ueni.*

Νῦν εἰς χώραν ἦλθον.

Id est, Nunc in regionem ueni. Ab ijs dictari solitum, qui tandem sua sponte illuc, quò oportuit, perueniunt, quũ diu non quiuerint.

Aristotel. *Ipsum ostij limen tetigisti.*

Αὐτὸν κέκρουκας τ̃ βαθμὸν τῆς θύρας.

Id est, Ipsum attigisti limen ostij pede. Dici solitum, quoties ad rem ipsam peruenitur.

Plautus. *Rem acu tetigisti.*

Pro eo quod est, Rem ipsam diuinasti, nihil aberras. Igitur Acu tangere, perinde est, quasi dicas: ipsissimum punctum attingere.

Homerus. *Aedibus in nostris, quæ praua aut recta gerũtur.*

ὅστι τοι ἔνδον μεγάροισι κακὸν τ̃ ἀγαθόν τε τέτυκται.

Quo uersu monemur, ut ea potissimũ, quæ ad nosipsos pertinent curemus: externa atq; aliena ne inquiramus.

Ipsi

Ipsi curandum. Aristoph.

Αυτῷ μελητέον, ἀλλ' ὦνι τὸν οἶκον.

Id est, Ipsi curandum est, sed in domum. Natum autem ab ædibus quibusdam maximis, quę locabantur conducere uolentibus. Græci scriptores torquent in eos, qui rebus alienis liberius utuntur, ut solent qui in conducto habitant.

Omissis nugis, rem experiamur. Homerus.

Qui conuicijs omissis iubebit ipsa re periculũ fieri, uter uincat aut uincatur, non ineptè accommodauerit illud Iliados x.

Sed pręstat pugnam committere cominus, ut mox
Vtri Iuppiter esse uelit laudemq; decusq;,
Perspicuum fiat.

Pedem conferre. Tullius.

Vbi propius acceditur ad rem. Autor Cicero.

Ab unguibus incipere.

Ἐκ τῶν ὀνύχων ἄρχεσθαι.

Dici solitum, quoties à leuissimis, minimèq; ad rem pertinentibus ordimur. Huic contrarium: A capite incipere, cũ illud quod præcipuum in causa est, aggredimur.

ADVLATIO.

Mercenarium præconium. Tullius.

Laudes non ex animo tributas, sed commodi gratia per adulationem oblatas. M. Tullius actione in Verrem 3. mercenarium præconium appellat.

Saluete equorum filiæ. Aristote.

Apparet ioco uulgari fuisse iactatum in eos, qui emolumenti gratia blandiuntur.

Verbis coquinarijs.

Ῥήματα μαγειρικὰ, id est, uerba coquorum, uenustè dixit Aristophanes in Equitibus, pro uerbis mollibus, blandis ac dulcibus. Coquorum enim est edulcare cibũ per se subausterum. Aristoph.

Aristoph. *In ostio formosus.* Ἐμ θύρᾳ καλός.

Id est, In ostio formosus. De ijs, qui adamantur, uulgoq; gratiosi habentur.

Pindarus. *Pithon formosus.* Πίθων καλός.

Id est, Pithon formosus. Pithon p simiolo ponitur animali. Conueniet, ubi quis per adulationē falso laudat.

Athenæus. *Myosobæ.* Μυσοβόαι.

Myosobæ, muscarum abactores, à Persarum delicijs natum adagium, ut indicat Athenæus, qui in conuiuijs Myosobas adhibebant quod apud Italos iam uulgare. Dicetur rectè in eos, qui in friuolis cuipiam obseruire conantur.

Aristote. *Haud quaq; difficile Athenienſem Athenis laudare.*

Quemadmodū enim dixit Socrates, οὐ χαλεπὸν Ἀθηναίοις ἐν Ἀθήναις ἐπαινεῖν. Id est, Haud difficile est Athenienses Athenis laudare. Dictum est autem propter encomia orationesq; panegyricas, quæ Athenis ex more exhibebantur ijs, qui fortiter opperijssent in bello: in quibus quia plurima dicebantur in laudem populi Athenēsis, pronis auribus audiebantur, propterea quòd suis quisque laudibus fauet.

Horatius. *Cura esse quod audis.*

Conuenit in diuites, qui ita demum fœlices fuerint, si id studeant esse quod audiunt ab adulatoribus.

Aristoph. *Ficum cupit.* Σῦκον αἰτεῖ.

Id est, Ficum petit. In eum dicebatur, qui commoditatis alicuius gratia blandiebatur. Athenienses agricolis blandiri solebant, ut ab illis ficos præcoquos acciperent.

De fera comedisti. Ἀγρίου βέβρωκας.

Id est, De fera comedisti. Dicebatur olim oscitanti. Nam uulgo creditum, carnem ferinam comesam crebras oscitationes excitare. Venustius erit, si commodè transferatur ad supinos, oscitabundos & negligentes.

Ἀδελφίζειν.

Dicuntur, qui uocabulis adoptiuis alicui blandiūtur, & frater-

fraterculum appellant. Horatius: Frater, pater, adde.

Demulcere caput. Quintili.

Pro blandiri: sumptum ab adulantium gestu. Hieronymus ad Augustinum: Prætermitto salutationis officia, quibus meum demulces caput.

Refutantis laudem immodicam. Homerus.

Οὔτι ἐγὼ θεός εἰμι, τίμ' ἀθανάτοισιν ἐίσκεις;

Id est, Nullum ego sum numen, quid me immortalibus æquas? Plutarchus monet, ut hoc Homericũ carmen semper habeamus in promptu, tanquam pharmacum adversus uenenum adulationis: aut ubi quis nos magnificentius quàm pro merito laudat.

Cauda blandiri. Κέρκῳ σαίνειν. Aristoph.

Cauda blandiri dicuntur, qui spe commodi cuipiam adulantur.

Præstat habere acerbos. Tullius.

M. Tullius in dialogo de Amicitia: Scitum est enim illud prouerbium Catonis: Multò melius de quibusdã acerbos inimicos mereri, quàm eos amicos, qui dulces uideantur. Equidem ut præclaram esse sententiam fateor, ita prouerbium esse negauerim. Tamen adscribendum puta uimus ne quis indigentia prætermissum existimaret.

Benignior pellace uulge.

ὠ πολλῷ μᾶλλον ἵλαος ἀμύλης ἀλώπηξ. Dioge.

Id est, Pellace quanto est blandior uulpecula. De eo, qui commodi sui causa simulat beneuolentiam.

Letale mulsum. Θανάσιμον μελίκρατον.

Id est, Letale mulsum, dicitur quicquid ita iucũdum est, ut idem sit perniciosum. Legimus & Mellitũ uenenum apud Plinium.

χρηστολόγος. *Chrestologus.* Pau. Apo.

Chrestologi dicebãtur, qui probè loquuntur & improbè faciunt. Paulus in Epistola ad Romanos, huiusmodi blandiloquentiam χρηστολογίαν uocat.

Horatius. *Iopæan.*

Athenæus sic citat ἰὴ παιάν. Acclamatio prouerbialis, qua consueuimus uti, regnauiter & fœliciter peracta.

Zenodo. *Polycrates matrem pascit.*

Πολυκράτης μητέρα νέμει.

Id est, Polycrates matrem pascit. Hoc adagium ex historia petunt, narrantes Polycratem Samiorum tyrannum matres militũ, qui in bello interfuissent, recensuisse, easq; locupletioribus ciuibus nutriẽdas tradidisse. Ego puto non incommodè posse usurpari, quoties aliquis in commendandis amicis est benignior officiosiorq;.

Ipse semet canit. Αὐτὸς ἑαυτὸν ἀυλεῖ.

Id est, Ipse suimet tibicen est, hoc est, ipse cuiusmodi sit, factis ipsis declarat. Adagium in utramlibet partem poterit applicari, bonam uel malam.

Aesopus. *Magis ipse Phryx.* Μᾶλλον ὁ φρύξ.

Id est, Magis ipse Phryx. Equidẽ coniicio dictatũ, quoties ea magis probarẽtur, non quæ ueriora sint, sed quæ adulantius dicta.

Plato. *Pulchrè dixti, Bellè narras.* Καλῶς ἔλεξας.

Huc pertinere uidentur ironiæ illæ prouerbiales, passim in comœdijs obuiæ. Dixti pulchrè, Bellè narras. De re dicta uehementer absurda. Plato in Euthyd.

Plutarch. *Climacides.* Κλιμακίδες.

Id est, Scalulæ. Per iocum uocari poterunt, qui se diuitibus ad quiduis obsequij submittunt, etiam si sordidissimum sit.

Glossogastores.

Qui linguam habent uenalem, ea loquentes, quæ uentri conducunt.

Tullius. *Ex cohorte prætoris.*

Qui ad omnem nutum præsto sunt, & cum autoritate deliguntur ad hoc, aut ad illud exequendum, ex cohorte prætoris appellari dicuntur. Ministri prætorum non egent

egent alia excusatione, quàm ut dicant se, quod fecerũt, illorum iussu fecisse, ut iam in prętorem sit actio, non in ministros. Simile imperium in quosdã cibo officijsq; sic deuinctos, ut nihil ausint recusare.

Consessus in ludo talario. Idem.

Nec prouerbij specie caret, quod habetur in epistola ad Atticum lib. 1. Consessus talarius, pro cõuentu hominũ parum honoratorũ. Nam consessus, Grącè συνέδριον, pro prię dicitur Senatus, aut iudicũ, qui solent ex honestissimis deligi. In consessu Talario, qui nequissimus est, primas tenet, uerba Ciceronis hæc sunt: Nõ enim unquam turpior in ludo Talario consessus fuit, maculosi Senatores, nudi equites, Tribuni non tã ærarij, quàm ut appellantur ęrati, pauci tamen boni inerant &c. Quanquam & is iocus est prouerbialis, quod ait illos uulgo appellari solere pro tribunis ęrarijs, tribunos ærarios, hoc est, obæratos, aut certè bene numatos peculatu. Tribuni ærati.

AEQVANIMITAS.

In re mala, animo si bono utare, adiuuat. Plautus.

Fortiter ferendo uincitur malũ, q̃d euitari non potest.

Magistratum gerens, audi & iustè & iniustè. Solon.

Ἄρχων μὲν ἄκουε καὶ δικαίως καὶ ἀδίκως.

Id est, Princeps iniqua & æqua pariter audias. Sumptum aiunt ex Solonis elegijs. Admonet, ut qui in tractandis Reipub. muneribus uersatur, patientissimis sit auribus, æquoq; sit animo, & bene & malè audire cõsuescat, nec facilè populi uel laudibus uel conuicijs à recto dimoueatur.

Iactare iugum. Iuuenalis.

Est incommodè ferre seruitutis necessitatem. Translatum à bubus, nondum assuetis iugo.

Ad finem ubi perueneris, ne uelis reuerti. Plutarch.

Μὴ ὑποστρέφειν ἐπὶ τοὺς ὅρους ἐλθόντα.

Id est, Ne reflectas, ubi ad terminum perueneris. Finem uitæ æquo animo feras, ne dixeris illud Vergilij:

O mihi

O mihi præteritos referat si Iuppiter annos.

AEQVALITAS.

Aequa concertatio.

Homerus. Cum significabimus duos ex æquo paratos ad disceptãdum, rixandumue, licebit accommodare carmen illud ex Iliados quinto libro.

Τὼ μὲν Δὴ χεῖράς τε Ϛ ἔγχεα ὀξυόεντα,
Αντίον ἀλλήλων ἐτέτιλω μεμαῶτε μάχεσθαι.

Id est, Illi inter sese iamiam pugnare parantes
Obtendunt, pariterq; manus, præacutaq; pila.

Cicero. *ἴσον ἴσῳ. Par pari.*

Dicimus ubi quid ex æquo moderatũ significamus. Ductum à potatoribus, qui frequenter de æqualitate disputant, interdũ pugnis & ensibus. Sed olim æqualitas erat, ut tantundem adderent aquæ, quantum esset uini.

Pari iugo.

Plinius. Pro eo quod est, pari studio, pariq; conatu.

Homerus. *Pertinax contentio.*

Quoties ostendimus obstinatam ac muliebrem æquãliũ inter ipsos contentionem, quum neuter alter uult inferior uideri, conueniet illud, quod Iliados 4. lib. Iuno dicit ad Iouem:

Καί Ϛ ἐγὼ θεός εἰμι, γένος δ' ἐμοὶ ἔνθεν, ὅθεν σοί; i.

Ipsa etiam dea sum, genus inde mihi, unde tibi ortus?

ALIA ALIIS PLACENT.

Strabo. *Fœlix Corinthus, at ego sim Teneates.*

Εὐδαίμων γε Κόρινθος, ἐγὼ δ' εἴην Τενεάτης.

Id est, Fortunata Corinthus, at ipse sim Teneates. Teneaticus quidã haud procul à Corintho, nemorosus & amœnus. Porrò Corinthiorum opulentia insignis fuit. Tempestiuum fuerit hoc uti, quoties in cõtentione duorum, non inficiabimur alterum per se præstantius, uerùm alterum magis arridere placereq; animo nostro.

Quot

Quot homines, tot sententiæ. Terẽtius, in Phor. A. 3. 3.

Idem: Suus cuiq; mos est: Persius.
Mille hominum species, & rerum discolor usus. Persius sat. 5.
Velle suum cuiq; est, nec uoto uiuitur uno.

Suum cuique pulchrum.

In eos, quibus sua qualiacũq; sunt, tamen studio magis quàm iudicio placẽt. Est autem à communi mortalium ingenio sumptũ, quibus usqueadeò insita est illa Philautia, id est, amor sui, ut neminem tam modestum, tam attentum, tam oculatum inuenias, quin in propriis æstimandis quadam animi propensione corruptus, cæcutiat atq; hallucinetur.

Asinus asino, & sus sui pulcher. Alcimus.

ὄνος τ' ὄνῳ κάλλιστον, ὗς δὲ τῷ σῒ.

Id est, Asinus asello pulcher est, & sus sui.
Simile simili placet. Conueniet, ubi inter inhonestos, si militudo morum & instituti conciliat beneuolentiam: ueluti cum miles placet militi, aleator aleatori, potator potatori, sophista sophistæ.

Balbinum polypus Agnæ delectat. Horatius.

Eodem pertinet, quod alibi dixit Horatius:
Turpia decipiunt cæcum uicia, aut etiam ipsa hæc.
Delectant, ueluti Balbinum polypus Agnæ.
Nam Balbino stultè amanti, etiam polypus Agnæ amicæ suaue quiddam olere uidebatur. Est aũt polypus uicium narium graue olentium, itidem ut hircus alarum. Vnde & polyposos & hircosos dicimus.

ALIBI DIMINVTVM ALIBI REDDITVM.

Claudus optimè uirum agit. Ἀχρεῖος χωλὸς ὀφθῆναι. Athenæus.

Id est, Optimè claudus uirum agit. Dici solitũ ubi quispiam suam sortem, uel parùm egregiam anteponit alienæ, tametsi præstantiori.

Non omnia possumus omnes.

Homerus. Vergilius.

Haud

Haudquaquam poteris sortirier omnia solus.
Nanq; aliis diui bello pollere dederunt,
Huic saltandi artem, uoce huic citharaq; canendi.
Rursum alij inseruit sagax in pectore magnus
Iupiter ingenium, at multis est utilis ille.

Hesiodus. *Facta iuuenum, cõsilia mediocrium, uota senum.*

ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων.

Id est, uota senum, consulta uirorum, & facta iuuentæ. Nam uiribus ea ætas præpollet. In consilium ascisci mediocris ætatis uiri, propterea quòd in his nonnihil detrito uirium uigore, ualeat tamen usu rerũ aucta prudentia. Senes, utpote religiosi, solent superis optima precari.

Plato. *Marinam auditionem fluuiali abluit sermone.*

ἁλμυρὰν ἀκοὴν ἀπεκλύσατο ποτίμῳ λόγῳ.

Id est, Salsuginosum sermonem potabili diluit oratione. Quod audire erat molestũ, id diuersa oratione edulcatur. Quod erat gustus, id traductum est ad aures. Etenim quod palato aqua marina, id auditui sermo placidus atq; benignus.

Homerus. *Quod alibi diminutum, exæquatur alibi.*

In eum, in quo desideratur uirtutis aliquid, sed cuius iactura alia quapiam dote compẽset. Veluti si quem intelligi uelimus parùm eloquẽtem, sed admirabili tamen iudicio. Aut qui sit indoctus quidem, sed bene numatus, comperet illud ex Iliados κ.

Ὅς δ' αὖ τοι εἶδος μὲν ἐνὶ κακὸς, ἀλλὰ ποσὶν ὠκύς. Id est. Qui ore quidem deformis erat, pedibus tamen acer.

Semper seni iuuenculam subijce.

Diogenianus. ἀεὶ γέροντι νέαν ἐπιβάλλειν κόρην.

Id est, Semper puellàm uirginem subijce seni. Admonẽs ut prouectioris ætatis uiri, puellã ducant magis, quàm anum: ne si frigus accesserit frigori, languente Venere, steriles existant nuptiæ.

Vergilius. *Non omnis fert omnia tellus.*

Prouer-

Prouerbiũ erit, si traducatur ad diuersas ingeniũ dotes. Theocritus: Illa quidẽ producit hyems, illa educat æstas: cùm significabimus, aliud agendum iuueni, aliud seni, aliis atq; aliis temporibus utendum.

ALIENA A RE

Nihil ad uersum. Lucianus.

Οὐδὲν πρὸς ἔπος.

Id est, Nihil ad carmen. De iis, quæ longè discrepant ab iis, quæ proposita sunt.

Nihil ad fides. οὐδὲν πρὸς πλὴν χορδήν. Idem.

Id est, Nihil ad chordam. In eos, quorum uita uehementer est inæqualis, quorumue mores ab oratione dissidẽt.

Nihil ad Bacchum. Suidas.

οὐδὲν πρὸς Διόνυσον.

Id est, Nihil ad Bacchum. Vbi quis ea nugatur, quæ ad rem præsentem nihil attinent.

Mira de lente. Rodolph. Agricolæ.

Quoties res humilis & pusilla magnificis laudibus attolleretur. Opinor Græcis efferri hunc in modũ: Θεῖνά πε ρὶ φακῆς.

Quid ad farinas? Τί πρὸς τἄλφιτα; Aristoph.

Id est, Quid ad farinas? Id est, Quid attinet ad parandas facultates? Id rectè detorquebit ad artes steriles, ut poëticen.

Alia Menecles, alia Porcellus loquitur.

Vbi quis multum uerborum effutit, quæ nihil ad rem pertineant.

Neq; cœlum, neq; terram attingit.

Οὔτε γῆς, οὔτε οὐρανοῦ ἅπτεται. Lucianus.

Id est, Neq; cœlum, neq; terram attingit. De re uehementer absurda atq; aliena, quæq; nulla uicinitate pertineat ad id de quo agitur.

Quid ad Mercurium?

Τί

Τί πρὸς τὸν Ἑρμῆν;

Id est. Quid ad Mercurium? Id est, Nihil ad rem. Nam Mercurius orationis est autor.

Ego de allijs loquor, tu respondes de cepis.

Cùm aliud respondetur, quàm rogaris. Vel contrà: cùm ineptè respondetur, ineptè sciscitanti. Confinia sunt inter sese cepæ & allia.

Suidas. *Falces postulabam.* Ἄμας ἀπῄτουν.

Id est, Falces postulabam. In eos, qui respõdent id quod ad rem non attinet.

Plato. *Extra chorum saltare.* Ἐκτὸς χοροῦ ὀρχεῖσθαι.

Id est, Extra chorum saltare. Dicitur, qui dicit aut facit à re, quam proposuit, alienum aliquid.

Vltra septa transilire.

Ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν.

Id est, Septa transilire. Congruit in eos, qui à proposito digrediuntur.

Extra oleas fertur.

Ἐκτὸς τῶν ἐλαιῶν φέρεται.

Id est, Extra oleas fertur. Vbi quis terminos præscriptos transgreditur.

Gregorius Nazian. *Incita equum iuxta nyssam.*

Κέντει τὸν πῶλον πρὸς τὴν νύσσαν.

Id est, Stimula equum iuxta lineam. Dicebatur, ubi sermo loquentis aberrat ab eo, quod esset institutum.

Aristote. *Haud contra ostium.* Οὐ κατὰ θύρας.

Id est, Haud contra ianuam, pro eo quod est, non propè ad rem & ad te, ad id de quo agitur.

Nihil ad rem.

In eum qui dixerit absurdè quippiam, & alienum à re proposita, quadrabit illud Home. Νήπιος εἶς ὦ ξεῖν' ἐπιεύδεμεν ἐπλήλυθας. Id est, Hospes stultus es, aut longinquis aduena ab oris Nuper ades.

Meos

Meos corymbos necto.

Τοὺς ἐμοὺς κορύμβους πλέκω.

Id est, Meos necto cincinnos. Vbi quis respondet, quod nihil pertinet ad interrogata.

Omissa hypera, pedem insequeris. Hyperides

Ἀφεὶς τὴν ὑπέραν, τὸν πόδα διώκεις.

Id est, Omissa hypera, pedem sectatur. Cõuenit ubi quis omissis his, quæ magis ad rem attinebant, leuicula quæpiam curat. Hyperæ, nautici funes sunt, quibus antennarum cornua traducuntur. Pedem autem uocant imam claui partem.

De curru delapsus. Ἐξ ἁμαξοκόμης.

Id est, De curru delapsus. In hodiernũ quoq; diem uulgò durat adagiũ in eum, qui oblitus propositi, aliò se trãsfert, aut qui in sententia labascit. Quemadmodum, Ab asino delapsus.

Quò terrarum raperis?

Qui non sunt attenti ad rem propositam, negantur esse domi. Qui longius aberrant à uero, in aliena regione esse dicuntur.

Me mortuo terra misceatur incendio. Seneca.

Eadem sententia hodie uulgò durat inter mortales: Mihi, inquiunt, morienti, mundus uniuersus moritur, quasi significant, nihil sua referre, quid posteris accidat, uel boni uel mali, quum ipsi tollantur è uita, nequaquam sensuri.

Mihi istic nec seritur, nec metitur. Plautus.

Id est, Ista res nihil ad me pertinet, ut quæ neq; meo fiat periculo, neq; emolumento, metaphora notissima est.

Non luctu, sed remedio opus in malis.

In malis non lamentris, sed auxilijs utendum. Ad id conuenit illud Iliados ω:

Οὐ γάρ τις πρῆξις πέλεται κλαυσιγόοιο γόοιο. Homerus.

Quippe nihil misero fletus, lamentaq; prosunt.

C Omnia

Galenus. *Omni pedi eundem calceum inducere.*

Galenus lib. Therapeutices 9. Ἐκεῖνοι μὲν οὔτε ζητοῦσιν, οὔτε ἴσασιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν παροιμίαν, ἑνὶ καλαπόδῳ πάντας ὑποδοῦσιν. Id est, Isti quidem igitur nec inquirunt, nec sciunt. Quin magis iuxta prouerbium, eodem calciamento calceant omnes. Loquitur de quibusdam medicis imperitis, qui non habita ratione morborum, eadem remedia admouent omnibus, quum diuersa mala diuersam curationem desiderent.

Aristoph. *Respublica nihil ad musicum.*

Hæc persuasio quemadmodum olim multorum animos occupauit, ita nunc quoq; multis inhæret, ut credãt doctos ac probos uiros non esse accõmodos ad gubernandam remp. Plato abstinuit. Socrates frustra tentauit. Demosthenis & Ciceroni parum fœliciter cessit, &c. Id uenuste expressit Aristophanes in Equit. Nã illic principatũ recusanti quod musices esset imperitus ita respondetur.

Ἡ δὲ μαγωγία γὰρ οὐ πρὸς μουσικοῦ.
Ἐστ' ἐσὶν ἀνδρὸς οὐδὲ χρηστὸν τοὺς τρόπους. Id est,
At gerere nunc rempub. non est uiri,
Qui musicus sit, ac probatis moribus.

Musices nomine omnem liberalem eruditionem designabant ueteres.

Ἐξορχεῖσθαι.

Qui fugiunt, & ab eo quod agitur alió se uertunt, Græcis ἐξορχεῖσθαι dicuntur: sumpta metaphora à saltationibus præsertim sacris, unde subtrahere sese inauspicatum erat.

ALIENA CVRANTIS.

Bellum Cononi curæ fuerit.

πόλεμος κώνωνι μελήσει.

Id est, Curabit prælia Conon. Proinde conueniet ad hunc modum respondere curanti negocium, quod ad se nihil attineat.

Plutarch. *In alieno choro pedem ponere.*

Οὐκ ἀλλοτρίῳ χορῷ πόδα τίθεσθαι.

Id est, In alieno choro pedem ponere. Est sese miscere negocijs alienis, & aliorum sibi uendicare partes.

Ne depugnes in alieno negocio. Homerus.

Vbi significabimus nos nolle nosmet admiscere litis alienæ, quæ nihil ad nos pertineat, sed permissuros, ut ipsi inter sese suo decertẽt periculo, quorum negocium agitur, uersiculo fuerit locus ex Iliad. 3. lib.

Proq; Helena, proq; omni re decernere solos.

Dictum est de Menelao & Paride singulari certamine cõgressuris.

Quæ supra nos, nihil ad nos.

Τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς.

Id est, Quæ supra nos, nihil ad nos. Dictum Socraticum torqueri potest in illos, qui de negocijs principum, aut theologiæ mysterijs temerè loquuntur. Vertere licebit & in contrarium: Quæ infra nos, nihil ad nos.

Vtere curru, de asinis nihil laborans.

Quibus plaustrum est domi, nihil necesse habent de portandis oneribus asinos aliunde conducere.

Stultior Morycho. Μωρότερος εἶ Μορύχου. Suidas.

Id est, Stultior es Morycho. Mihi uidentur peculiariter obnoxij adagioni, qui domesticorum negociorum negligentes, foris agunt, aliena curantes.

ALIIS SAPERE.

Alijs prospiciens, non sibi. Homerus.

Si libebit in quempiam iocari, qui alijs sua mala prædixerit, suum ipsius malum nõ præuidens, non inconcinniter accommodabimus illud ex Homeri Bœotia.

Ἀλλ' οὐκ οἰωνοῖσιν ἐρύσατο κῆρα μέλαιναν.

At non augurijs, fatum sibi depulit atrum. Terẽtius.

Facilè, cùm ualemus, recta consilia ægrotis damus.

In admonendo sapimus omnes, uerũ ubi peccamus ipsi, non uidemus propria. Omnes ægrotantibus rectè præcipi-

cipiunt quid fugiendum, quid agendum, & obiurgant nonnunquam quod salutis causa non obtemperent bene monentibus.

Eustathio. *Quarta luna nati.* ἐν τετράδι γεγενημένοι.

Id est, Quarta luna nati. Dicuntur qui parum fœliciter nati sunt, propterea quod Hercules hac luna natus fera tur, cuius omnis uita uoluptatum omnium expers, ac la borum plena fuit. Dici potest & in eos, qui laboribus si bi neutiquam frugiferis fatigantur.

ALIENO PERICVLO.

Apuleius. *De alieno ludis corio.*

Prouerbio dicuntur, qui securius agunt, sed alieno peri culo, ut apud Plautũ: De meo tergo degitur corium. Id est, Res meo fit periculo.

Diogeni. *Non est meum negocium, multùm ualeat.*

Οὐκ ἔστ' ἐμόν δὲ πρᾶγμα, πολλὰ χαιρέτω.

Id est, Multum ualeat, haud est meum negocium. quoti es negabimus nos laborare de re, quæ nihil ad nos per tineat.

Aristoph. *Alienam metis messem.* Ἀλλότριον ἀμᾶς ἄρουραν.

Id est, Alienam metis messem. In hos, qui negocium nõ suum, parum diligenter curant. Fit autem hominũ mo re, ut in suopte quisq; negocio longè sit attentior, quàm in alieno.

Innocuus alium aspiciam, meum habentẽ malum.

Aristote. Ἐξάντης λεύσω τοὺς μὴ κακὸν ἄλλον ἔχοντας. Id est.

Indemnis spectabo alium mala nostra ferentem. Hoc est, ex aliorum malis ipse rebus meis consulam. Fœ liciter sapit, qui alieno periculo sapit.

AMICITIA.

Aristote. *Amicitia stabilium, fœlicitas temperantium.*

Aristoteles hanc sententiam uelut è medio sumptam re fert, Amicitiam esse stabilium. & fœlicitatem eos qui sua sorte cõtẽti sunt. Ὀρθῶς λέγεται ὅτι ἡ φιλία τῶν βεβαίων, ὥσπερ ἡ εὐδαιμονία τῶν αὐτάρκων. Amicitia uirtute non pe

cuniis

cunijs aut forma conciliandæ est. Etenim si rebus caducis reconcilietur, caduca sit & ipsa necesse est. Nihil autem in rebus humanis stabile præter unã uirtutem, quæ sola fortunæ ludibrijs obnoxia non est.

Ama tanquam osurus, oderis tanquam amaturus. Bias.

Δεῖ φιλεῖν ὡσπερ μισήσοντα, μισεῖν δὲ ὡσπερ φιλήσοντα.

Id est, Sic amandum, tanquã sis osurus: sic oportet odisse, tanquam sis amaturus. Cicero: Hoc quidem præceptum, cuiuscunq; est, ad tollendam amicitiam ualet. Illud potius præcipiendum fuit, ut eam diligentiam adhiberemus in amicitijs parandis, ut nequando amare inceperimus eum, quem aliquando odisse possemus.

Amantium iræ. τῶν φιλούντων ὀργαί. Terentius. m Andria, 3.3.

Id est, Amantium iræ. Vbi qui non ex animo indignantur inuicem, aut de iracundia neutiquam duratura. Mimus: Discordia fit carior concordia.

Mores amici noueris, non oderis.

Eum nos inter Græcas sentẽtias repertum restituimus. Porphyrion. Est enim huiusmodi: φίλου τρόπους γίνωσκε, μισήσης δὲ μή. Admonet in amicorum moribus quædam uicia dissimulanda, sic ut intelligantur quidem, sed tamen toleren tur.

Nouos parans amicos, ne obliuiscere ueterum.

Νέους φίλους ποιῶν λῶσε τῶν παλαιῶν μὴ ἐπιλαθάνου. Hermol. Barb.

Id est, Nouos parans amicos, optime ueterum ne obliuiscere. Torqueri potest & ad mutata studia, ad quæ conuenit nõnunquam respicere, etiam posteaquam diuerse te addixeris disciplinæ.

Non potes Tethydem simul & Galateam amare. Theocri.

Id est, Non idem diuersa sequi, uelut literas & pecuniam, uoluptatem & gloriam, mundum & Christum. Nam Galateæ fluuio malè conuenit cum marinis fluctibus.

Vnus Deus & plures amici.

Εἷς θεὸς καὶ πολλοὶ φίλοι.

Id est, Vnus Deus & plures amici. Prouerbium monet & plurimos parandos esse amicos, quòd hi secundum Deum plurimum opitulari possint. Opinor à uulgo sumptum, non ex autoribus.

Mus non uni fidit antro.

Locus erit adagio, si quem admonebimus, ut sibi plures amicos paret, aut unà cum opibus studeat philosophiæ, ut si fortuna quod suum est, eripiat, in literis sit præsidium.

Hesiodus. *Neq; nulli sis amicus, neq; multis.*

Μηδὲ πολύξεινον, μηδ' ἄξεινον καλέεσθαι.

Id est, Nec multis, at nec nulli dicaris amicus. Citra ullius amici consuetudinem uiuere, ferinum atq; iniucundum esse uidetur. Rursum nec uehementer amare possumus simul multos, nec pluribus morem gerere.

Plutarch. *Ne cuiuis dexteram iieceris.*

Μὴ τῳ τὶ ἐμβάλλειν δεξιάν.

Id est, Nec cuiuis porrigas dexteram. Hoc est, Ne temerè quemlibet in familiaritatem admittas, sed deligas quem diligas.

Pythag. *Amicorum omnia communia.* Τὰ τῶν φίλων κοινά.

Id est, Amicorum communia omnia. Aulus Gel. testatur Pythagoram non solum huius sententiæ parentem fuisse, uerumetiam huiusmodi quandam uitæ ac facultatũ communionẽ induxisse, qualem Christus inter omnes Christianos esse uult. Nam quicunq; ab illo in cohortem illam disciplinarũ recepti fuissent, quod quisq; pecuniæ familiæq; habebant, in medium dabant. Quod re atq; uerbo Romano appellatur cœnobium, nimirum à uitæ fortunarumq; societate.

Cicero. *De manu in manum.*

Cicero: Totum denique hominem tibi trado de manu, ut

ut aiunt, in manum tuam istam, & uictoria & fide præstantem. Traduntur & qui commendantur.

Ex sinu illius.

Quos ex intima familiaritate uolumus intelligi, hos è sinu illius aut illius esse dicimus. Cicero.

Χρήσει καὶ κτήσει.

Qui se totum alicuius haberi uolebat, dicebat χρήσει καὶ κτήσει tuus sum: hoc est, & usufructu & proprietate. Si quidem in possessionibus sæpenumero fit, ut penes aliũ sit dominium, penes alium ususfructus. M. Tullio Curius libro 9. Si uales bene est, sum enim χρήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici nostri. Ergo fructus est tuus, mancipium illius. Curius.

Ipsis & Chijs.

Αὐτοῖς καὶ Χίοις. Non obscurum est has uoces ex solenni more uulgò iactatas, quoties aliquis sibi bona precabatur, & amicis. Aristoph.

Vultu sæpè læditur pietas.

M. Tullius in oratione pro Roscio, obiter citat sententiam à sapientibus iactatam. Etenim, inquit, si id quod præclarè à sapientibus dicitur, uultu sæpè læditur pietas, quod supplicium acre satis reperietur in eum, qui mortem obtulerit parenti, pro quo mori ipsum si res postularit, iura diuina atque humana cogebant. Proinde uerbium admonet pietatem erga parentes adeò religiosè colendam, ut non solum non offendamus eos uerbis aut factis impijs, sed ne uultu quidem atrociore aut contumaciore. Habent enim oculi, frons & ipse uultus suum sermonem. Euangelium altius repetit, nimirum ab ipso fonte cordis, in quo concipitur ira. Ea erumpit in uocem indignatiõis, sed incertam: proximus gradus est manifestum conuicium, tertius homicidium. Tullius.

Sal & mensa.

Apud priscos hospicij ius fuisse sanctissimum aliâs nobis est dictum. Id contrahebatur salis & mensæ Aeschin.

consortio. Quemadmodum apud Germanos acceptus à propinante cyathus admit omne ius agẽdi iniuriarũ. Aeschines de perperam obita legatione. Τοὺς γὰρ τῆς πολιτῶν ἄλλας καὶ τὴν δημοσίαν τράπεζαν περὶ πλείστου ἐποιοῦμεν. Id est, Etenim ciuitatis salem, publicam̃q; mensam, ait se plurimi facere. Manent huius hospitalitatis publicæ uestigia in hunc usq; diem apud Germanos.

Plutarch. *Philotesius crater.*

Κρατὴρ φιλοτησίου, dicitur quo in conuiuijs conciliãtur amicitiæ, qui mos etiãnum durat apud Germanos, quibus turpissimum est post acceptum Philothesium poculum, ueterum offensarum quantumuis capitalium meminisse, ne iudices quidem admitterent actionem iniuriarum. Hesychius indicat hanc φιλοτησίαν solere adhiberi post cœnam, quum in signum amicitiæ ex eodem poculo, de eodem uino bibunt omnes. Qui mos apud nos nondum exoleuit, sed rarior est ob metum nouę lepræ, qua plerisq; laborant.

Pythago. *Amicitia æqualitas, amicus alter ipse.*

Τὴν φιλίαν ἰσότητα εἶναι. Id est.

Amicitiam æqualitatem esse, & eandem animam, & amicum alterum ipsum. Neque quicquam non commune, ubi formarum æqualitas, neque dissensio, ubi idem animus, neque diuortium, ubi coagmentatio duorum in unum.

Terẽtius. *Amicus amico.* Φίλος τῷ φίλῳ.

Quadrabit in eos, qui nullum officium refugiunt, modò gratum faciant amicis.

Plutarch. *Amicus magis necessarius, quàm ignis & aqua.*

Ἀναγκαιότερον πυρὸς καὶ ὕδατος ὁ φίλος. Id est, Amicus magis necessarius quàm ignis & aqua. Hyperbole prouerbialis, admonens neminem esse tam diuitem, aut potentem, quin opus habeat amicorum officijs. Quemadmodum enim citra ignem & aquam non constat hominum uita, ita nec sine consuetudine atq; opera familiarium.

Nam

Naæra & Charmione. Ναάιρα & Χαρμιόνη. Zenod.

Id est, Naæra & Charmione. De fidis amicis dici solitũ, scripsit Zenodotus: quicq; non dubitarent uel mortis comites esse amicis. Naæra & Charmione duæ erant Cleopatræ reginæ pedissequæ, quæ spontaneam Cleopatræ mortem sunt imitatæ, ac semiuiuæ repertæ sunt, dominæ iam mortuę coronam capite delapsam reponentes.

Qui circa salem & fabam. Περὶ ἅλα καὶ κύαμα. i. Plutarh.

Iuxta salem & fabam. In eos dicebatur, qui se simularẽt scire, quod nescirent. Siquidem diuini responsuri, fabam & salem apponebant.

Salem & mensam ne prætereas.

ἅλα & τράπεζαν μὴ παραβαίνειν. Origen.

Id est, Salem & mensam ne prætereas, Id est, ne negligas amiculorum cõsuetudines, aut ne uioles amicitiæ iura. Nam his rebus olim conciliabantur amici.

Intempestiua beneuolentia, nihil à simultate differt. Suidas.

Ἀκαίρος εὐνόια οὐδὲν ἐχθρᾶς διαφέρει.

Id est, Par odio importuna beneuolentia. Quadrabit in eos, qui dum officiosi studentesse, non habita temporis ratione, nocent, aut molesti sunt sedulitate: ueluti, qui non apto tempore obiurgant amicum: aut, qui immodicis & intempestiuis laudibus conciliant homini inuidiam. Aut pecuniam suppeditant adolescenti, qua fit deterior.

Non sunt amici, amici, qui degunt procul. Athenæ⁹.

Τηλοῦ φίλοι ναίοντες οὐκ εἰσὶν φίλοι.

Id est, Haud sunt amici, amici qui degunt procul. Præterea uulgo fit, ut simulatq; è conspectu necessariorum seiuncti sumus, nescio quo modo obrepat obliuio quædam familiarium, ut id iam omnibus in ore sit: Qui semotus est ab oculis, eundem ab animo quoq; semotum esse.

Multas amicitias silentium diremit. Aristote.

Πολλὰς φιλίας ἀπροσηγορία διέλυσεν.

Id est, Multas amicitias silentium diremit. Admonet adagium, assiduo conuictu ac frequentibus alloquijs necessitudines ali, intermissione & absentia dissolui. Silentium enim hic non simpliciter silentium significat, sed illud silentium, quum quis non appellat ac salutat amicum.

Theocri. *Abijt & taurus in syluam.* ἔβα καὶ ταῦρος ἐς ὕλαν.

Id est, Abijt & taurus in syluam. Pastorale prouerbium, allegoria subturpicula, significans diuortium, ac neglectum ueteris amicæ.

Plautus. *Vbi amici, ibi opes.*

Plautus in Trucu. Verum est uerbum, quod memoratur: Vbi amici, ibidem & opes. Sensus est, potiores esse amicos, quàm pecuniam: & ad uitæ præsidium plus habere momenti amicos citra pecuniam, q̃ absq; amicis opes.

Aul. Gel. *Vsq; ad aras amicus.* Μέχρι τ̃ βωμοῦ φίλος εἰμί.

Id est, Vsq; ad aram sum amicus. Admonet prouerbium nonnunquam, quò consulamus amicorum commodis, eorum̃q; uolũtati morẽ geramus, fas uideri paululum à recto deflectere. Verùm eatenus, ne propter hominem amicum, numinis reuerentiam uiolemus.

Homerus. *Amicorum est admonere mutuum.*

Sentẽtia prouerbialis uidetur, quam legimus Iliados λ. Ἀγαθὴ δὲ παραίφασις ἐστιν ἑταίρου. Id est, Bonus est affatus amici admonitoris.

Hanc licet usurpare, si quando dicemus amici munus esse, ut amicum si quid erret, liberius admoneat.

Plutarch. *Animo ægrotanti, medicus est oratio.*

Ψυχῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι.

Id est, Animo ægroto medicus est oratio. Huc allusit Horat. Sunt uerba & uoces, quibus hunc lenire dolorẽ Possis, & magnam morbi depellere partem.

Homerus. *Fidus amicus.*

Fidus amicus non est posthabendus germano. Homerus

rus Odyss. Ο ΗΤΙΣ ΤΟΥ ΚΑΙ ΞΕΙΝΟΣ ΑΝΗΡ ΜΙΧΑΡΙΣΜΕΝΑ ΕΙΔΩΣ, ΕΣΘΛΟΣ, ΕΠΕΙ ΟΥ ΜΙΝΥΘΑ ΚΑΣΙΓΝΗΤΟΙΟ ΧΕΡΕΙΩΝ. Id est,

Si quis forsan amicus sit gratusq; bonusq;,
Quandoquidem is non inferior uel fratre putandus. Cicero.

In ære meo est.

Quem nobis officijs obstrictũ significamus, ita ut iam totus certoq; noster sit, eum in ære nostro dicimus esse. Nam antiquitus omnis pecunia ærea erat, auri usu nondum reperto, in ferendis numismatis.

ΑΜΦΙΘΑΛΗΣ ΕΡΩΣ. Aristoph.

Id est, Vtrinq; florens amor, olim dicebatur, quoties uterque pariter esset incolumis, ac mutuo respondere amore. Nam dimidiati dicimur, quoties amicus distrahitur, uelut altera pars nostri.

Syncretismus. Plutarch.

ΣΥΓΚΡΗΤΙΣΜΟΣ.

Cretico prouerbio dicebatur, quoties fieret, ut qui modò uidebantur hostes acerrimi, repentè in summam concordiam redigerentur: Id quod frequenter euenire solet, maximè si quando malum aliquod inciderit, utrique commune.

Conciliant homines mala. Aristotel.

ΣΥΝΑΓΕΙ ΤΟΥΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥΣ ΚΑΚΑ.

Id est, Conciliant homines mala. Sententia prouerbialis, quæ declarat, quod uulgo fit, ex hostibus nonnunquam amicos fieri, propter malum aliquod incidens, utrisq; commune.

Cum amico non certandum æmulatione. Homerus.

Cum amico & bene merito non est suscipiendum certamen, ne quid obscuretur amicitia, propter æmulationẽ huiusmodi comitem contentionum. Id innuit Homerus Odyss. Θ.

ΤΙΣ ΑΡ ΦΙΛΕΟΝΤΙ ΜΑΧΟΙΤΟ; Id est,

Quis nanq; benignus cum hospite pugnet?

Queruli in amicitia. Herodo.

Οἱ φιλομέμφεες ἰὶς φιλίην οὐκ ἐυφυέες. Id est.
Qui queruli sunt in amicos, non sunt ad amicitiam ido neí. Conniuere ad amicorum uicia, hæc res & iungit, iunctos & seruat amicos.

Lingua amicus. Ἀὴρ γλώσσης φίλος.
Id est, Lingua amicus, qui uerbis ostendit, non re præstat beneficium.

Fœlicitas multos habet amicos.

Theogn. Εὐτυχία πολύφιλος.
Id est, Fœlicitas multos habet amicos. Notior est sententia, quàm ut requirat interpretem.

Oculis ferre, in sinu, in capite.

Cicero. Prouerbialia sunt & illa, oculis ferre, in sinu ferre, si quẽ insigniter amat, fouetq;. Translatum à matribus tenerè liberos suos amantibus, à quibus nõ dimouent oculos, solicitæ ne quid illis accidat incommodi, gestantq; in sinu atque in complexu. Non dissimile est, quod est apud Platonem lib. de Repub. 10. ἐπὶ τῶν κεφαλῶν περιφέρειν. Id est, super capita ferre.

Fœlicium multi cognati.
Id hodie uulgõ dicunt, locupletum plurimos esse cognatos.

Tullius. *Amicus certus in re incerta cernitur.*
Quo significatum est, amici fidem in rebus aduersis explicari.

Plutarch. *Ollæ amicitia.* Χύτρας φιλία.
Id est, Ollæ amicitia. In amicos istos uulgares quadrabit, quos patina non beneuolentia conciliat.

Aristides. *Viri infortunati, procul amici.*
Ἀνδρὸς κακῶς πράσσοντος, ἑκτὸς ὦλοὶ φίλοι.
Id est, Viri siti in malis, amici sunt procul. Notat mores amicorum uulgarium, qui hirundinum ritu pro ratione temporum aduolant ac deuolant: aduolant, ubi res secundę: deuolant, ingruente tempestate.

Plu-

Plures adorant solem orientem, quàm occidentẽ. Plutarch.

πλείους προσκυνοῦσι τὸν ἥλιον ἀνατέλλοντα ἢ δύνοντα.

Id est, Plures adorant solem orientem, quàm occidentem. Iuueni magis adhæretur, quàm seni.

Ad fœlicem inflectere parietem. Aristoph.

πρὸς τὸν εὐπρέπουτα τοῖχον ῥέπειν.

Id est, In fœlicem parietem uergere. Aristophanis interpres transfatum existimat ab iis, qui naui uehuntur, qui si quando nauis alterum latus fluctu deprimatur, protinus in alterum latus transcurrunt, quod altius extat abundis.

Nudæ gloriæ. Horatius.

Admonet, ut nihil inter amicos fictum aut fucatũ sit.

Sapientes tyranni, sapientium congressu. Plato.

σοφὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίαν.

Id est, Commertio sapientium princeps sapit.

Amicitias immortales esse oportet. Tullius.

Verùm eò rediere mores mortalium, ut simultates sint immortales, amicitiæ plus quàm uitreæ.

AMOR.

Caunius amor. Καύνιος ἔρως. Diogeni.

De fœdo amore dicebatur. Biblis Caunum fratrem impotenter adamauit, à quo quum esset repulsa, sibimet necem conscuit.

Liberorum amantior, quàm Gello.

γελλῶ παιδοφιλωτέρα.

Id est, Puerorum amantior Gello. Dici solitum uel in eos, qui morte præmatura periissent, uel in eos, qui mira quidem charitate filios prosequerentur, sed eosdem indulgentia, delicijsq; corrumperent. Aiunt Gello uirginẽ quampiam fuisse, quæ puella adhuc, uita decesserit.

Iniuria soluit amorem.

In

In Græcorum epigrammatibus prouerbij titulo citatur ὕβρις ἐρώτας ἔλυσε. Id est, Iniuria siue contumelia soluit amores, quòd contemptus amor plerunque uertitur in iram, ira in odium.

Lucilius. *Mansum ex ore.*

Quos tenerè amamus, his mãsum ex ore dare dicimur, quod à matribus ac nutricibus mutuo sumptum est.

Plautus. *Medullitus, oculitus.*

Intimum affectum ueteres uarijs modis exprimebant, ex corde, ex animo, toto pectore, de quo diximus, penitus, ex intimis præcordijs, medullitus, animitus, oculitus.

Plato. *Vt lupus ouem.*

ὡς λύκος ἄρνα φιλεῖ. Id est, Vt lupus ouem amat, qui sui commodi gratia simulat amorem. Nam is uulgò dicitur amor, cum reuera sit odium.

Plutarch. *Vt Phrygius amauit Pieriam.*

Plutarchus in lib. περὶ γυναικῶν ἀρετῆς, ostendit ad suam usq; ætatem durasse consuetudinem, ut uxores optarẽt sic amari à uiris ὡς φρύγιος ἠράσθη πιερίας, id est, Quemadmodum Phrygius amauit Pieriam, &c.

Homerus. *Cestum habent Veneris.*

Τὸν κυπρίδος μιτὸν habere dicuntur, qui nouis modis quẽlibet in amorem sui pelliciunt. Iuno concubitura cum suo Ioue, Venerem adit, atq; ab ea cingulum gratiarum & amorum reconciliatorem commodato petit.

Diogenianus. *Ex aspectu nascitur amor.*

Ἐκ τοῦ ἐσορᾶν γὰρ γίγνεται ἀνθρώποις ἔρασμος.

Id est, Amor ex uidendo nascitur mortalibus. Senarius prouerbialis, admonens oculos amorem potissimum conciliare. Non enim amatur incognitum, ex conuictu oritur amor mutuus. Et oculi præcipuè sunt ad amandum ilices.

Homerus. *Adamantis tenerè.*

In eum, qui tenerè diligit quempiam uel adamat magis, ita

ita ut non patiatur uel leuissimis incommodis à quoq; affici, non inscitè torseris illud Homeri Iliad. 4.

ὡς ὅτε μήτηρ
παιδὸς ἀεργὸν μυῖαν ὀρῇ ἁδέα λίξεται ὕπνῳ, Id est,
Non secus ac genitrix
Muscam arcet puero somno officiosa cubanti.

Paruus semper tuus pullus. Μικρὸς ἀεί σοι πῶλος.
Id est, Paruus semper tuus pullus. Conueniet in eos, qui tametsi natu grandiores, tamen uerborum delicijs affectant uideri iuuenculi.

Aureæ compedes. Χρυσαῖ πέδαι. Diogenes.
Id est, Aureæ compedes. Dicitur seruitus splendida & amabilis, qualis est in aulicorum uita.

E Creta raptus. Plutarch.
Apparet furtiuum amorem, his uerbis olim significatum fuisse, quòd aliquoties illinc uirgines à negociatoribus aueherentur.

Capite gestare. Ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρειν. Plato.
Id est, In capitibus circũferre. Quos tenerè amamus, capite gestare dicimur. Translatum apparet à matribus ac nutricibus, quæ infantulos cunis impositos capite portant.

Qui non zelat, non amat. Augustf.
Augustinus indicat uulgo hoc iactatum, quod sanè hodie fertur, quum negant illic esse amorem, ubi non est zelotypia.

Musicam docet amor.
Μουσικὴν ἔρως διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν. Idem.
Id est, Musicen docet amor, & si fuerit indoctus prius. Sensus est, Amorem ad industriam excitare animum.

Iynge trahor. Ἰύγγι ἕλκομαι ἥτος. Pindarus.
Id est. Iynge trahor animo. Qui uehementi & impoenti desiderio trahuntur ad aliquid, Iynge trahi dicuntur. Iyngem aiunt fuisse filiam Echus, alij Pithus, quę quum ama-

amatorijs uenenis incitasset Iouem in amorem Iûs, à Iu none irata, uersa est in auem.

ANCEPS ET DVBIVS.

Strabo. *Necessarium malum.* Αναγκαῖον κακόν.

De ijs, quos neq; reijcere possis, quòd quibusdam in rebus opus sit eorum opera, neq; commodè ferre, quod uiri sint improbi.

Aristoph. *Neq; cum malis, neq; sine malis.*

Aristophanes apud Suidam in Lysistrata. Οὔτε σὺν πανω λέθροισιν οὔτ' ἀνευ πανωλέθρων. Id est, Nec simul cũ pestibus, nec rursus absq; pestibus. De uxoribus dictũ, cũ quibus incommodè sanè uiuitur: sed nec citra has constant familiæ. Simile illi quod est in epigrammatibus: Nec tecũ possum uiuere, nec sine te.

Plutarch. *Polypi caput.* πολύποδος κεφαλή.

Id est, Polypi caput. In hominem uarium, & in quo pariter & uicia quędam & uirtutes inuenias. Proinde poëtæ cen Polypi caput uocant, in qua sicut sunt permulta cognitu tum iucunda tum frugifera, ita sunt nonnulla, nisi caueas, pestilentia.

Homerus. *Gaudium dolori iunctum.*

Quum pariter accidit quod & gaudeamus & doleamus, quod genus, si cui parentes opulẽti uita decesserint, partim excruciatur morte suorum, partim gaudet hæreditatis obuentu atque accessione libertatis, conueniet illud Odissææ T.

Τὴν δ' ἅμα χάρμα καὶ ἄλγος ἔλε φρένα. Id est.

Lætitia huic mœrorq; simul præcordia cepit.

Iuuenal. *Plus aloës, quam mellis habet.*

Apuleius in Florid. Verum uerbum est profecto quod aiunt, nihil quicquam tam prosperè diuinitus hominibus datum, quin & tamen admixtum sit aliquid difficultatis.

Lucianus. *Quid primum aut ultimum?* Τί πρῶτον, ἢ τί ὕστατον;

Id est, Quid primum aut ultimum? Quoties aut rerum copiam

copiam tantam significamus, ut hæsitemus unde potissimum exordiamur. Aut quum perplexi dubitamus quid primum agere debeamus.

Etiam capillus unus. Publius.

Etiam capillus unus habet umbram suam. Quãtumuis pusillum commodum iuuat, quantumlibet exiguum detrimentum nocet.

Vtroq; nutans sententia. Δύχωλοι γνῶμαι. Zenod.

Id est, Vtroq; claudicantes sententiæ. Conuenit utique in hominem lubricæ fidei, & incertarum partium.

Volens nolente animo. Homerus.

Ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ.

Id est, Volẽs inuito sanè animo. Nonnunquam de ambigente animiq; incerto dicitur. Tu uoluntate coactus es tua. Terent. in Andria.

Nolens uolens. Euripides

Euripides in Hecuba. Οὐ' οὐ θέλων τε κἀθέλων. Id est, Atq; ille nolens pariter ac uolens.

Vnica filia duos parare generos.

Vbi quis idem beneficium duobus simul pollicetur, aut pro eodem officio, quod alteri præstiterit, à duobus gratiam reposcit.

Inter pueros senex. ἐν παισὶ μὴν γέρων.

Id est, Inter pueros senex. Conuenit in hominem grandiusculum, maiorem, quàm ut puer uideri possit, minorem, quàm ut uir.

Aut cucurbitæ florem, aut cucurbitam.

Ἢ κρίνον, ἢ κολοκύντιον.

Id est, Florem, aut cucurbitam. Id perinde ualet quasi dicas, aut mortem, aut uitam, aut lucrum, aut damnũ. Incertũ autem, utrum mox euanescat, an flos cucurbitam fit pariturus.

Aut Plato philonissat, aut Philo platonissat. Hieronym. de Illustribus.

Ἢ Πλάτων φιλονίζει, ἢ Φίλων πλατωνίζει.

Per allegoriam torqueri poterit ad quosuis inter sese uehementer similes.

Aut oportet Tragœdias agere omnes, aut insanire.

Archelaꝰ. Ἢ χρὴ τραγῳδεῖν πάντας, ἢ μελαγχολᾶν.

Id est, Aut furere oportet, aut agere Tragœdias. Dicitur solitũ de ijs, qui semper quasi stupent frigentq; & nec gaudere possunt ex animo, nec dolere. Porrò Tragœdia uehementissimis constat affectibus, ita ut Tragœdias agere uideatur esse quiddam insaniæ similimum.

Athenæꝰ. *Oportet testudinis carnes, aut edere, aut non edere.*

Ἢ δεῖ χελώνης κρέα φαγεῖν, ἢ μὴ φαγεῖν.

Id est, Testudinis carnem aut edas, aut non edas. Addunt testudinis carnem, si modicè edatur, uentris tormina facere: rursum si copiosè, lenire. In eos, qui negocium susceptum frigidè ducunt, necq; explicantes, neque relinquentes.

Zenodo. *Aut mortuus est, aut docet literas.*

Ητοι τέθνηκεν, ἢ διδάσκει γράμματα.

Significabant olim cuipiam omnino malè esse, tametsi parum linqueret, quid rerum ageret. Id hac occasione uenitin uulgi sermonem: Athenienses parum fœliciter aliquando pugnauerint aduersus Siculos, permultis occisis atq; captis, qui fuga relapsi redierant Athenas, rogati quid hîc aut ille faceret, respondebant: Aut periit, aut docet literas: nam captiui Siculorum filios literas docere coacti sunt.

Athenęus. *Aut quinq; bibe, aut tres, aut ne quatuor.*

Ἢ πέντε πίνειν, ἢ τρία, ἢ μὴ τέτταρα.

Id est, Aut quinq; bibe, aut tria, aut ne quatuor. Præscribit modum diluendi uini. Hæc autem temperatura maximè placebat antiquis, ut quinq; uini cyathis, duo adderentur aquæ, aut duobus unus.

Zenodo. *Excubias agere in Naupacto.*

Φρουρῆσαι ἐν ναυπάκτῳ.

Id est,

Id est, Excubare Naupacti. Achiui capta Naupacto, Pausaniam excubijs, custodiaq; præfectum interfecerunt. Vnde res in locum uulgi uidetur abijsse, aduersus eos q pereunt ignauia sua. Aut, qui munus odiosum ac plenum discriminis admiserunt.

Homerus.

Quocunq; pedes ferent.

Quadrabit, ubi nihil certum spectatur, ad quod nostri dirigantur conatus. Horatius in Odis:

Ite pedes quocunq; ferent, quocunq; per undas.

In triuio sum. Εν τριόδῳ εἰμὶ λογισμῶν. Theogn.

Id est, In triuio sum consilij. In eos, qui dubitant, quiq; incerti sunt animi, hæsitantes, quid potissimum eligant. Nam uiam pro ratione cosilij frequenter apud Græcos autores reperies.

Homerus.

Ancipitis consilij.

Ad significandum hominem perplexum, & ancipitis sententiæ, suspensumq; animo, congruet illud Homeri, Iliad. E.

Μεσσηγὺς γαίης τε, καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος, Id est,
In medio terræ simul & stellantis Olympi.

Ancipitis animi.

Animus anceps & incerti consilij, indicatur hoc uersu, qui est Iliad. ξ.

Ἀρχὸς δὲ μοι κραδίη μένε φρεσὶν ὀρμαίνοντι.
Huc animus mihi uersanti inclinabat & illuc.

Hasta caduceum. Δόρυ κηρύκειον. Suidas.

Id est, Hasta caduceum. Dici solitum, quoties aliquis simul & minaretur, & ad concordiam inuitaret.

Delphicus gladius. Δελφικὸν ξίφος. Aristotel.

Id est, Delphicus gladius. De re dicebatur ad diuersos usus accommodabili. Nam Delphicus gladius ad eum modum erat fabrefactus, ut eodē simul & sacras mactarent uictimas, & nocentes afficerent supplicio. Licebit & in serium sensum accommodare prouerbium, ut si quis eruditionem, Delphicum appeller gladium, quòd in Laus doctrinæ.

omni ætate, omni uitæ conditione sit usui. Nam literæ iuuenibus sunt necessariæ, senibus iucundę, pauperibus opes suppeditant, opulentis adiungunt ornamẽtum, in rebus aduersis solatio sunt, in secundis gloriæ, claro natis genere splendorem augent, obscuro genere natis claritatis initium conciliant.

Eisdem è literis Comœdia & Tragœdia cõponitur.

Ἐκ τῶν αὐτῶν τραγῳδία γίνεται, καὶ κωμῳδία γραμμάτων.

Conuenient in eos, qui eadem de re norunt diuersa fingere. Aut qui eadem opera diuersa possunt.

Arisioph. *Nauis aut galerus.* Πλοῖον ἢ κωβῶν.

Id est, Nauis aut galerus. De re ancipiti dicitur. Nec inuenuste dicetur in eos, qui cultu, moribus q; diuersam personam præ se ferunt.

Tertium caput. Τρίτη κεφαλή.

Plutarch. Id est, Tertium caput. In onere baiulos dictum, qui non humeris modò, uerùm & capite gestant onera.

Philochorus. *Triceps Mercurius.* Τρικέφαλος ἑρμῆς.

Id est, Triceps Mercurius. Dictum uidetur in ambiguos, ancipites q;, aut in uehementer astutos.

Diogeni. *Psecas aut ros.* Ψεκὰς ἢ δρόσος.

Id est, Psecas aut ros. In crebrius expuentes dictitabatur. Psecas em̃ aspersio illa ac uelut irroratio uocatur, quoties minutissimis guttulis irrigamur, ut pluuia rori simillima. Vocantur enim Psecades ancillæ, quæ delicatarum matronarum capillos, medicato fuco, conspergunt.

APERTE ET CRASSE.

Præmansum in os inferere.

Tullius. Marcus Tullius in Oratore suo prouerbij uice usurpat, pro eo quod est, rem in docendo nimis enucleatè nimis q; frustulatim tradere. Quod facere quidam assolent, qui ueluti ingenijs auditorum diffidant, ita nihil omit-

omittunt, inculcantes etiã minutissimas nugas. Sumpta est figura à nutricibus, quæ pueris adhuc edentulis cibum præmansum in os inserunt.

Crassa Minerua. *Pingui Minerua.* Columel.

Minerua artibus atque ingeniis præsidet. Dicitur pinguiori Minerua fieri, quod inconditius, simpliciusq; quasi indoctius fit, non autem exquisita arte, nec exactissima cura.

Crassiore Musa. Παχυτέρᾳ μούσῃ. Quintil.

Quintilian. Libet propter quosdam imperitiores etiam crassiore, ut uocant, Musa, dubitationem huius utilitatis eximere. Inuenitur aliquoties apud scriptores nõ ini doneos: Pinguiore formula, pro eo quod est, planius atque intelligibilius.

APPROBANDI.

Premere pollicem. *Conuertere pollicem.* Plinius.

Antiquitus in pollice fauoris erat, studiiq; significatio. Qui faueret, pollicem premebat: qui minus faueret, pollicem conuertebat.

Album calculum addere. Et *similes figuræ.* Aristot.

Ἀσυκλῶ ψῆφον προσθεῖναι.

Id est, Album calculum addere. Pro approbare subinde legimus apud doctos. Inde sumptum, quod antiquitus missis in urnam calculis, ita ferebantur à iudicibus sententiæ, ut albis absoluerent, nigris damnarẽt. Qui si forte fortuna fuissent æquales, tamen liberabatur reus.

Creta notare. *Carbone notare.* Horatius.

Creta notare, pro eo quod est approbare, & Carbone notare, quod est damnare.

Momo satisfacere. Τῷ μώμῳ ἀρέσκειν. Hesiodus.

Id est, Momo satisfacere. Prouerbialis est hyperbole. Hesiodus in Theogonia Momi cuiusdam meminit, quem ait Nocte matre, Somno patre progenitum. Huic Deo mos est, ipsum quidem nihil operis ædere, sed aliorum deorum opera curiosis oculis contẽplari, & si quid est omissum aut perperam factum, id summã cum libertate car-

pere. Nam μῶμος Græcè reprehensionem sonat. Ergo prouerbij speciem habebunt omnes id genus formulæ. Haud dubitem tecum, uel Momo iudice, decertare. Incul patior est eius uiri uita, quàm ut uel Momus ipse possit carpere. Hæc uel Momo ipsi satisfaciant.

Aul. Gel. *Pedibus in sententiam discedere.*

Non est uiri prudentis, quicquid uxori libuerit, protinus in illius sententiam pedibus discedere. Aut par est, ut affectus in rationis sententiam pedibus discedat, nō contrà.

Horatius. *Omne tulit punctum.* *Omnium calculis.*

Legimus pro eo, quod est omnium sententia & compro batione. Horatius:

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.

Terentius. *Vno ore.*

Vno ore, pro summo consensu, passim apud autores ob uium est, ut Terentius: Vno ore omnes, omnia bona di cere.

Vt Phidiæ signum.

Quæ primo statim aspectu probantur omnium suffra gijs, ut Phidiæ signum placere dicuntur.

Theognis *Ne Iupiter quidem omnibus placet.*

Οὐ δὲ γὰρ ὁ Ζεύς,

Οὐθ' ὕων πάντας ἀνδάνει οὔτ' ἀπέχων.

Id est, Nec Iúpiter ipse, Siue pluat, seu non, unicuiq; pla cet. Hodieq; uulgò dicunt: Neminem inueniri qui satis faciat omnibus, nam alia alijs probantur.

Aristoph. *Seruum haud ueho.* Δοῦλον οὐκ ἄγω.

Id est, Seruum ego haud ucho. Nisi qui prius pro carni bus certauerit. Certamine in nauali: Id est. Non admit to seruum, nisi multis magnisq; spectatū experimentis.

Si tibi amicum, nec mihi inimicum.

Plato. Plato in Theæteto: Αλλ' εἰ οὕτως ὁ Θεόδωρός σοι φίλον, οὐδ' ἐμοὶ ἐχθρὸν φάναι οἱ παροιμιαζόμενοι. Id est, Si istud tibi amicū

Theo-

Theodore, nec mihi est inimicum quemadmodum prouerbio dicunt: Hoc est, Si tibi res placet, mihi non displicet. Vsus erit, quoties alienæ obsequimur uoluntati.

ARROGANTIA IACTANTIAQVE. Theocrī.

Sine ut incolumis redeat.

Habet prouerbij speciem, quod est apud Theocritum in Hodœporis:

Εἶα λέγ' εἴτι λέγῃς, καὶ τὸν ξένον ἰὴς πόλιν ἄνθις
Ζῶντ' ἄφες. Id est,

Dic age, si quid dicis, & hospes ut unde profectus
Viuus eò redeat, permittito.

Sic & hodie dicimus ijs, qui uerbis & cõuicijs ferociunt: Eia, sine hominem uiuere.

Arcem ex cloaca facere. Tullius.

Qui rem hominemue nihili laudibus magnificis attollunt, dicuntur arcem ex cloaca facere. Tullianum est.

Gallus in suo sterquilinio multum potest. Seneca.

In alieno timidiores sumus omnes, in suo quisque regno ferocior & animosior.

Tollere cristas. Iuuenal.

Translatum ab auibus cristatis, in quibus cristæ erectiones alacritatis atq; animorum indices sunt.

Attollere supercilium. Ponere supercilium

In his pars animi, his negamus, annuimus. Hęc maximè indicant fastus. Superbia alicubi cõceptaculum, sed hic sedem habet: in corde nascitur, hic subit, hic pendet. Plinius.

Nauphracton tueri. Ναύφρακτον βλέπεις. Aristoph.

Nauphracton Græcè, classis est ad bellum instructa. Solent autem in triremibus magna quædam inesse foramina, oculorum instar, per quæ remos inserũt. Vnde uelut ænigmaticè dictum, Classis more intueris. De his, qui latis ac prægrandibus, aut toruis & minaculis oculis quẽpiam aspicerent.

Tollere cornua. Ouidius.

Pro eo, quod est, animo efferri. Translatum à pecoribus quæ cornibus minantur. Ouidius: Tunc pauper cornua sumit.

Homerus. *Arrogantia non ferenda.*

In eos, qui intoleranda sunt arrogantia, non inscitè torquebitur illud Odyss. o. ab Eumæo dictum in procos: Τῶν ὔβρις τε βίη τε διὰ μέγαρον δυρανὸν ἵκει. Id est, Horum uisq; animusq; ferox, contingit olympum.

Horatius. *Tuo te pede metire.*

Monet adagium, ne quis se dilatet ultra conditionē suam, néue seipsum ex assentatorū laudibus, aut uulgi opinione, aut fortunæ fauore, uerùm propriis ac ueris dotibus animiq; uirtutibus æstimet.

Lucianus. *Vltra peram sapere.*

ὑπὲρ τὴν πήραν φρονεῖν.

Id est, Vltra peram esse solicitū. Quadrabit uel in pauperem, uel in philosophum, sed præcipuè in Christianum, quem Iesus uetat cogitare de crastino.

Aristoph. *Videberis, me uidens, planè Martem uidere.*

βλέπειν γὰρ ἀντικρὺς δόξεις μ' ἀφλῶ.

Id est, Martem uidere me, uideberis palàm. De his, qui se strenuè pollicebantur opitulaturos, ac Martem quendam acturos.

Amaxiæa. Ἀμαξιαῖα.

Prouerbiali uerbo dicebātur ampla, magnificaq;. Perinde sonat, quasi Latinè dicas plaustralia, id est, tanta, ut iustum plaustri onus uideri possint.

Plinius. *Sophocles, & Laudiceni.*

Qui ad ostentationem dicebant, aut recitabant, uulgato conuicio Sophocles & Laudiceni dicebantur.

Plautus. *Basilica facinora.*

Antè admonuimus quicquid magnificum esset appellari solere βασιλικὸν, ut ualere βασιλικῶς & magnificas ædes basilicas appellabant. Plautus in Trinummo de seruo nulli-

nullius rei, sed philophica quædã loquente: Dij, inquit, immortales basilica hic qdem facinora inceptat loqui. Tullius.

Campana superbia.

Fœlicitatis comes esse solet ferocia. Campaniam autem Italiæ quondam fuisse regionem longè beatissimam testantur, tum alij complures, tum Plin. lib. 3. cap. 5. Constat autem Capuam olim cum Roma de principatu contertasse. Hinc Campana superbia, & Campana arrogantia in prouerbium uenit.

Dea excogitauit. Aristoph.

Aristophanes in Equitibus:

Τὸ μὲν νόημα τῆς θεοῦ, τὸ δὲ κλέμμ' ἐμόν. Id est,

Excogitauit dea, meum sed furtum erat.

Non sine prouerbij specie dictum est in Rhetores, qui apud populum iactabant, Mineruam ipsis quod suaderent misisse in mentem, & tamen rerum gestarum gloriam sibi uindicabãt. Color sumptus est ex Homero ubi quorties facti ratio reddi nõ potest, Pallas dicitur suggessisse. Pallas Atheniẽsium erat protectrix. Comicus autem ioci gratia pro πρᾶγμα posuit κλέμμα, notans Cleonis rapacitatem.

Laureolam in mustaceis quærere. Tullius.

M. Tullius in epistolis ad Atticum: Bibulus cœpit laureolam in mustaceis quærere, hoc est, ex friuolis negocijs captare famam haud præclaram nec magnificam. Est autem mustaceum siue mustaceus libi genus, cui alij quid additur de uirgę lauri derasum, ac decoquitur supositis lauri foliis, ut indicat Cato lib. de Agricultura.

Palmarium facinus. Terentius

Palmarij facinus, pro insigni ac triumpho digno, dixit Terentius in Eunucho: Tum hoc alterę id uerò est, quod mihi puto palmarium.

Pulchrum sepulchri elogio.

Non uidebatur in prouerbiorum classem referendum, nisi nominatum prouerbij titulo referretur apud Procopium lib. de bello Persico 1. Mihi autẽ antiquum placet

Procopius.

cet prouerbium, quàm pulchrum est in sepulchri elogio imperatorem asscribi. Quosdã noui qui in extremo uitæ magnis impendijs redemerunt galerum cardinalicium, ut in sepulchro titulus asscriberetur.

Eustathius. *Phaniæ ianua.* Φανίδ θύρα.

Eustathius in Odyss. 23. ostendit dictum de ijs, qui simulant sese congestas opes habere, quæ nusquam sunt. Dictum à Phania quodam, qui falsam de se præbuerit opinionem, quasi multã diuitiarum uim domi constructam ac reconditam haberet.

Suidas. *Sybaritæ per plateas.* Συβαρίτης διὰ πλατείας.

Contra fastuosius ingredientes per uiam, sesecq; uelut ostentantes. Sumptum à fastu, luxuq; Sybaritarum.

Aristoph. *Cicadis pleni.* Τεττίγων ἀνάμεστοι.

Id est, Cicadis operti. In glorioſos ac stultos olim dicebatur, aut obsoletis ac iam desitis utentes.

Athenæus. *Ex Academia uenis.* Ακαδημίηθεν ἥκεις.

Id est, Ex Academia uenis. De seuero & compositõ seu docto. Sumpta à Platonis schola.

Idem. *Ingredi Iunonium.* Βαδίζειν ἡραῖον ἐμπεπλεγμένον.

Id est, Ingredi complicatum Iunonis sacrum. Dictum apparet in fastuosum & lentum quorundam incessum.

Aristoph. *Summis unguibus ingredi.* Επ' ἄκρων ὀνύχων.

Id est, Summis unguis. In eos, qui auidius auscultabant. Nam ij solent semet in summos pedes erigere. Summis ingredi ens pedum unguibus, in fastuosos.

Vergilius. *Cœlum territat.*

Vergilius in Aeneide: Et cœlum territat armis. Conuenit in minaces ac feroces, Thrasonesq; magniloquos. Sumpta uidetur à bello Giganteo, &c.

Plato. *Ex uno multa facere.* Εξ ἑνὸς πολλὰ ποιεῖν.

In eos, qui rem quampiam minutim secabant. Quadrabit in eos, qui idem aliis modis uariant, ut non iam unũ, sed plura uideantur.

Cœ-

Cœlum digito attingere. Tullius.

Dicuntur, qui longè supra mortalium conditionem ac diis proximi esse uidentur. Cognatum illi: In cœlo esse.

Iouis sandalium. Τοῦ Διὸς σανδάλιον. Suidas.

Id est, Iouis crepida. Per Ironiam dicebatur in eum, qui magni quippiã uideri uellet, propter principis alicuius familiaritatem. Velut si quis insolens sit ac ferox, quòd regius sit coquus, aut imperatoris satelles, aut pontificius tonsor.

Imperitus subligaculo indutus, omnibus id ostentat.

In eum, qui propter insolentiam, etiam ineptissimis rebus effertur.

Fastuosus Maximus. Κομπὸς Μάξιμος. Diogenianus.

In eum dicebatur, qui sibi plus satis arrogasset in sapientia.

Tanquam argiuum clypeum abstulerit, ita gloriatur. Zenodot.

Ὡς τὴν ἓν Ἄργει ἀσπίδα καθῃρηκὼς σεμνύνεται.

Id est, Superbit, tanquam argiuũ clypeum detraxerit. In fastuosos & magnificentius sese gerentes dicebatur. Aiunt apud Argiuos sacrum quendam esse clypeum clauis affixum, ut facilè detrahi non possit.

Homo bombylius. Βομβύλιος ἄνθρωπος. Idem.

Id est, Bombylius homo. Dicitur uerbosus multiq; strepitus, cærerum inutilis. Bombylius Græcis apis genus à sonitu appellatum, ad mellificium inutile.

De pulmone reuellere. Persius.

Pro eo quod est, Stultam & arrogantem opinionem animo eximere. Persius: Dum ueteres auias tibi de pulmone reuello. Tumorem animiq; fastum in pulmone collocant.

Ipse dixit. Αὐτὸς ἔφα. Pythago.

Quoties tantam cuiuspiam autoritatem significamus, utea uel citra rationem ad quiduis credẽdum sufficiat. Illud admonendum uidetur in hac paroemia, perinde

ualere

ualere quasi dicas: Dominus dixit, ut Pythagoras ab Aegyptiorum uatibus uideatur didicisse figuram hanc, prophetis familiarem.

Auro loquente, nihil pollet quæuis oratio.

Suadere siquidem nouit, & loquens nihil. Prouerbium indicat munera ubiq; longè plurimum ualere.

Horatius. *Ne mihi Suffenus essem.*

Ne mihi ipsi blandirer, ac stultè meipsum admirarer. Suffenus erat poëta lõgè ineptissimus, in aliorum uicia dicax, ad sua cæcus. Suffeni similimum Mæuium facit Horatius.

Idem. *Pennas nido maiores extendere.*

Pro eo, quod est: Rem fortunamq; quam mediocrem, aut tenuem à maioribus acceperis, auctiorem reddere. Quod quidem si uirtute fiat, summa laus est.

Plinius. *Ne sutor ultra crepidam.*

Id est, Ne quis de his iudicare conetur, quæ sint ab ipsius professione aliena.

Ouidius. *Cænei hasta.*

Cæneus è puella uersus est in uirum, annuẽte Neptuno, cui illud etiam donatum est, ne saucius ullis uulneribus fieri, ferróue occumbere posset. Ferũt hũc certasse cum Apolline, præterea morem huic fuisse, ut qui ad sese uenerint, iuberet per suam hastam iurare.

Gigantum arrogantia. Γιγάντων ἀπόνοια.

Vbi quis uiribus suis fretus, temerè, nulloq; consilio res non tentandas moliretur.

Zenodo. *Magis sibi placet, quàm Peleus in Machæra.*

Μέγα φρονεῖ μᾶλλον ἢ Πηλεὺς ἐπὶ τῇ μαχαίρᾳ.

In eum competit, qui præter modum re quapiam insolens est ac tumet. Aiunt autem hunc gladium à Vulcano fabrefactum, à dijs dono datum fuisse Peleo, uirtutis illius ac prudentiæ symbolũ. Quo quidem ille utens & in prælijs & uenatibus, consequebatur quicquid optabat.

Hic

Hic Rhodus, hic saltus. Aesopus.

Αὐτὸ ῥόδος, αὐτὸ πήδημα.

Vulgò iactatum de iis, qui sese de negociis iactarent insolentius, cuius fides non extaret. Conueniet item, ubi quis iubetur re præstare quod alibi se fecisse iactat.

Atticus in portum. Ἀττικὸς εἰς λιμένα.

In eos dicebatur, qui illic uirtutem ostentare solent, ubi tutum est, atq; ubi nihil opus est. A nautis Atticis sumptum, qui portum ingressuri, ostentādi sui gratia, magnificè sese gerebant, in ipsa re non perinde strenui.

Calliphanes. Καλλιφάνης. Archelaus

Calliphanes, ridicula quædam huius nominis ambitio, prouerbiali ioco fecit locū. Aiunt enim, huic fuisse poëtæ morem, ut diuersorū carminum & orationum initia conscriberet, ad tres aut quatuor uersus, eaq; pronunciaret, ostentaretq;, quo cōmentum ignorantibus, multiscius & eruditus uideretur.

Bullatæ nugæ. Persius.

Ventosa atq; inania, bullæ dicuntur. Persius:

Bullatis ut mihi nugis Pagina turgescat.

Vino uendibili suspensa hedera nihil est opus.

Id est. Vera uirtus nō eget alienis præconiis. Aut res præclaræ per se placent, neq; desiderāt exocitam commendationem.

Sellissare. Σελλίζειν. Suidas.

Prouerbiali ioco dicebantur glorioſi, fastuq; prægurgidi. Suidas admonet sumptum à moribus Selli cuiusdam, qui quum re esset perquam tenui, tamen affectabat haberi diues.

Diuinum excipio sermonem. Θεσπεσίου δέχομαι λόγου. Plato.

Quoties opinor glorioſius aliquid dictum esset, ominis gratia deos excipiebant, qui nihil nō possunt, & quibus nemo præscribit. Home. Diui tamen omnia possunt.

ASPERITAS MOROSITAS.

Inexo-

Homerus. *Inexorabilis.*

Inexoratu difficilem ac præfractum, suoq; relinquendum ingenio, uel in eum cuius operam nihil moratur, appositè torquebitur Illud Iliad. 1.

Αλλ' ἤτοι κεῖνον μὲν ἐάσομεν, ἤκεν ἰόντα ἠδὲ μένειν. Id est, Quin magis ipsius hunc animo, ingenioq; sinamus. Siue uenire uelit, siue hîc remanere.

Horatius. *Ferreus, Aheneus.*

Ferrea atq; ahenea dicuntur, quæ solida firmaq; significamus,

Plutarch. *Versatilis Artemon.* Ὁ περιφόρητος Ἀρτέμων.

Aiunt dici solitum de his, quorum gratia uehementer decertatur. Nam Artemonem adolescentē fuisse quempiā, certatim adamatum à mulieribꝰ ob insignem formam, quem suspicor ob id dictum periphoriton, uel quod circumferretur in ore omnium uersans.

Persius. *Cornea fibra.*

Persius: Neq; enim mihi cornea fibra. Cornea & durissima sunt, & sensu carent. Vnde qui carent humanis affectibus, robur, adamantem, filicem, ferrum, cornu in pectore gestare dicuntur.

Lucianus. *Scytharum oratio.* Σκυθῶν ῥῆσις.

Græci quicquid agreste, quicquid barbarum ac sæuum intelligi uellent, id Scythicum appellabant.

Pandeletias sententias. Παντελετίας γνώμας.

Id est, Pandeletiam sententiam, appellat in deterioribus Cratinus, ut citant, morosam ac molestam.

Thymbra uictitans. Θυμβροφάγοι.

Id est, Thymbra uictitantes. Adagio dicebantur, uel qui tutius ac liberius uitam agerent, uel qui moribus essent parum blandis, uel qui hilariter, citraq; solicitudinem paruo cōtenti uiuerent, & thymbra herbę genus sit.

Scabrosior leberide. Κνησότερος λεβηρίδος.

Suidas. Id est, Asperior leberide. De uehementer asperis & in-

suauibus. Nam leberis Græcis dicitur exuuium illud uel serpentum, uel piscium exuentium senectam.

Totus echinus asper. Ἄπας ἐχῖνος ξαχύς. Aristoph.

In morosos & iniucundis moribus quadrat. Echinus piscis & item Erinacius undiq; spinis obseptus, ut nusquã impunè possis attingere. Est & hominũ huiusmodi genus, cum quibus nulla ratione possis agere citra litem.

Durus alloquijs.

Ἀτίκτος ἄνθρωπος πρὸς ἀγορήμασιν.

Id est, immobilis alloquio. Ductum à cera, quę tractando molleseit. Atecton autem dicitur, quod non queat liquefieri. Competet igitur in hominem inexorabilem.

Echino asperior. Plinius.

In hominem intractabilem & insuauibus moribus dictum. Methaphora sumpta ab animãte, cuius duplex est genus, terrestre spinis obsitum, & rarioribus pinnata undiq; testudine ac spinis obductum, quibus se pedum uice uoluit, autore Plinio.

Corinthus & collibus surgit, & uallibus deprimitur. Strabo.

Id adagium ubi nam possit esse usui, non satis uideo, nisi quis detorqueat ad hominem intractabilem, aspero ingenio. Strabo scribit: Corinthios opibus & artib. egregijs præcelluisse, cæterum regionem illorum non admodum fuisse feracem, quòd inæqualis esset & aspera, ac petricosa.

Etiam quercus bacchatur.

Καὶ δρῦς μαίνας ἐγένετο.

Id est, Etiam quercus Mænas facta est. De ijs, qui uix deliniuntur. Ab Orphei fabula, quercus sua cithara demulcentis. Mænades sunt mulieres afflatæ Baccho.

Agamemnonis hostia.

Ἀγαμέμνονος θυσία.

Id est, Agamemnonis uictima. Quondam in duros ac persuasu difficiles dicebatur. Inde natum, quod Agamemno-

memnõne rem diuinam in Troia facturo bos effugerit, uixq; toto negocio comprehensus, reductus.

Matiolœchus. Ματιολοιχός.

Vulgato conuicio dicebatur liguritor, & in minimis etiam rebus exquisitus. Proinde quadrat in eos, q per fraudem minimis è rebus sectantur compendium. Merula ait: Matiolœchus esse cibi genus.

Ne mouc festucam. Μὴ κάρφος κίνει.

Vbi quis omnis strepitus impatiens est. Quosdam uideas usqueadeo morosos, ut quicquid agas offendantur, etiam si stipulam duntaxat moueas.

Seneca. *A lasso rixa quæritur.*

Apparet dictum in quosdam morosiores, & ad rixandũ procliuiores, non quòd offendantur, sed quòd alioqui animo malè affecti sint, ut sunt difficiles ac submoroſi, quibus fortuna aduersa est.

Homerus. *Difficilis est.*

Δφνὸς ἀνὴρ ταχὰ κέρτερος ἀναίτιον αἰτιόωτο. Id est, Forsan & innocuum culpet uir sæuus & acer.

Hunc Homeri uersiculum olim in Demosthenem uulgò iactatum fuisse, multorum autorum testimonijs cõstat, propterea quòd acceptæ pecuniæ nõnunquam & malos defenderet, & oppugnaret bonos.

Plutarch. *Durus & implacabilis.*

In hominem impendiõ rigidum & implacabilem rectè torquebis illud Homeri Odyss. κ.

Σοὶ δὲ τὶς ἐν στήθεσσι ἀκήλητος νόος ἔστί. Id est, At tibi non unquam placanda in pectore mens est.

Plutarch. Κερασβόλος.

Plutarchus docet homines præfractos, & asperis moribus, & intractabiles, cerasboles uocari solitos.

Aeschin. *Scytha malus.*

Tanta erat barbaries & immanitas Scythicæ gentis, ut ipsa etiam appellatio cesserit in prouerbium, quemadmodum hodie crudelem hominem appellamus Turcã, & im-

& immane facinus Turcicum. Aeschines in oratione περὶ παραπρεσβείας, καὶ λίσσομαι σώσαί με κ, μὴ τῷ λογογράφῳ καὶ σκύθη κακῷ ὄντι παραδοῦναι. Id est, obsecro ut seruetis me, neue logographo, malóq; Scythæ me tradatis.

Homerus.

Inexorabilis & durus.

In durum & inexorabilem competet illud ex Odyss. ϕ. καὶ δ' ἀπὶ κραδίη στερεωτέρη ἔστι λίθοιο. Id est, At tibi perpetuò cor saxo durius omni est. Ita Telemachus ad matrem.

ASSIDVITAS.

Minutula pluuia imbrem parit.

τεκάδες ὄμβρον γίγνωσκαι.

Id est, Minutæ guttulæ imbrem parientes. Quoties res initio pusilla, crescit in maius. Quare in minutis vigilãdum, ne paulatim incidamus in maxima incommoda.

Assidua stilla saxum excauat.

Ῥᾳνὶς ὑπελεχοῦσα κοιλαίνει πέτραν.

Id est, Stillicidium perpetuum saxum excauat. Admonet nihil esse tam durum, quod non emolliat: nihil tam arduum, quod non efficiat assiduitas. Plinius tradit inueniri silices formicarum pedibus attritas, idq; grauissimum exemplum esse putatur, quãtam uim habeat assiduitas.

Zenod.

Bis septem plagis Polypus contusus.

Δὶς ἑπτὰ πλαγαῖς πολύπους πιλοῦμενος.

Id est, Plagis adactus Polypus quatuordecim. Dici solitum, ubi quis multo tandem malo fit emẽdatior. Aiunt Polypum piscem captum diu, multumq; tundi, cædiq; solere, quo mitior fiat & ad esum accommodatior.

Dicendo dicere discunt.

Ἐκ τοῦ λέγειν δὲ λέγειν πορίζεται.

Id est, Dicendo consequimur ut dicamus. Nempe ad cuiusuis rei peritiam, quam potissimum usus suppeditat,

optimus omnium rerum magister. Proinde prouerbiales omnes erunt id genus. Fabricando fabricam discis. Canendo musicam. Scribendo discis scribere.

Cicero. *Latum unguem, ac similes hyperbolæ prouerbiales.* Transuersum digitum aut unguem discedere, frequēter est apud Ciceronem, pro eo quod est, quàm minimo spacio. Fit autem festiuior metaphora, quoties his uerbis perfectam imitationem ac plenum undequaq; consensum significamus: ut, Ab hac regula mihi non licet transuersum, ut aiunt, unguem discedere.

Vergilius. *Taurum tollet, qui uitulum sustulerit.* Vide, Degenerantium in peius.

Homerus. *Noctesq; diesq.* Νύκτας τε ἤματα. Qua figura, assidua & infatigabilis diligentia passim significatur. Horatius:

Nocturna uersate manu, uersate diurna.

Plautus. *Velut umbra sequi.* Ὡσὴ σκιὰ ἕπεσθαι. Velut umbra sequi dicitur, qui nusquam deest. Plautus: Decretum est mihi quasi umbra quoquò ibis tutè, persequi. Vnde assecias indiuiduos, umbras uocamus.

Lucianus. *Ne altero quidem pede.* Μὴ ἢ τὸ ἕτερον πόδα. Id est, Ne alterum quidem pedem discedere. Lucianus: Qui ex Aethiopia nunquā uel alterum promouerit pedem. Annumerandum illis: Latum unguem, &c.

Saxum uolutum non obducitur musco.

Diogeni. Λίθον κυλινδόμενον οὐ φῦκος οὐ ποιεῖ. Id est, Musco lapis uolutus haud obducitur. Qui nō potest eodem loco consistere, raro fit ut diteſcat.

Multis ictibus deijcitur quercus.

Πολλαῖσι πληγαῖς ἀχὺς σπὰ δαμάζεται. Id est, Multis rigida quercus domatur ictibus. De re factu quidem ardua, quæ tamen assidua industria peruincatur.

Periāder. *Exercitatio potest omnia.* Μελέτη πάντα δύναται. Id est,

Id est, Cura omnia potest. Significat autē nihil esse tam arduum, quod diligentia curaq; nō efficiatur. Vergilius in Geor. Labor omnia uincit
Improbus, & durisurgens in rebus egestas.

Ne genu quidem flexo. Οὐδὲ γόνυ κάμψας. Philostratus.

Dictum est pro eo, quod est, Ne tantillum quidem. Etenim si iam incipit ad quietem componere sese, primum genu flectit. Itaq; perinde ualet quasi dicas: Citra respirationem, sine omni intermissione.

ATTENTIO ET E CONTRA.

Purgatis auribus. Plautus.

Pro attentis auribus & uacuis. Nam sordes in auribus collectæ auditum hebetant, exemptæq; reddunt acriorem.

Mens peregrina. Νοῦμ τὸμ ξένομ. Terētius.

Mentem peregrinam habere dicuntur cogitabundi, nec satis ob id attenti ad ea, quæ coram aguntur.

Præsens absens. Παρὼν ἀπόδημος. Aristoph.

Id est, Præsens peregrinatur. In eum dicendum, qui non animaduertit ea, quæ dicuntur, cogitatione alijs in rebus occupata.

Auribus arrectis. Vergilius.

Quadrabit in illos, qui sitienter & auidè auscultant quæ dicuntur, aut expectant quid dicendum sit.

Erecti. Athenæus.

Accommodum erit, ubi significabimus aliquem toto pectore attentum ad rem quampiam. Erigunt enim se totos & summis nonnunquam insistunt pedibus, qui auscultant, aut spectant auidius.

Ausculta & perpende. Homerus.

Quoties significabimus nos aliud dicturos quod ad rē pertineat, quodq; ratum ac certum futurum sit, conueniet illud Home. Iliad 1.

Αλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι. Id est,
Imo aliud quiddam, tu mente recondito, dicam.

Hoc age.

Quum aliquem iubemus esse attentum, dicimus: Hic esto, aut: Hoc age.

Homerus. *Consulendum, & consilijs parendum.*

Quum admonebimus quempiam, ut uicissim & rectum consilium alijs det, & ab alijs accipiat, aut ut secum rem diligenter perpendat, & alienam sententiam auribus attentis audiat, non intempestiuum erit illud ex Iliados secundo libro:

Αλλ' ἄναξ, αὐτὸς δ' εὖ μάλα, πείθεό τ' ἄλλῳ. Id est,
Ipse age rex bene consulito, & pareto uicissim.

Ceram auribus obdis. Κηρὸν τοῖς ὠσὶν ἐπαλείφῃς.
Id est, Ceram auribus oblinis. Qui recusant audire, uel æqua uel iniqua. Natum ab Vlyssis cera, qua suas & sociorum aures obturabat.

AVDACIA.

Tullius. *Fortes fortuna adiuuat.*

Propterea quod id genus hominibus fortuna quasi faueat, infensa ijs, qui nihil audēt experiri, sed ueluti cochleæ perpetuò latent intra testas.

Animus præsens.

Homerus. Animi præsentia utilis ubiq;, propterea quòd timiditas uel à conscientia, uel ab animi paruitate uideatur proficisci. Huic sententiæ suffragatur Homericum illud ex Odyss. η.

Θαρσαλέῳ γὰρ ἄνηρ ὲν πᾶσιμ ἀμείνων
Ἐργοισι τελέσσῃ, ἐι καὶ πόθεν ἄλλοθεν ἔλθοι. Id est,
Omnibus in rebus potior uir fortis & audax,
Sit licet hospes, & è longinquis uenerit oris.

Homerus. *Animus heptaboëum.* Θυμὸς ἑπταβόειος.
De magno, forti & inuicto dictum. Epithetum sumptum à clypeo Aiacis, quē Homerus Græcè heptaboëon appellat, quod septem boum tergoribus esset obductus, atq; ob id impenetrabilis.

Zenodo. *Aqua præterfluit.* ὑδωρ παραῤῥέει.

Id

Id est, Perfluit aqua. Zenodotus & Suidas admonent dici solitum de eo, qui nihil negocij recusaret, & quidlibet quod mandatum esset, effecturum se polliceretur, quippe usq; adeò promptus ad quiduis suscipiendum, ut nec nauim perfluentem ingredi grauaretur.

Martis pullus. Ἄρεος νεοττός. Aristoph.

Martis pullum uocant, ad bella magnoperè propensum.

Alter Hercules. Οὗτος ἄλλος Ἡρακλῆς. Aristote.

Id est, Hic alter Hercules. De uiro prǽstrenuo, ac laborum tolerantissimo.

Non abijcit animum. Homerus.

De eo qui ne in afflictissimis quidē rebus spem aut consilium abijcit, sed de recipiendo se utcunq; cogitat, appositè dicetur quod de Vlysse dixit Odysse. E. Home.

Ἀλλ' οὐδ' ὡς χειμῶνι ἐπειλήθετο ᾧ πρόμος ἦεν. Id est.

Ac neq; sic licet afflictus obliuia cepit Nauigij.

Ne quid moueare uerborum strepitu. Idem.

Qui monebit aliquem, ne sequis uerbis, ac minis deterreatur quò minus experiatur, accommodabit illud Homeri ex Iliad. γ. ab Apolline dictum Aeneæ:

Ἀλλ, ἰθὺς φέρε χαλκὸν ἀτρεΐα, μηδέ σε πάμπαν
Λευγαλέοις ἐπέεσιν ἀποτρωπάτω κραδίην, Id est,

Quin rigido ferro magis obuius ito, nec unquam
Te sæuis dictis deterreat ille, minisq;.

In discrimine apparet qui uir. Idem.

De re periculosa difficilique, & eiusmodi quæ uirum cordatum ac strenuum requirat, conueniet illud ex Ilia. N.

Ἐνθ' ὅ, τε δειλὸς ἀνὴρ ὅς τ' ἄλκιμος ἠὲ φάνθη. Id est,

Illic qui uir iners, qui strenuus ipsa docet res.

Non cedendum malis.

Si quando admonebis, non oportere cedere uel aduersa rēs, uel aduersæ fortunæ insultibus, aut non esse certandum cum fugitiuis, non insciтè detorseris illud ex eodem libro.

Οὐκ ἄρ' ἐν ἀνχένι ὄπιθεν πέσοι βέλος οὐδ' ἐνὶ νώτῳ.

Ἀλλά-

Ἀλλά κέρ ἢ σίφνωϛ ἢ νηδύν· ἀντιάσειε. Id est,
Ne feriat iaculum ceruicem aut terga, sed ipsum
Aut uentrem, aut pectus feriat aduersa sagitta.

Aul. Gel. *Achilles.*

Insigni fortitudine duces, appellabimus non inuenustè Achilleis.

Achilleum argumentum.

Rationem & argumentum Achilleum uocabimus, quod sit insuperabile & insolubile.

Homerus. *Qui cum contemptu uitæ euadunt.*

In eos, qui gladiatorio, sicut ait Terẽtius, animo quempiam impetunt, ut aut perdant, aut pereant, cõuenit illud ex Iliad. M.

Ἀγροτῆροισι σύεσσι ἐοικότες, Id est.
Similes agrestibus apris.

Tradunt enim uiatores hos prouocatos rectà impetere prouocantem, nec lancea uitata.

Aristot. *Neq; terræ motus timet, neq; fluctus.*

Aristoteles libro moralium Nicomachiorum tertio docens eos, qui non habitu uirtutis, sed immanitate quadam naturæ nihil omnino formidant, nequaq; appellãdos esse fortes, ϛ μανομένους καὶ ἀνάλγητους, hoc est, insanos & stupidos sensusq; expertes, εἰη δέ, inquit, ἀντὶ μανομένου καὶ ἀνάλγητου, εἰ μηδὲν φοβοῖτο μήτε σεισμοὺς μήτε κύματα, καθάπερ φασὶ τοὺς κελτούς. Id est, Fuerit autem quispiam insanus ac doloris sensu uacans, si nihil metuat, neq; terræ concussiones, neq; fluctus quemadmodum de Cletis prædicant. Nihil enim horribilius mari commoto, terræ uerò cõcussio uidetur inferorum adsuperorum sedem eruptionem imitari. Tanta autem erat quorundam Galliæ Germaniæq; gentium immanitas, ut ne his quidem terrerentur, quæ maximè sunt natura horrenda.

Homerus. *Improbitas muscæ.*

In improbum & subinde redeũtem, etiam si turpiter repellatur. Ex Iliad. XVII. Atq; illi muscæ uim intrà præ-

cor-

cordia missit, Quæ quamuis de pelle uiri sit sæpè repulsa, Assultat morsura tamen.

AVXILVM INFIRMVM.

Lunæ radijs non maturescit botrus. Plutarch.

Plutarchus hunc Iouis senarium ceu prouerbialem adfert, differens quòd luna, quoniam radios habet imbecilliores, quàm sol, excitare possit humores, concoquere non possit.

Μίλας γὰρ ἀυτᾶις οὐ πεπαίνεται βότρυς. Id est,

Neq; enim his niger maturus efficitur botrus.

Conuenit in eos, qui conãtur quod ob defectum uirium non queunt perficere. Accedet plus ueneris, si uolentes significare disciplinas humanas non præstare fœlicitatẽ, dicamus: Μίλας γὰρ, &c. In ἀυτᾶις subaudiendum est, ἀκτῖσιν, id est, radijs.

Per fluuium traducere. Διαβιβάζειν τὸν ποταμόν. Plato.

Id est, Transmittere per flumen. Dicebantur, qui difficultatem explicabant rei, quam ineruditiores aut inualidiores explicare non poterant.

Sacer manipulus. Ἱερὸς λόχος. Athenæus.

Id est, Sacer manipulus. Olim dicebatur, quemadmodũ dicimus sacram anchoram iaciendam, aut rem ad triarios rediisse.

Coriaceum auxilium. Σκυτίνη ἐπικουρία. Hesychius

Id est, Coriaceum siue pelliceum auxilium. Apud Atticos infirmum & imbecille dicebatur.

Ficulnum auxilium. Συκίνη ἐπικουρία. Aristoph.

Id est, Ficulnum auxilium, pro inualido atq; inutili.

BENEFICIVM CORRVPTVM.

Perdidisti uinum infusa aqua.

Ἀπώλεσας τὸν οἶνον ἐπιχέας ὕδωρ. Homerus.

Verba sunt Polyphemi. Sic enim increpat Vlyssem uinũ aqua temperantem. Antiquitus merum bibebant non sine noxa, donec Staphilius Sirreni filius ostendisset, uinum aqua diluere.

Capra Scyria.

Αἴξ σκυρία.

Conuenit in eos, qui beneficium maleficio corrũpunt: aut, qui uirtutes adiunctis uitijs contaminant atq; obscurant. quiue recte instituta non rectè finiũt. Veluti capra Scyria quòd fera sit, mulctrum quod lacte impleuerat, ipsa rursus euertit, atq; hoc modo beneficium quod dederat, eadem perdidit.

Panis lapidosus

Seneca lib. de beneficio II. Panis lapidosus, sic enim Fabius Verrucosus appellabat beneficium ab homine duro asperè datum, quem esurienti necessarium sit accipere, durum & acerbum esse.

BIBACITAS.

Vinaria angina.

Fest. Põp. Festus Pompeius indicat ioco iactatum in eos, qui uino præfocantur, laborare uinaria angina, quam οἰνάγχην possis dicere.

Maduſa.

Plautus. In Pseudulo Plautina seruus ebrius ita loquitur: Ego probè nunc habeo maduſam. Festus Pompeius indicat apud priscos madχsam dici solere temulentũ, dubitatq; utrum à Græcis deductum sit, quibus ebrius est μεθυσος, an à Latino uerbo madere, quòd probè poti uino madidi dicantur. Quòd si maduſa sonat ebrium, non ebrietatem, absurdus est sermo, habeo maduſam, Vnde sic legẽdum arbitror:

Ego nunc probè habeo maduſa ira uictu ecurato.

Seruus in ebrietate uidetur sibi fœlix, ut solutus omni metu curisq; & omnium tristium oblitus.

Parthi quo plus biberint.

De Parthis uetere prouerbio dictum est, quò plus biberint, eò plus sitire. Habet hoc temulẽtia, ut postea quàm obsurduit palatum, magis ac magis cupiant haurire. Aptè dicetur in auaros, aut studiosos: crescit enim discendi cupido cum eruditione.

Καρυ-

Καρηβαρδντες. Athenæus.

Dicuntur, qui crapula grauatum caput habent. Conuenit in temulentum ac somnolentum.

Ranarum more bibere. Idem.

In eos qui deditissimi ad pocula sunt, nihil interim uel parùm comedentes, rectè & non inuenustè quadrat illud Athenæi:

Οἳ πίνουσι μόνον βατράχων τρόπον, οὐδὲν ἐσθίοντες, Id est,

Qui absq; cibo uiuunt ranarum more bibentes.

Nec elephantus ebiberet. οὐδ' ἂν ἐλέφας ἐκπίοι. Athenæus.

Id est, Nec elephantus quidem ebiberet. De poculo prægrandi, quum elephantus proboscide immensam aquarum uim, quum libet hauriat.

Cothonissare. Κωθωνίζειν *siue* κωθωνίζεσθαι. Idem.

Dicebantur, qui largius biberent, & potationem largiorem κωθωνισμὸν appellabant: Cothon autem poculi genus est.

Calicum remiges. Κυλίκων ἐρέται. Idem.

Id est, Calicum remiges. Dicti sunt, qui assiduè perpotarent, uinum pro remo ducentes.

Κυαθίζειν.

Dicebantur, qui poculis indulgebant, quasi dicas, cyathissare. Mihi uidetur potius in eos conuenire, qui parcè bibunt, nec sextarios hauriunt, sed cyathis subinde repetitis, tamen inebriantur.

Argenteus puteus. Φρέαρ ἀργυροῦν. Idem.

Id est, Argenteus puteus. Athenæus lib. XI. indicat olim ingens poculum dici solitum puteum argenteum, nam cyathi pusilli erant.

BONAE FORTVNAE COPIAE, Fœlicitatis, aut Ominis.

Asinus in paleas. Ονος εἰς ἄχυρα.

Subaudiendum, incidit. Dici solitum, ubi cuipiam fortuna lautior præter spem obtigerit, aut nactus fortè fuerit aliquid, quò uel præcipuè gaudeat.

Suidas. *Nunc illa aduenit Datidis cantilena.*

Νῦν τοῦτ' ἐκεῖν' ἥκει δ' Δάτιδος μέλος.

Id est, Nunc id quod aiunt: Datidis adest cantio. Dicebatur ubi quid lætum ac festiuũ accidisset. Datis quispiam erat Persarum Satrapes excellens in rei bellicæ gloria.

Ouidius. *Procridis telum.* Πρόκριδος ἀκόντια.

Id est, Procridis iacula. De ijs qui ueluti certis telis quicquid animo destinant, assequuntur. Sumptum à notissima fabula, uel Ouidio narratore, de Cephalo, qui certo iaculo emisso Procridem uxorẽ interemit, ratus feram esse.

Iuuenalis. *Albæ gallinæ filius.*

Fœliciter natum, albæ gallinæ filium dicimus.

Ambrosi. *Aut piscem olet, aut florem.*

Aut piscem olet, aut timallum. Dictum in eum, qui bene oleret, ꝙ timallus piscis sit odore gratissimus, & æquè fragrans eiusdem nominis flos.

Virgula diuina.

Cicero. Quoties quid citra humanam operam quasi diuinitus, nobis significamus contigisse. Propterea quòd antiquitas quemadmodum in anulis, ita & in uirgis ferendis existimauit aliquam fatalem, ac ceu magicam inesse uirtutem.

Lucianus. *Gygis anulus.* Γύγου δακτύλιος.

Quadrat uel in homines inconstantibus moribus, uel in fortunatos qui ueluti uirgula diuina, quicquid optant, id suo arbitrio consequuntur. Huius adagij mentionem facit Lucianus in Votis, ubi quispiam optat sibi complures anulos eiusmodi, quales habebat Gyges: alium, quo diteſceret: alium, quo gratus & amabilis redderetur: alium, per quem liceret uolare, quocunq; libitum esset. Nam priscorum superstitio plurimum tribuit anulorum efficaciæ.

Zenodo. *Orci galea.* Ἅϊδος κυνῆ.

Dictari solitum in eos, qui semet arte quapiam occultarent

tarent. Plutoni erat galea, quam qui gestaret, is quoscunque uoluisset uidebat, ipse nemini conspicuus.

Secundo æstu. Κατὰ ῥοῦν πλοχωρεῖν.

Id est, Secundo æstu procedere. Sumpta metaphora à nautis, quibus facilior cursus, quum flumen aut etiam maris æstus secundus est. Lucianus.

Bonis auibus. Malis auibus. Horatius.

Quum rem fœliciter, aut secus cedere significamus. Ab augurum obseruatione sumptum.

Omnia ex sententia cedunt. Homerus.

In magnoperè fortunatos, quibus & rectè & secus insti tuta fœliciter cedunt. Homerus:

Spicula cuncta horum feriunt, seu torserit illa
Ignauus, seu uir fortis, quia Iuppiter ipse Dirigit.

Secundis uentis. Horatius.

Secundis uentis nauigare dicitur, cui res ex sententia succedunt. Horatius:

Non agimur tumidis uelis Aquilone secundo,
Non tamen aduersis ætatem ducimus Austris.

Datyli dies. Δατύλου ἡμέραι.

Vbi res fœliciter successerunt. A Datylo quodã, qui apud Athenienses summos est honores consequutus.

Dijs hominibusq; plaudentibus. Cicero.

Pro eo, quod est fœliciter atq; auspicatò. Apud Poëtas penè solenne, Deûm atq; hominum fidem, Dijs atq; hominibus inuisus.

Semper fœliciter cadunt Iouis taxilli.

Ἀεί γ' εὖ πίπτουσιν οἱ Διὸς κύβοι.

Id est, Semper cadũt fœliciter tali Iouis. Dici solitum in eos, quibus res omnes perpetuo quodam fortunæ fauore ex animi sententia cederent.

Sapiens sua bona secum fert.

Ὁ σοφὸς ἐν αὑτῷ πᾶν φέρει τὸ ἀγαθόν. Bias.

Id est, Sapiẽs opes sibi secum habet semper suas. A Biantis

tis, ni fallor, apophthegmate natum, qui rogatus, cur nihil exportaret rerum suarum ex incendio patriæ: Ego uerò, inquit, omnia mea bona mecum porto. Significans ea quæ nobis bona insunt, uera esse bona, & uerè nostra.

Suidas.

Contingit & malis uenatio.

Δέδοτη καὶ κακοῖσιμ ἄγρα.

Id est, Contingit & ignauis è uenatu præda. Vbi quid fœliciter obtigit immerenti, quodq; fortunæ magis, quàm illius industriæ sit acceptum ferendum.

Suidas.

Iecit Achilles duas tesseras, & quatuor.

Βέβληκ' Ἀχιλλεὺς Δύο κύβω Τέσσαρα.

Duas Achilles, quatuorq; tessaras Iecit.

Hunc uersum Suidas ex Euripide citat. Quid autem sibi uelit adagium, nullus explicat, nisi quòd coniectare licet dictum fuisse de ijs, qui in omni re uincerent, propterea quòd is thesserarum iactus fœlix esset.

Seneca.

Tranquillo quilibet gubernator est.

Seneca in Epistolis. Alioqui gubernatoris artem adeò non impedit tempestas, ut offendat. Tranquillo enim, ut aiunt, quilibet gubernator est. Agit autem illic, fortunam aduersam ac rerum difficultatem, non solum nõ obesse sapienti, uerum etiam uirtutem in his maximè proferre sese, quæ rebus secundis ac pacatis latebat. Nõ magnum est administrare Rempub. quum omnia pace constant.

Zenodo.

Effugi malum, inueni bonum.

Εφυγομ κακόμ, εὗρομ ἄμεινομ.

Id est, Euasi mala, nactus sum meliora. Dici solitum, si quando fortuna lautior cuipiam contigisset. Natũ aũt à cæremonijs nuptialibus.

Plautus.

Inueni, non quod pueri in fabâ.

Strophylus seruus in Aulul. Plauti, aulam auri plenam à sene defossam, furto sustulerat, eamq; rem gestiẽs, indicare

dicare hero: Reperi, inquit. Et rogatus quid reperisset. Non quod pueri clamitant, inquit, in faba se reperisse: prouerbiali nimirum figura, magnum quiddam reperisse sese significãs. Est enim midas uermiculus quidam, qui fabis innascitur: hunc si quando nacti sunt pueri, gestiunt atq; exclamant, perinde quasi magnum quiddam inuenerint.

Sardi uenales. Σαρδιανοὶ πῶλοι.

De negocio infinitæ prolixitatis, atq; inexplicabili. Idq; hinc ortũ esse tradunt, quod Tiberius Sempronius Gracchus, cum altero consulatu Sardiniam domuisset, tantum ex ea captiuorum adduxit, ut longa uenditione res in prouerbium abierit.

Bonorum mare. Ἀγαθῶν θάλασσα.

Dicitur & diuersam in partem. Item de magnis & uehementer cumulatis cõmoditatibus. Vel quod ipsum mare ministret innumerabiles opes rerum, puta piscium, gemmarum q;. Zenodo.

Thassus bonorum. Θάσος ἀγαθῶν.

Natum adagium à loci fertilitate. Nam Thassus insula est iuxta Thraciam, ut Zenodotus refert. Callistratus orator, demigrans Athenis, persuadere conatus est Athenienfibus, ut regionem, quę ex aduerso erat, incolerent, multa splendida de eius feracitate iactitans, & quod auri uenas haberet, & quod glebam optimam. Denicq; in summa, inquit, Thassus bonorum est. Hinc in uulgi sermonem abijt: Thassus bonorum, de ijs, qui splendida pollicentur.

Bonorum aceruus. Ἀγαθῶν σωρός. Cicero.

De opibus ingentibus, unde & frequenter extructas dapes, extructas opes, & cumulatas opes pro copiosis legimus, tanquam aceruatim congestas, neq; pondere, neq; numero, sed ipso cumulo infusas.

Horna meßis. Plautus.

Plautus in Mustell. Hornam messem prouerbiali figura dixit, pro maximo emolumento: quasi dicas, tantum lucri,

cri, quantum eo anno sit prouenturum in agris.

Bonorum myrmecia.

Ἀγαθῶν μυρμήκια.

De immensis opibus. Nam myrmecia Græcè significat cauernam aut agmen formicarum. Antiquitus formicarum cœtus opulentiam portendit.

Suidas. *Dathus bonorum.* Δάθος ἀγαθῶν.

In eãdem sententiam dici consueuit. Est autem Dathus Thasiorum colonia, iuxta Strymonẽ, cum alioqui opulenta ac florens, tum quòd habet etiã auri uenas, ut hinc in prouerbium abierit: Dathus bonorum, de conferta rerum opulentia.

Idem. *Gargara bonorum.* De his Vide Vrs. in Gram. & Lucret. lib. 5 Cap. 12.

Innumerabilem hominum, rerumue uim, prisci gargara dicebãt, ficta, ni fallor, uoce strepitu, quem facit hominum congregatorum multitudo, aut rerum effusarũ copia. Vnde & gargaro uerbum, quod significat perstrepo præ multitudine.

Gargaro.

Bona terræ. Τὰ τῆς γῆς ἀγαθά.

De bonis immensis, & omnigenis, quasi dicas, quicquid terra progignit, omnium rerum parens.

Homerus. *Ingens rerum multitudo.*

Quum admirandam hominum aut rerum seu malorũ multitudinem indicare uolemus, conueniet illud Homericum:

Quot frondes, & quot sunt uerno tempore flores,
Vtq; globatarum muscarum examina multa.

Bonorum glomi. Ἀγαθῶν ἀγαθίδες.

De opibus extructis, & affatim cumulatis. Sumpta metaphora à glomere textorio, cui fila sunt obuoluta, aut certè ligno illo textorio, cui filorum maxima uis est obuoluta.

Lucianus. *Copiæ cornu.* Ἀμαλθείας κέρας.

Quum affatim omnia superesse significamus, Copię cornu dicimus.

Lac

Lac gallinaceum. Ὄρνιθων γάλα. Eustathi.

Eundem habet sensum. Dicitur enim in opulentos, & quibus quiduis rerum suppeditat. Aut de raris inuentu atque ob id preciosis, ut sit hyperbole significans nihil omnino deesse.

Extis pluit. Ἀλασὶν ὗει.

Id est, Lucanicis pluit. Sermo prouerbialis de prodigiosa rerum copia. Qui iocus etiam hodie durat apud Idiotas. Siquidem Alas Græcis exti genus est, ex quo frustulatim concisо farta conficiuntur.

Capram cœlestem Orientem conspexerunt. Plutarch.

Αἶγα τὴν οὐρανίαν ἐπιτέλλουσαν ἐθεάσαντο.

Hoc dicti solitum in eos, quibus omnia fœliciter, eò; animi sententia succederēt, propterea ꝙ antiquitus opinione uulgi cōprobatum est, qui captā illam Iouis altricē, & ob id in siderum relatam numerē; conspexissent, quicquid uotis conciperent, eius compotes futuros.

Bonæ fortunæ. Ἀγαθοῦ δαίμονος. Aristoph.

Id est, Boni genij, uel bonæ fortunæ, subaudi nomine. Sermo est bene ominantis in re quapiam aggrediunda.

Oculus dexter mihi salit. Theocri.

Ἀλλέ᾽ ὀφθαλμός μευ ὁ δεξιός.

Id est, Salit mihi oculus dexter. Vbi spes est uisuros nos lætum quippiam, & uehementer exoptandum. Hodieq; per iocum aiunt, sibi dexteram tinnuisse aurem, significantes alicubi sermonem de se absentibus factum cum laude.

Bona spes ostensa.

Quum bona quæpiam spes affulget alicunde, perficiendi quod proposuimus, conueniet illud ex Odyss. o. lib. Homerus.

ὡς ἄρα οἱ εἰπόντι ἐπέπιστο δεξιὸς ὄρνις. Id est,

Sic fato fœlix à dextris aduolat ales.

Deus undecunq; iuuat, si modo propicius.

Deus ubiq; præsens adest, si faueat: neq; refert ubi gentium Homerus.

tium agas, illo propitio. Ad hanc sententiam accommodes licebit illud Homeri.

Εἰ δὲ θεὸς γ' ἐθέλωι καὶ τλαίτερ ἄνδρα σαῶσαι.

Si libeat seruare procul quoq; numina possunt.

Lux affulsit.

Vbi melior rerum spes ostendi cœperit, lucem affulsisse dicunt. Porrò lumen fausti ominis apud ueteres fuisse, testis est M. Varro lib. de lingua Latina II.

Zenodo. **Noctua uolat.** γλαῦξ ἵπταται.

Priscis Athenienſibus noctuæ uolatus uictoriæ signum ac symbolum existimabatur, propterea quòd auis hæc Mineruæ sacra crederetur, quæ quidem dicta est etiam malè consulta Athenienſiũ bene fortunare. Inde, rebus fœliciter atq; ex animi sententia succedentibus, dici consueuit: Noctua uolat.

Suidas. **Laureum baculum gesto.**

Δαφνίλω φέρω βακτηρίαν.

Id est, Laureum porto baculum. Suidas, tradit ita solere loqui eos, qui essent ab aliquibus insidijs appetiti, fœlicitérq; periculum effugissent, propterea quòd laurus credita est aduersus uenena remedium habere.

Idem. **Midas in tesseris consultor optimus.**

Μίδας ὁ ἐν κύβοισιν εὐβολώτατος.

Id est, Midas, qui in tesseris consultor optimus: prouerbium à tesserarum ludo natum. Est enim Midas, iactus uocabulum. Accõmodari poterit adagium ad rem quæ fortè fortuna bene cadit.

Boues messis tempus expectantes.

Βοῦς ἄμητον ἐπιτηροῦντες.

Id est, Boues messem obseruantes. Dici solitum, ubi quis ingentium emolumentorum spe laborem sumeret. Inductum, quòd boues messis tempore, maiore laborant fructu, propterea quòd inter triturandum pascuntur interim, & pabulum largius apponitur. Contrà, quum uere aut

aut hyeme proscindunt aruum, hoc molestior est arandi labor, quòd nullo præsente fructu leniatur.

Bos apud aceruum. Βοῦς ἐπὶ σωρῷ.

Id est, Bos in aceruo. De splendidè ampliterq; uiuentibus, quiq; in ubere rerum affluentia, prolixius faciunt sumptum. Aut quemadmodum ait Suidas, de ijs, qui in media rerum copia constituti, nõ sinuntur præsentibus bonis frui. Translatum arbitratur à bobus trituram ex ercentibus, quibus quòd os obligatum habeant, non licet uescì tritico, quod excutiunt, ut simile sit illi: Tantalus inter undas sitiens. Suidas.

Bos ad præsepe. Βοῦς ἐπὶ φάτνῃ.

In emeritos dici consueuit, quiq; iam ob ætatem ocio uitæq; molliori indulgent. Efferitur & ad hunc modum: Bos in stabulo. Congruit & in eos, qui nullis honestis negocijs exercent, sed turpi ocio atq; abdomini seruiũt. Philostratus.

Quæ diuinitus contingunt.

Quæ dicet quispiam non cuiuis contingere quisquis optat, sed diuinitus dari, uelut ingenium, formam, uires, usurpare poterit illud Homeri ex Iliad. 3. lib. Homerus.

Ἐκὼν δέ οὔ τις ἔλοιτο. Id est,

Non quisquis uoletilla ferat.

Autoritas diuinitus.

Diuinitus cõtingit, ut idem homo nũc magnificat, nunc despiciatur. Ex Odysseæ XVI. Est procliue deis, amplus quos claudit Olympus, Reddere uel despectum hominem, aut adiungere honorem. Homerus.

Fœlicitas à Deo.

Θεοῦ δὲ δῶρόν ἐστιν εὐτυχῆσαι βροτούς. Id est, Fœlicitas datur deũm homini munere. Vt res nostræ bene cedant, id in nobis situm non est, sed à superũm arbitrio pendet. Hominum est conatus, Dei est euentus. Homerus.

Primum rectè ualere, proxima forma, tertio loco diuitiæ.

Plato lib. II. de Leg.

Λέγετ γὰρ ὡς ἄριστον ὑγιαίνειν, δεύτερον δὲ κάλλος, τρίτον δὲ πλοῦτον.

Id est, Aiũt enim optimum ac potissimum esse, bonam ualetudinem, proximum formam, tertium diuitias. Alius quidam dicit: Rectè ualere, & sapere, duo uitæ bona. Iuuenalis: Curandum est, ut sit mens sana in corpore sano.

Tullius. *Deum esse. Deum facere.*

Hyperbolę sunt prouerbiales, de singulari laude dignis. Tullius in Oratoris sui libro II. in quo tu mihi Deus esse uideris, id est, singularis, ac summus. Inde natum quod prisci mortales, si quem ob egregias, ac minimè uulgares uirtutes suspiciebant, eum Deum, ac diis genitum aiebant.

Idem. *In cœlo esse.*

Pro eo quod est, supra modum fortunatum esse ac glorioſum.

Zenodo. *Quæuis terra patria.* Πᾶσα γῆ πατρίς.

Admonet adagium, uirum sapiẽtem ac bonum, ubicunque gentium uixerit, fœlicem esse. Vnde & Socrates interrogatus: Cuias esset, mundanum se esse respondit.

Virtute duce, comite fortuna.

Cicero. Marcus Tullius epist. famil. libro decimo ad Plancum: Omnia summa consequutus es, uirtute duce, comite fortuna. Virtus eligit quod est optimum. Quod si non succedit, tamen in rebus præclaris, ut in magnis, etiam uoluisse pulchrum est. Sin succedit, prima laus debetur uirtuti, tanquã egregij facinoris duci: proxima fortunæ, quæ uirtuti subseruierit.

Sale nihil utilius.

Comperio & hoc à doctis prouerbij titulo cõmemoratum: Humano corpori nihil esse utilius sale & sole.

Plautus. *Supercilium salit.*

Quoties bona quædam spes titillat animum nostrum, dicen-

dicere licebit nobis salire supercilium. Sumptum à uulgi superstitione, qui futurorum auguria captat ex corporis affectibus, ut si quod membrum pruriat præter euidentem causam, si dexter oculus saliat, si auris dextra tinniat.

BREVILOQVENTIA.

Grata breuitas.

Χάρις βαθεῖσιν ὀπηδᾷ. Id est, Adiuncta est paruis gratia rebus. Quædam mole placent ac magnitudine. Sunt quæ ob id grata sunt, quòd minuta: ueluti gemmæ quædam ac sculpturę. Idem usu uenit in epistolis ac libris, qui nõ raro ipsa breuitate redduntur commendatiores, præsertim apud fastidiosos & occupatos.

Ἐπιτομή.

M. Tullius epistol. ad Attic. libro V. Epistola, cuius initi um: Saturnalibus mane. Hoc iam sic habeto, nec hoc exercitu, hic tãta negocia geri potuisse. Quæ cognosces ἐν ἐπιτομῇ. Sic enim concedis mihi proximis literis. Ἐπιτομῇ dixit pro eo quod erat ἁπλῶς, summatim, & compendio, recisis ijs, quæ minus ad rem pertinent. Cicero.

Laconismus. Λακωνισμός.

Laconismum ueluti prouerbio breuiloquentiã uocant, pro eo quod est paucis & compendio dicere, A λακωνίζειν, quod est affectare breuiloquentiam.

Tribus bolis. Plautus.

Plautus in Curculione: *Si uis tribus bolis*, uelim chlamydem. Tribus bolis dixit, pro cõpendio, quasi tribus uerbis. Nam bolum Terẽtius accipere uidetur, pro eo quod Græci uocant βλωμόν. Quod autem continuò deuoratur, tribus bolis edi dicitur.

Pauciloquus, sed eruditus. Varro.

In eum, qui pauca quidem, sed tamen auditu digna loquitur.

Minore fenire pomœrio. Et his similia.

Prouerbij rationem sapiũt huiusmodi fermè metapho-

ræ: Finire pomœrio, Præstituere metam, Circunscribere cancellis, & si quæ sunt similes.

Plautus. *Numero dicis.*

Plaut. in Cassina: Numero dicis, dixit pro eo, quod est: Facilè & compendio. Festus exponit pro cito ac celeriter. Idem: Numero mihi uenit in mentem.

Plinius. *Vno fasce complecti.*

Apud Plinium, pro eo quod est: Eadem opera & coniunctim agere, non separatim. Translatum est ab ijs, qui res multas simul colligant, quò cõmodius gestari queant.

Hierony. *Tribus uerbis.*

Tribus uerbis, pro paucissimis dicere, prouerbiale est. D. Hieronymus in Dialogo Luciferiani & Orthod. Tribus, ut aiunt, uerbis rem istam grandem dissoluisti.

CAECVTIENTIA.

Plautus. *Lolio uictitant.*

Lolio uictitare, dicuntur luscioſi & cęcutientes. Plautus: Mirum est lolio uictitare te tam uili tritico. Lolium autem Plinius inter frugum pestes commemorat, unà cum carduis & tribulis.

Socrates. *Saturniæ lemæ.* Κρονικαὶ λῆμαι.

In cæcutientes & Cupidos dicitur, præsertim in eos, qui ætatis uicio defipiscunt. Est enim lema humor in oculis concretus, unde lippitudo nascitur. Porrò Saturniæ dicuntur quasi seniles ac ueteres, propterea quòd Saturnus podagrosus ac senex à poëtis fingitur, & temporum Deus.

Socrates. *Cucurbitas lippis.* Κολοκύντας λημᾶν.

Id est, Lippire cucurbitas, ad superiorẽ adagij formam pertinet. Verba sunt Socratis ostẽdentis nubes, hoc est, nisi planè nihil uides, & tantas habes in oculis lemas, quantæ sunt cucurbitæ.

Lucianus. *Ollas lippire.* Χύτρας λημᾶν.

Prouerbialis hyperbole, proximæ similima. Lucianus aduersus ineruditum, & multos coëmentem libros χύ-

τρας

τρεις λιμδντες, inquit, id est, Ollas lippientes. Lachrymas indicans ollis æquales. Hoc adagium utrunq; quoties ad animum refertur, fit elegantius & iucundius, uelut si quis hominem crassi iudicij, ac uehementer cæcutientis & turpiter errantis, dicat lippire non lemis, sed ollis.

Hypsea cæcior. Horatius.

Satis apparet paroemiam ab Hypse muliere quapiam infami, notæq; cæcitatis esse profectam.

Tiresia cæcior. Iuuenal.

A notissima fabula sumptum. Iuuenalis: Nec surdum, nec Tiresiam quenquam esse deorum. Tiresiam prouerbiali figura pro cæco dixit. Quemadmodum Horatius pro paupere Irum:

Intererit multum, diues ne loquatur an Irus.

Talpa cæcior. Τυφλότερος ἀπάλακης. Suidas.

Id est, Cæcior Talpa. De ijs, qui supra modum cæcutiũt, aut qui minimè iudicant.

Cæcior leberide. Τυφλότερος λεβηρίδος. Aristoph.

Est autem leberis (quemadmodum ostendimus & alibi) pellis illa ficca, quã serpentes, cicadæ, & si quid aliud animantis genus exuunt, quoties sibi iuuentam renouãt. In hac enim apparet effigies duntaxat oculorũ, ac membranula quędam tenuissima, qua serpentum oculi proteguntur. Adagium trifariam refertur, Cæcior leberide. Nudior leberide, Iuuenilior leberide.

In canis podicem inspicere. Aristoph.

Aristophanes: Εγὼ κλησασούσας, τοῦτον μὲν εἶπον ἰς κυνὸς πυγὴν ἐρᾶν. Id est, Canis quidem hunc inspicere iussi podicem. Aristophanis interpres admonet uulgò dici solere in cæcutientes.

Cimmeriæ tenebræ. Lactant.

Multam obscuritatem aut animi caliginem, Cimmerias tenebras appellant.

Cæca speculatio. Ἀλαοσκοπιή. Suidas.

Suidas prouerbialem dictionem admonet, quoties aut

conniuent, quibus datum est negocium, aut ipsi nihil uident, quibus obseruandi partes sunt delegatæ.

Cæcus cæco dux. Τυφλὸς τυφλῷ ὁδηγός.

Horatius. Adagium Euangelicis literis celebratũ. Vti licebit quoties indoctus indoctum docere, inconsultus imprudenti consilium dare conabitur.

Aristoph. *Neq; cæcum ducem, neq; amentem consultorẽ.* Subaudiendum adhibeas: Disce, sed à doctis. Consilium pete, sed à consultis.

Palpari in tenebris. Ἁπλαφᾶσθαι ἐν σκότῳ.

Id est, Manu tentare in tenebris. Dicuntur, qui rem obscuris uestigant coniecturis.

E duobus tria uides. Ἐκ δυοῖν τρία βλέπεις.

In eos, qui uel ætate, uel ebrietate, uel alio quopiam oculorum uicio cæcutiunt.

Hierony. *Puluerem oculis offundere.*

Puluerem ob oculos offundere dicitur, qui de industria rem obscurat, & aduersario iudicium eripit.

Diogenianus. *Nox humida.* Νὺξ ὑγρά.

De malis imminentibus dici solitum. Quemadmodum de lætiore fortuna dicimus. Exoriri lucem.

Cæci præscriptio. Τυφλοῦ παρακέλευσις.

Id est, Cæci iussio siue exhortatio, dicitur absurda, quoties ipse, qui præscribit, non intelligit quid dicat. Planè conuenit homini insigniter caliganti.

CALVMNIA.

Sycophanta. Συκοφάντης.

Aristoph. Sycophantę cognomẽ, uulgò probri loco tribuebatur. Conuicium prouerbiale in calumniatores, & quamuis pusilla de causa litem mouentes.

Theocrines Tragicus.

Demosth. Τραγικὸς Θεοκρίνης. Id est, Tragicus Theocrines. Vsurpauit hoc adagiũ Demosthenes aduersus Aeschinem. Theocrines primum Tragœdiarum autor fuit, deinde ca-

lumnia-

lumniator & sycophanta. Vnde Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte, Aeschinem, Tragicum Theocrinē uocat.

Falsum probrum. Aeschin.

Sententia prouerbialis est apud Aeschinem in oratione περὶ παραπρεσβείας. Τὸ γὰρ ψεῦδος ὄνειδος οὐ περατέρω τῆς ἀκοῆς ἀφικνεῖται. Id est, Falsum probrum non peruenit ultra aures. Qui audit conuicium, cuius sibi conscius est, grauiter animo uulneratur. At qui falso probro aspergitur, non perinde commouetur. Non enim descendit altius in animum hominis rectæ conscientiæ.

Hoc municeps, aut uicinus nunciauit. Tullius.

M. Tullius in oratione pro Roscio: Soletis cum aliquid huiusmodi auditis, Iudices, continuò dicere, necesse est aliquem municipem aut uicinum dixisse. Solent enim à uicinis ac municipibus uicinorum ac municipum scelera potissimum prodi. Quin & hodie uulgò dicunt dedecus huiusmodi à conterraneis aut ciuibus oriri. Nam si quod fortunæ incommodum, si qua uitæ labes, ab illis, quoniam sciunt, proditur.

Albo reti aliena captant bona. Plautus.

Rete Plautus accipit pro calumnia quadruplatorum & parasitorum. Album dixit, alludens ad codicillos & dicas, syngraphasq́, quibus lis intenditur, peragiturq́.

Non est remediū aduersus sycophantæ morsum.

Ἀλλ' οὐκ ἔνεστι συκοφάντου δήγματος. Aristoph.

Id est, Aduersus sycophantæ ictum non ineſt, subaudiendum pharmacon, id est, remedium. Dictum est in calumniam, cuius morsus non solum perniciosissimus, uerū etiam ineuitabilis, quòd clancularius plerunq́.

Argiua calumnia. Ἀργεῖα φορά. Diogenī.

Id est, Argiua infectatio. De calumniosis & delatoribus dici solitum. Nam Argiuos olim notauit antiquitas, tanquam sycophantas & litium auidos.

Boliti pœnam. Βολίτου δίκην.

Boliti pœnam dicunt, ubi quis de re friuola nihilique plectitur. Bolitus autem Græcis significat stercus bubulum. Porrò Solon legem tulit, quæ pœnam minabatur etiam ijs, qui bubulum stercus furto sustulissent.

Cydi pœnam debet. Κύδ' ἀίκλιν ὀφείλει.

Κύδη prima correpta, cõuicium significat, κυδάζειν pro eo quod est, conuiciari. Proinde cum quis ob rem friuolam, uelut uerbum aliquod temerè dictum, deferretur uexaretuŕq, eum prouerbio dicebant, Cydi pœnam debere. Nam antiquitus mulcta dicebatur ijs, qui petulantius in quempiam aliquid dixissent.

Chius. Χῖος ἀποπατῶν.

Aristoph. Id est, Chius cacans. Aristophanis interpres indicat prouerbio iactatum in eos, qui contaminarent conspurcarent́q ciuitatem.

Pattæcione calumniosior.

Παττακίωνος συκοφαντικώτερος.

Ab euentu natum. Nam Pattęcion quispiam infamis calumniator, cui quum mos esset bonis uiris calumniam struere, atq; hõc tam fœdo quæstu parare rem, tandem deprehensus, conuictusq; pœnas dedit capite.

Aristoph. *Crater litium.* Κρατὴρ κακῶν.

Id est, Cratera malorum. De re permolesta, siue de homine litium autore.

Frustra Herculi.

Εἰκῇ γὰρ ἡρακλεῖ.

Subaudi calumniam struxeris. De his dici consueuit, qui sic omnia sua negocia gerũt, ut nemo queat aut audeat calumniari: Nam Herculi mos erat, res alienas ui abducere, non dolo. Conueniet aut in uehementer laudatum probatuḿq, aut in præpotentem, quem insimulare tutum non sit.

Samij mores. Σαμιακὸς τρόπος.

Quadrabit in eos, qui suos quosdam habent mores à ceterorum moribus dissidentes.

Aby

Abydus, Abydenus.

Abydenorum mores in prouerbiũ abierunt. Nam Abydeni dicti sunt sycophantę, seu molles & effœminati.

CARPENTIS SEIPSVM. Aristides.

Domesticum thesaurum calumniari.

Τὸν οἰκοι θησαυρὸν διαβάλλεις.

Id est, Domesticum thesaurum calumniaris, siue traducis, id est, tua ipsius carpis, lacerasq;

Propria uineta cædere. Horatius.

Vt uineta egomet cædam mea, id est, Vt à meipso incipiam. Translatum uideri potest, uel ab amputantibus uineam, uel ab ijs, qui per incuriã nouellas uites lædunt.

Quò transgressus. Homerus.

Pythagoras solitus est admonere adolescentes, ut quoties domum ingrederentur, hunc uersiculum suo cum animo uersarent.

Πῆ παρέβην, τί δ' ἔρεξα, τί μοι μέσον οὐκ ἐτελέσθη; Id est, Lapsus ubi, quid feci, aut officij quid omissum est?

CAVSA INDEFENSA.

Heteromolia causa. Ἑτερομόλιος δίκη.

Dicitur apud Græcos, quæ ab altera duntaxat agitur parte, nullo præsente qui contradicat. Vsurpabitur non ineleganter, ubi quis damnat absentem. Veluti quum de functorum libros carpimus.

Deserta causa. Ἐρήμη δίκη. Lucianus.

Quum nemo repugnat. Translatum à iudicijs, ubi nonnunquam altera pars cedens tradit causam aduersario. Itaq; deserta causa uincere, est uincere nullo contrà pugnante.

Ne de lite pronuncies. Τίς ἄμ δίκην κρίνοιεν. Phocilid.

Id est, De lite quinam iudices? Admonet autem non temere pronunciandum de quopiam, nisi re ultro, citroq; diligenter cognita.

Haud impunè uindemiam facis. Aristoph.

Οὐκ ἐρύμας τρυγήσας.

In eos competet, qui nullo seruante impunè decerpunt uuas. Solent enim uitibus & pomarijs adhiberi custodes, præsertim autumno, quum iam maturi fœtus furem inuitant.

CEDENDVM MVLTITVDINI.

Plato. *Ne Hercules quidem aduersus duos.*

Μὴ δ' Ἡρακλῆς πρὸς δύο.

Hoc est: Nemo usqueadeo uiribus excellit, ut unus pluribus par esse possit. Nec id indecorum est cedere multitudini.

Homerus. *Vni cum duobus non est pugnandum.*

Affine est superiori: Huc allusit & Catullus in Epithalamio: Noli pugnare duobus.

Homerus. *Cedendum multitudini.*

Qui suadebit non esse pugnandum uni cum multis, adducet illud Home. Accerset mox ipse sibi crudelia fata, Si multis pugnare uelit.

Extra publicam uiam ne deflectas.

Diogenes. Loquendum ut plures, sapiendũ ut pauci. Ita sunt quædam, in quibus cum uulgo conuenire, dexteritatis est.

Plurium calculus uincit. τῶν πολλόνων ψῆφος νικᾷ.

Quoties in consilio ceditur multitudini. Liuius: Pars, inquit, maior meliorem uincit. Plinius in epistolis queritur numerari sententias, non expendi.

Vnus uir, nullus uir. Εἷς ἀνὴρ, οὐδεὶς ἀνήρ.

Id est, Vir quidem unus, nullus est. Sensus est, nihil egregium præstari posse ab uno homine, omnium auxilio destituto.

Plato. *Contra duo contraria pugnare difficile.*

Libro de leg. II. Ὀρθὸν μὲν δὴ, πάλαι τε εἰρημένον, ὡς πρὸς δύο μάχεσθαι τἀναντία, χαλεπόν, καθάπερ ἐν τοῖς νόμοις, πολλοῖς τε ἄλλοισι. Id est, Verum est illud & iam olim prouerbio celebratum, arduum esse aduersum duo, eaq; contraria pugna-

pugnare, quemadmodum in morbis aliis & compluribus. Significat nobis esse geminam pugnam, tum aduersus diuitias, tum aduersus egestatem.

Vnus contra multos. Homerus.

Apud Homerum multa in hanc sententiam, tametsi nō isdem uerbis & locis leguntur, ut in Odyss. y.

Χαλεπὸν γὰρ ἰρυκακέειν ἕνα πολλούς. Id est,
Difficile ac durum est unum compescere multos.
Occasionem adagij uarie narrant.

CVM AVXILIO, CITRA AVXILIVM.

Frater uiro adsit. Ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρεῖη. Plato.

De fido auxilio dici solitum, propterea quod in rebus periculosis uix unquam frater solet fratri deesse.

Sine ope diuina nihil ualemus. Homerus.

Manca est omnium mortaliū industria, omnis & conatus, nisi fauor aspiret diuinus. Ad id accōmodabis illud Hom. Odyss. r. πάντες δὲ θεῶν χατέουσ' ἄνθρωποι. Id est,
Mortalis diuūm auxilium desiderat omnis.

Ne gladium tollas mulier. Μὴ μάχαιραν αἶρε θῆλυ.

Ne suscipias negocij molem, quum nequeas auxiliari. Potest & in hunc trahi sensum: Spem ne ostendas, quam præstare non possis.

Non absq; Theseo. Οὐκ ἄνευ θησέως. Plutarch.

Quum significamus rem alieno auxilio confici. Aut quum significamus rerum omnium communitatem ac societatem. Nam Zenodotus scribit, Theseum permultis uiris fortissimis in certaminibus auxilio fuisse.

Duobus pariter euntibus. Σύντε δύ' ἐρχομένω. Homerus.

Id est, Si duo coniuncti ueniant. Locus est apud Homerum Iliados X. ubi Diomedes iturus exploratum quid agāt Troiani, comitem postulabat. Id enim fore tum iucundius, tum tutius.

Nihil profuerit bulbus. Athenæus.

Οὐδέν σ' ὀνήσῃ βολβός, ἢν μὴ νεῦς ἔχῃς.

Ner-

Neruis carentem iuuerit bulbus nihil. Martialis.
Nil aliud bulbis, quàm satur esse potes.

Bulbus autem ad irritandam Venerem ualet. Licebit ad uerecundiorem usum trahere: Nihil prodest studium, nisi uis adsit ingenij.

Terētius. *Tradunt operas mutuas.*

Transiatum uidetur ab agricolis uicinis, qui mutuam inter sese operam commodare solent. Ab artificibus etiam, qui mutua nonnunquam utuntur opera, maximè fabri ærarij.

Homerus. *Alieno auxilio potentes.*

Qui alienis præsidijs freti, facinus aliquod egregiũ, aut qui alieni prætextu nominis aliquid faciunt, in eos apositè torquebitur illud Homeri Iliad. Θ.

στῆ δ' ἀρ' ὑπ' Αἴαντ' ὄχθῃ τελαμωνιάδαο. Id est,
Constitit Aiacis clypeo septemplice tectus.

Idem. *Alieno ferox præsidio.*

Si quæras innuere quod ferox sit quispiam, & improba moliatur, id eum non facere domesticis uiribus fretum, uerùm alicuius potentioris fultum præsidio, qui clanculum illi suppeditat & animum & opem, id accommodes licebit.

Ista quidem hîc nequaquam audet sine numine, uerùm
Astat diuûm aliquis, humeros caligine tectus.

Titanas imploras. Τιτᾶνας καλεῖς.

Diogenianus. Id est, Titanas inuocas. Vbi quis suis diffisus uiribus alienum implorat auxilium. Sumptum à gigantum fabula, in qua Iupiter suo timens Olympo, Titanas in auxilium accersiuit.

Ancora domus.

Ancoram Græci pro refugio prouerbialiter usurpare solebant. Denique quicquid illud est cui innitimur, cuiusque fulcimur fiducia, ancoram uocant. Metaphora à nautis sumpta.

Columen familiæ.

Terentius Donatus columen dici putat, perinde quasi columnam dicas,

dicas, cui reliqua domus innitatur, unde antiquitus seruos maiores columellas dictos.

Nostro Marte.

Quoties nullius auxilijs adiuti, nostropte ingenio, pro prijsq; uiribus rem peragimus. Aut etiam cum nostro periculo res geritur.

Sine cortice nabit. Horatius.

Sine cortice nare dicuntur, qui iam per ætatē non egent custode morum, aut qui eō doctrinæ processerūt, ut iam præceptorum opera non habeant opus. Puto prouerbium sumptum à iuuenibus, qui quum primum natare discunt, corticibus aut suberibus uentri subligatis natant, deinde exercitatiores citra huiusmodi adminicula natare incipiunt.

Incaprificatus es. ἀνεριν ας ει. Suidas.

Suidas putant dici in mollem & infrugiferum. Sunt, qui referant ad eos, qui tueri non queant id quod nacti sunt boni.

Multæ manus onus leuius reddunt. Hesiodus.

Significat etiam difficilia facilè confici, si quis non ipse solus negocium aggrediatur, sed in plures adiutores & auxiliares manus partiatur. Sumptum à tollendis oneribus. Hesiod. in opere Εργα κ ἡμέρα.

πλείων κ πλέονων μελέτη. Id est,

Plus potest & plurium industria.

Homerus Iliad. M.

Αλλ' ἑπομαρτῆτον, πλεόνων δὲ τε ργὸν ἄμεινον. Id est,

Adsitis comites, multorum industria nanq; Plus pollet, quàm paucorum.

Re opitulandum, non uerbis. Homerus.

Quum re opus est, nil prosunt uerba. Homer. Iliad. π.

Εμ γὰρ χεροὶ τέλ πολέμου, ἑπέων δ' ἐνὶ βουλῇ. Id est.

Verba in consilio, ualet in certamine robur.

Chordæ uice. ὡς ἀντὶ χορδῆς. Plutarch.

Id est, Tanquam chordæ loco. Conuenier, ubi quod alicubi

cubi diminutum uidebatur, suppletum aliunde significabimus.

Viuus fueris, uel cepe solum accipiens.

Zenodo. ζωὸς γένῃ, κρομμύου μόνον λαβών.

Id est, Si cepe tantũ sumpseris, iam uiueris. In eos dicitur solitum qui è re quapiam pusilla, magnam opinionẽ consequuntur. Apparet natum ab ægroto, qui medico porrigente cepe, reualuerit: herbam alioqui plebeiam, nec eam admodum salubrem corpori.

Papyri fructus non postulat magnam spicam.

βύβλου δὲ καρπὸς οὐκ αἰτεῖ μίγαν σάχυν. Id est, Byblus uiribus haud postulat spicam grauem. Dici solitum de ijs, qui digne suis ipsorum bonis frui non possent: propterea quòd byblus ob culmos inualidos, spicam granis onustam ferre non potest. Byblus autem iunci species, quam Latini papyrum appellant.

Iac. Apo. *Si Deus uoluerit.*

De re futura, cuius exitus pendeat à Dei fauore. Nam etiam uulgò dicunt omnis causa: Si Deus uoluerit, atq; ita nos loqui Iacobus Apostolus docet.

Vergilius. *Meis auspicijs.*

Meis auspicijs, pro meo arbitrio, meisq; præsidijs dixit Maro Aeneid. 4. Translatum ab imperatoribus Romanis, quibus mos erat, non committere prælium, nisi consultis auspicijs.

Vlpianus. *Porrigere manus.*

Porrigere manus, pro auxilio esse, uulgatissimũ est, sed elegans. Festiuus erit de rebus animi, ueluti si dicas: animo deiecto manum porrigit philosophia.

Pindarus. *Sine canibus & retibus.*

Ανευ κυνῶν τε καὶ λίνων. Id est, Absque canibus & retibus. Hoc quidem schemate Pindarus significauit summã celeritatem. Quis enim pedibus assequatur ceruos, nisi aut à canibus remorentur, aut implicentur retibus? Conue-

niet

niet tamen in eos, qui clancularijs artibus capiunt præ dam. Dicetur & in eos, qui non alienis præsidijs, sed pro prio Marte rem gerunt.

Pecunia absq; peculio fragilis. Proculus.

Inter agricolas prouerbium iactatum fuit. Solēt autem senes aut agricolæ summam aliquam seponere, ne nihil superesset, si res incendio, bello, aut ferro perirent. Potest deflecti in eum, qui fœlicitatis summam ponit non in rebus extrarijs, sed in animi bonis, ut illis casu perditis, habeat quò confugiat, nec despondeat animum.

Summa ui defendere.

Si quis alterum summa ui tuebitur, quadrabit illud Homeri Iliad. 5. Homerus.

πρόσθε Δ' ὅι λόρυτ' ἔσχε μὲ ἀσπίδα πάντοσε ἴσην. Id est. Vndiq; textit eum lancea, clypeoq; rotondo.

Tanquam heros in clypeo excipere.

Ἀλλ' ὥσπερ ἥρωϊ ἐν ἀσπίδι ξενίσαι σε βέλομαι.

Id est, Imò tanquam heros in clypeo te uolo hospicio excipere. Dici solitum, ubi quis suis ipsius artibus, aut benefactis fretus, de amicis bene mereri conaretur. Inde ductum q; antiquitus heroës assiduè armis agentes, uelut in clypeo uersabantur, & si quid opus fuisset amicis quod armis præstari poterat, id promptè præstabāt, utpote sola uirtute diuites.

CITRA LABOREM.

Citra puluerem. ἄκονιτί. Plinius.

Id est, Citra puluerem, Græci dicunt contingere, quo quis facilè citrāq; negocium potiretur. Translatum uel ab Aphe, id est, à puluueris contactu, quò se spargebat in palæstrico certamine congressurus.

Citrta orationem, citrāq; sementem. Lucianus.

Quæ

Quæ citra nostram operam casu nobis eueniunt ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα contingere dicunt Græci. Natum apparet adagium à fabula insularum fortunatarum.

Vltrò Deus suppeditat bona.

Stobæus. Αὐτομάτως ὁ θεὸς ἀνίησι τὰ ἀγαθά.

Id est, Vltrò Deus subiicit bona. Quoties res citra nostrã operã fœliciter cadũt, quasi Deo quopiam procurante.

Sub aliena arbore fructum.

Liuius. Ex aliena arbore fructum legere dicuntur, qui fruuntur aliorum laboribus. Finitimum est illi: Alienam meus messem.

Dormientis rete trahit.

Εὕδοντι κύρτον ἁιρεῖ. Id est, Dormienti rete capit. In eos, quibus citra conatum obtingunt ea quæ cupiunt. Simile: Dormienti diẽ conficient.

CLAMOSVS.

Septem conuiuium, nouem conuicium.

Gellius. Elegans uel ob ipsam προσωνομασίαν sententia, qua significarum est in conuiuium paucos adhibendos esse, alioqui fore tumultuosum atq; insuaue. Extabant antiquitus leges, quæ præscriberent simul & moderatum conuiuarum numerum, & sumptus modicos.

Clamosior lauro ardente.

Diogeni. Μείζονα βοᾷ δάφνης χλωρᾶς καιομένης.

Id est, Magis uociferatur, quàm laurus uiridis incensa, propterea quòd laurus adhuc uirẽs in ignem coniecta, maximos crepitus ædit.

Vsq; ad rauim. Plautus. Ἄχρι κόρου.

Id est, Vsq; ad satietatem. Plautus, & quidem lepidius, dixit usq; ad rauim, pro eo quod est, improbè, sæpius, clamose, adeò ut uox etiam tottes uociferanti rauescat.

Claudiana tonitrua.

Fest. Põp. Festus Pompeius scribit ideo uocata, Claudiana tonitrua, ꝙ Claudius Pulcher instituerit, ut ludis post scenam

nam factis, lapidum cõiectus ita fieret, ut ueri tonitrus similitudinem imitaretur. Nam antea leues admodum & paucos sonitus fieri solitos, quum claui & lapides in labrum æneum conijcerentur. Dici potest in homines immodicè clamosos, & odiose obstreperos.

Apertis tibijs. Quintili.

Id est, Clariore uoce. Translatum à tibicinibus, qui quędam obturatis tibiarum foraminibus, quasi& pressiore sono canunt: quædam apertis tibijs, acriore sonitu. Venustior erit metaphora, si quis dicatur apertis tibijs inuehi in aliquem, id est, non clanculum obtrectare, sed palàm insectari.

Cyclobori uox. Κυκλοβόρᾳ φωνή. Aristoph.

De clamosis & uehementer obstreperis dicebatur, aut quibus uox esset rauca & uiciosa. Cycloborus fluuius quidam Atticæ, ingenti strepitu defluens, unde ductum prouerbium.

Sarpedonium littus. Σαρπηδόνια ἀκτή. Homerus.

De re turbulenta rectè dixeris, siue de uehementer clamosis. Est enim huiusmodi quoddam littus Thraciæ Neptuno sacrum, quod assiduis fluctibus tunditur.

Stentore clamosior.

Iuuenalis: Vt Stentora uincere possit. Sumptum à fabula Stentoris, cuius meminit Homerus Iliad. E. εἰς ἣν ferream, hoc est, inuictam attribuit uocem.

In clamosos.

Inter litigandum aut disputandum ingentem uociferationem indicabimus eo adagio, quod de Neptuno scripsit Homerus Iliad. ξ. Idem.

Ὅσσον τ' ἐννεάχιλοι ἐπίσχοιμεν λεκάχιλοι
Ἀνέρες ἐν πολέμῳ, ἔριδα ξυνάγοντες ἄρηος.

Tantum uociferans, quantum nouies deciesue
Mille uiri clamare solent, qui prælia miscent.

Abſit clamor in colloquio aut luſu. Idem.

Qui iubebit in conuiuio, colloquioue temperari à uo-

ciferatione, accommodabit illud Homeri Odyss. A.

Νῦν μὲν δαινύμενοι τερπώμεθα, μὴ δὲ βοητύν. Id est, Nunc hilares cœnemus, & omnis clamor abesto.

Abydena illatio. Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα.

Zenodo. Dici solitum ubi quis obstrepit aut conuiuantibus, aut aliud quippiam agentibus: & tumultu molestiam adfert.

Calamoboas.

Antipater quum nec uellet, nec posset cōgredi cominus cum Carneade, qui magna uehementia inuehebatur in Stoicos, semet ad scribēdum uertit, multosq; libros ædidit maledicos & ineptos, in quibus passim contradicebat Carneadi. Hinc uulgò cognomen adeptus est καλαμοβόας, quod non lingua, sed calamo uociferaretur.

Λαρυγίζειν.

Λαρυγίζειν Græcis dicuntur, qui nō loquuntur naturali modo, sed dilatato gutture effundāt immanem uocem. Quemadmodum & canunt nonnulli.

Columnas rumpere.

Aelianus prodidit, in Samo quondam fuisse animalia usta magnitudine, Neades uocantur, quorum uoce terra rumperetur. Vnde prouerbium in clamosos & improbè loquaces, ut postes & columnas dicantur rumpere.

COMMODVM MAGNO EMPTVM.

Ambrosi. *Vale charum lumen.*

Χαῖρε φίλον φῶς.

Dici solitum, ubi rei cuiuspiam uehementer gratæ fit iactura.

COMMODVM INTERVERSVM.

Alij sementem faciunt, alij metent.

Ἄλλοι μὲν σπείρουσιν, ἄλλοι δ' ἀμήσονται.

Id est, Alij quidem sementem faciunt, alij uerò metent. Alij laborant, alij percipiunt emolumentum.

Aristoph. *Mazam pinsuit à me pistam.*

Μᾶζαν γε μεμαχώς τὸ ὑπ' ἐμοῦ μεμαγμένον.

Id

Id est, A me antè pistam mazan iste pinsuit. De ijs dici solitum, qui sibi alienæ industrię laudem uindicant, & magnam gloriam alieno labore partam, uerbis in se transmouent. Maza cibi genus est ex lacte & farina, fermè panis instar confectum.

CONATVS.

Omnibus neruis.

Id est, Summa ui, summoq; studio. Nam robur iuxta philosophos in neruis situm. Vnde & neruos extendere, expedire neruos, & neruosa dicimus, quæ uegeta ualidaq; minimeq; languida. Cicero.

Omnem uocem mittere.

πάσαν φωνὴν ἱέναι.

Omnem uocem mittere dicebantur, qui nihil omittebant quo persuaderent. Sumptum uidetur ab incantamentis, in quibus si parum mouent preces, adhibent efficaciora.

Omni telorum genere oppugnare.

Pro eo quod est, modis omnibus insectari. Cui finitimũ est, cæsim ac punctim.

Manibus pedibusq;. Terẽtius.

Extremum conatum significantes, dicimus: Manibus pedibusq;. Nam per manus declaratur industria conficiendi negocij, per pedes maturandi celeritas.

Pro mea uirili.

Quum pollicemur nos operam nostram præstituros, Pro mea uirili dicimus.

Remis uelisq;. Cicero.

Inde trans latum, quod quum nauis simul & remigio & uelo impellitur, summus est nautarum conatus. Cicero: Terra enim res est misera, detestabilis, omni contentione, uelis, ut ita dicam, remisq; fugienda.

Anchoras tollere. Varro.

Pro eo quod est, Moliri discessum. Quod genus & illud: Talaria nectere, Oram soluere.

Suidas. *Omni pede ſtandum.* ὁλῷ ποδί.

Id eſt, Omni pede: Pro eo quod eſt. Summa ui, ſummoq; niſu. Quintilianus ab agricolis profectum eſſe teſtatur.

Tullius. *Toto pectore.*

Quum ſyncerum & abſolutum amorem ſignificamus, toro pectore dicimus & toto animo. Toto pectore etiã ad ſtudium diligentiamq; referri poteſt.

Homerus. *Cum haſta, cum ſcuto.* Σὺν δορὶ, σὺν ἀσπίδι.

Vbi quis omni conatu rem aggreditur. Sumpta metaphora à milite armis omnibus inſtructo. Homerus:

Haſtaq; & gladio, ſaxisq; ingentibus inſtant.

Omni certaminis genere.

Homerus. Cum innuimus omni certaminis genere congreſſum eſſe, ueluti ſi quis dicat: In omni diſciplina diſputatum accuriter, conueniet illud ex Odyſſ. θ.

πύξ τε παλαισμοσύνη τε καὶ ἅλμασιν ἠδὲ πόδεσσιν. Id eſt,

Et pugnis pedibusq; & ſaltibus atq; palęſtra.

Item ubi quis oſtẽdit ſe nullum detrectare certamen, ſed ad quoduis ingenij experimentum paratum eſſe.

Terentius *Surſum ac deorſum.*

Terentius in Eunucho: Sex ego te totos Parmeno hos menſes quietum reddã, ne ſurſum ac deorſum curſites, id eſt huc atq; illuc. Proinde prouerbium accommodabitur uel ad omnia tentantem, uel ad omnia cõfundentem, uel ad diligentiam omni ex parte negocium circunſpicientis.

Homerus. *Rem nouam aggredior.*

Si quando ſignificabis te rem arduam ac nouam molitu rum & aliis adhuc intentatam, accommodabis illud ex Odyſſ. χ.

Nunc alium tentabo ſcopum, ſi attingere poſſim,
Quem nondum quiſquam tetegit.

Ariſtoph. *Summis uti uelis.* Ἀκροις χρῆσθαι τοῖς ἱστίοις.

In eos, qui maximo conatu adnituntur atq; incumbit, aut qui omnem captant occaſionem. A nautis.

In ma-

In magnis & uoluisse sat est. Tibullus.

Eam Angelus Politianus non inscitè uertit Græcè,

Ἀρκεῖ δ' ἐν μεγάλοις καὶ θέλημα μόνον.

Apu. in Floridis lib. 4. Maiore scilicet uoluntate, quàm facultate. Eoq; propensius fortasse laudandus est, quòd omnibus bonis in rebus, conatus in laude, effectus in casu est. Conuenit ubi quis maiora uiribus conatus, tametsi rei susceptæ magnitudini non facit satis, tamen hoc ipso nomine laudem promeretur, quòd rem pulcherrimam tentauerit.

Miscebis sacra prophanis. Horatius.

Item: Confundens fasq; nefasq;. Vnde, qui nihil habent pensi, quiq; nihil non audent, miscent sacra prophanis.

Aut terra, aut mari. Plautus.

Plautus in Pseudolo, aut terra, aut mari dixit, pro quacunq; ratione. Sumptum ab historicis qui referunt res terra mariq; gestas, & gentes terra mariq; expugnatas. Cicero pro Cluentio: Cuius tantę rei gestę terra mariq; extiterunt.

Commouere sacra. Plautus.

Plautus ibidem: Commouere sacra dixit, prò eo quod est extrema experiri præsidia. Hinc dictũ apparet, quòd rebus desperatis, soleant homines ad deorum præsidia confugere.

Mare cœlo miscere. Liuius.

Prouerbialis hyperbole est, pro eo quod est, omnia perturbare, nihilq; nõ facere. Titus Liuius: Quid est, quod cœlo terram, terræ cœlum misceant?

Terra, mariq;. Theogn.

Quoties extremum conatum studiumq; significamus.

Frustratus conatus. Homerus.

Qui spe frustratus sua, non assequitur id quod ambiebat, in hunc non incongruè torquebitur illud Homeri:

Βαλλίεται δ' ἐπὶ θυμὸς, καὶ τὸ μὲν ἐξ ἀφάμαρτο.

Animus cupiȝt configere telo. Verum illud fallente manu non attigit.

CONCORDIA.

Homerus. *Concordia fulciuntur opes, etiam exiguæ.*

Sententia est prouerbialis in lib. Iliad. N. huiusmodi: συμφερτὴ δ' ἀρετὴ πέλεται ἀνδρῶν καὶ μάλα λυγρῶν. Id est, Coniuncti pollent etiam uehementer inertes.

Hac cõueniet uti, si quando significabimus non esse contemnẽdam amicitiam, aut simultatem multorũ, etiamsi fuerint alioquin imbecilles, & quorum singulos quiuis facilè contemnat. Nam quemadmodum, ut ait Ouidius: Et quæ non prosunt singula, multa iuuant: Ita quæ non lædunt singula, multa nocent.

Homerus. *Concordia.*

In absolutam concordiã, omniumȝ rerum consensum conueniet illud.

Haud unquam neȝ concio nos, neȝ curia dictis
Audiuit pugnare, animo sed semper eodem
Et sentire eadem, atȝ eadem decernere uidit.

Aristoph. *Pariter remum ducere.*

Qui simul remigant certis numeris impellunt remos ut inter se consentiant, alioqui nihil acturi. Hinc Aristopha. in auibus dixit ὁμοῤῥοθῶ, pro assentior, & eodem enitor quo tu. Vox composita est ab ὁμοῦ simul, & ῥοθέω impetu feror.

Velut in cratere.

Ὥσπερ ἐν κρατῆρι φιλοτησίῳ. Id est, Velut in cratere philotesio. Quo significabimus res antea turbulentas componi sedariȝ, & prius inter se inimicos, in gratiam redigi. Dicitur autem crater philotesius, quem in conuiuijs porrigunt alijs alij ceu amicitiæ symbolum.

Homerus. *Mutua defensatio.*

Mutuã cõplurium inter ipsos concordiã mutuamȝ defensationẽ, notabimus nõ infacetè uersibus his Homeri.

Hastas densabant hastis, umbone frequenti
Vmbonem, clypeum clypeus fulcibat inhærens.

Inȝ

Inq; uicem galeæ, galeas texere, uirum uir.

In idem conspirare. Εἰς τ' αὐτὸμ ξυμφῦσαι. Plato.

Id est, In unum conspirare, seu coalescere. Plato de Leg. IIII. Cæterùm conspirare ac uelut equorum iugum, singulos in idem, ut dici solet, coalescere, multo egetẽpore, estq; perdifficile. Si iungas duos equos inter se ignotos, non ferunt sese: tandem assuetudine, postea quàm uterq; alterius halitui assueuerit, concordes sunt. Itaq; pariter anhelasse sub eodem iugo gignit concordiam.

Mutua defensio tutissima Homerus.

Qui significabit minus eos lædi posse, qui concordes mutuo sese defendunt, contra omnium iniuriæ obnoxios illos, qui dissident factionibus intestinis, accommodabit illud Homeri:

Multò turba minor perijt, quod in agmine semper
Mutuam opem sibi ferre, malumq; arcere studebant.

Tradunt operas mutuas. Terẽtius.

De adolescentibus, qui se uicissim in peccatis defenderent. Translatũ ab agricolis uicinis qui mutam inter sese operam commodare solent. Aut ab artificibus, &c.

Vt in uelabro olearij. Plautus.

Prouerbialis similitudo de ijs, qui conspirarunt, remq; gerũt ex composito. Velabrum autem autore Varrone, locus erat Romæ in quo olearij distrahebant oleũ. Mos autem erat huic hominum generi, ut inter sese de precio conspirarent, quo pluris uenderent.

CONIECTVRAE.

Leonem ex unguibus æstimare. Lucianus.

Ἐκ τῶν ὀνύχων τὸν λέοντα γινώσκειν.

Ex uera quapiam cõiectura negocium uniuersum perpẽdere, ex paucis multa, ex minimis maxima conijcere.

E fimbria de texto iudico.

Ἐκ τοῦ κρασπέδου τὸ ὕφασμα γινώσκω.

Id est, Ex fimbria texiũ omne cognosco. Hoc est, ex uno

aliquo pusillo reliquorum facio coniecturam. Translatum à negociatoribus, qui inspecta texti margine, facile de reliquo iudicant.

E neuo cognoscere.

E neuo cognoscere, est ex re quapiam minima, totum hominis ingenium æstimare.

De gustu cognoscere. Ἐκ γεύματος γινώσκω.

Theophr. Id est, Ex degustatione iudico, hoc est, ex minima experientia. Ductum item à negociatoribus, qui gustato duntaxat uino aut oleo, de reliquo mox pronunciant.

Aethiopem ex uultu iudico.

Τὸν Αἰθίοπα ἐκ τοῦ ὄψεος γινώσκω.

Id est, Aethiopẽ ex ipso uultu cognosco. Prę se fert quisque aliquo signo eiusmodi sit moribus. Prę se fert enim Aethiops nigrore uultus, intortis capillis, labris tumentibus, dentium candore patriã suam. Vestem enim, non faciem mutare potest.

De fructu arborem cognosco.

Ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκω.

Id est, E fœtu cognosco arborem. E factis hominem iudico. Quæ paræmia etiam in Euangelicis literis extat.

De facie nosse.

Tullius. Est leuiter cognitum habere. Id si trãsferatur ad res animi, fiet uenustius.

Cauda de uulpe testatur.

Tullius. Ἡ κέρκος τὴν ἀλώπεκα μαρτυρεῖ.

In eos, qui pusilla in re cuiusmodi sint, declarant.

Ex fronte perspicere.

Ex fronte perspicere dicimur, quòd statim & uelut ipso protinus occursu percipimus.

Ex habitu bonum uirum præ se fert.

Homerus. Qui dicet ex ipsa oris figura uideri probum hominem, citabit illud Homeri ex Odyss. primo.

Ou

Οὐ μὴν γὰρ τικαὶ ἐις ὥπαι ἐώκει.
Ex specie minus improbus, ipsa Esse uidebatur.

Ex stipula cognoscere. Lucianus.

Ἐκ τῆ καλάμης γινώσκειν.

Id est, Ex stipula iudicare. Quoties è uestigijs quibusdã in senecta reliquis coniecturam facimus, cuiusmodi quis fuerit in adolescentia. Translata metaphora à segetibus.

E culmo spicam conijcere. Homerus.

Eustathius Odyss. XIX.

Ἐκ καλάμης ἄῆλος ὅδιμος πεφρισμένος σάχυς.

Ex culmo perspicitur spica demessa. Etiam in sene appa ret cuiusmodi fuerit iuuenis.

E cantu dignoscitur auis.

Qualis uir, talis oratio. Iactatur uulgò simillimum huic: E plumis auem dignosci, id est, è cultu spectari uitam & ingenium hominis.

Effœminatorum etiam oratio effœminata. Zenodot.

Ἐνεστιμμένοι ἀβλοῖσι ἄναυδοι λόγοι.

Id est, Inertibus uiris, iners oratio. Vt quisq; est, ita & loquitur.

Ex uno omnia specta. Ἐξ ἑνὸς τὰ πάνθ' ὅρα.

Admonet adagium, ex unius euentus experimento, reliquorum similium coniecturam oportere facere.

Domi coniecturam facere. Οἰκοθεν εἰκάζειν. Plautus.

Quod non aliunde petitur, id domi fieri prouerbio dicitur. Plautus: Hanc ego de me cõiecturam domini facio, hoc est, meopte experimento comperio.

Prima facie. *Prima fronte.*

Sapiunt hæc quoq; prouerbium, maximè quum ad res Quintil.
incorporeas referuntur: Prima facie, prima fronte, pro eo quod est, primo obtãtu, & priusquam pressius ac diligentius consideres.

Lucianus. *Cribro diuinare.* Κοσκίνῳ μαντεύεσθαι.

Est coniectura sagaci rem deprehendere, aut stultè de rebus occultis diuinare.

Signum bonum aut malum.

Σύμβολον ἀγαθὸς, ἢ κακὸν φαῦλον.

Id est, Signum bonum, aut certè malum. Vbi quis de re incognita diuinat incertus.

Stellis obsignare, obelo notare.

Eustathius. Ἀστροις σκιεῦσθαι, ἢ ἀστροις τεκμαίρεσθαι.

Id est, Stellis notare. Dictum de his, qui longam aut desertam uiam peragũt, adeò ut necessum habeant, regionum situm, stellarum obseruatione signare: Vnde uidentur ij, qui notulis quibusdam & coniecturis arte deprehensis, rem alioqui peruestigatu difficilem, inquirunt: aut assequũtur, qui etiam signis quibusdam multò antè colligunt quid sit euenturum. Postea deflexum est, ut stellis prænotare dicantur, qui quippiam uelut animaduertendum insigniunt. Cui diuersum est: Obelizein, id est, ueru prænotato, quasi iugulare ac damnare.

Aristote. *Vna hirundo non facit uer.*

Μία χελιδὼν οὐ ποιεῖ.

Id est, Vnica hirundo non facit uer. Id est, Vnus dies nõ sat est ad parandam uirtutem aut eruditionem.

Omnibus uestigijs inquirere.

Πᾶσιν ἴχνεσι ζητεῖν.

Omnibus uestigijs inquirere dicitur, qui summa cura, summaq; diligentia rem peruestigat.

Tullius. *Qui bene coniiciet hunc uatem.*

Admonet adagium futurorũ præscientiam non è sortibus aut augurijs petendam esse, sed à prudentia. Siquidem qui prudentia sit præditus, is ex præteritorũ præsentiumq; coniecturis facilè prospiciet quid euenturum.

Homerus. *Certum prospicio.*

Qui

Qui se negabit temerè, malè, secusue de exitu rei cuiuspiam sentire, sed certis adductum argumentis, & pluribus experimentis obseruasse, accommodabit illud Homeri:

οὐ γάρ ἀπείρητ' μαντεύσομαι, ἀλλὰ εὖ ἰδώς.

Nam nec inexpertus iam diuinauero, uerùm
Egregiè callens.

Rem acu tetigisti. Plautus.

Pro eo quod est, Rem ipsam diuinasti nihil aberrans.

Scopum attingere. Lucianus.

τυγχάνειν τ σκοπου.

Est uoti compotem fieri, aut coniectura rem ipsam asse qui. Aberrare à scopo, atq; id genus aliæ figuræ omnes prouerbium sapiunt.

Crepitu probabis. πλαταγῇ δοκιμάσεις.

Id est, Plataga probabis. De his, qui ridiculè explorant alterius in sese animum. Sumptum à uulgari ioco puellarum, quæ impositio pollici, medioq; digito papaueris folio, palmam illudunt: quod si crepuerit, amoris argumentum est: sin minus, non amantis indicium.

Qualis uir, talis oratio. Seneca.

Seneca in epist. Apud Græcos, inquit, est prouerbium cessit: Talis hominibus fuit oratio, qualis uita.

Quanquam non dixeris, tamen apparet è pelle.

Res ipsa redarguit mendacem, & oris habitus. Vnde illud Ciceronis: Nisi fingeres, non sic diceres.

Protinus apparet, quæ plantæ frugiferæ futuræ.

Et in pueris elucet indoles futuræ probitatis.

Leonem uidere, hostium prælia portendit. Suidas.

λέοντας ἰδεῖν, δυσμενῶν πλοῖ μάχας.

Id est, Cernere leones, hostium pugnam indicat. Translatum uel à somniorum coniecturis, uel ab obseruantibus auguria.

Mortuos uidere. Idem.

Ne

Νεκρούς ὄρῶν, νέκρωσιν ἔξεις πραγμάτων.

Id est, Tibi occident res, mortuos si somnies. Refertur à Suida, tanquam uulgò iactatum de diuinatione, quæ sumitur ab insomnijs, superstitione omnium uanissima: id tamen ita dictum, quòd mors finis sit omnium huius uitæ malorum.

Mortuus per somnium, uacabis curis.

Θανὼν καθ' ὕπνους φροντίδων ἔσῃ λίχα.

Id est, Curis uacabis mortuus per somnium. Versiculus uulgò iactatus apud Græcos. Existimabant enim eum, qui se mori somniasset, à curis molestijsq; liberatum iri, quòd mors finem doloribus imponere uideatur.

CONSILIVM.

Zenodo. *Res sacra consultor.* Σύμβουλος ἱερὸν χρῆμα.

Sensus est adagionis, plurimum utilitatis adferre bene consulentem, aut religiosè ac purè dandum cõsilium ijs, quibus est opus.

Homerus. *Suadeo quod ipse facturus essem.*

Quum alteri damus consilium, quo non grauemur ipsi uti in simili causa, conuenienter illud Calypsus Odyss. ε.

Αλλὰ τὰ μὲν νοέων γε φράσομαι ὅσσ' ἂν ἐμοί περ
Αυτῇ μηδοίμην, ὅτε μ' ἐς χρειὼ τόσσον ἵκοι. Id est,
Sentio, suadebo q; tibi, quibus haud grauer uti
Ipsa, mihi similis si quando occurreret usus.

CONTEMPTVS ET VILITATIS.

Timeas pascere.

Horatius. Translatum à uestibus aut libris diu reconditis & intactis.

Persius. *Homo tressis.*

Persius tressem Agasonem appellat cõtemptissimum homuncionem. Idem: Et centum Græcos curuo centusse licetur, id est, minimo. Tressem autem dixit nouè, quasi tribus assibus æstimandum. Assis autem erat ærei numuli genus.

Tullius. *Semissis homo.*

M. Tul-

M. Tullius libro ad Atticum V. Vatinium semiſſem hominem uocat uiliſſimum & contemptiſſimum, Simul ue ro semiſſis homo contra me arma tulit.

Ne crepitu quidem digiti dignum.

Οὐκ ἄξια ὄντα ψόφου δακτύλων.

Et geſtus is & prouerbium in hodiernum uſq; diem manet apud noſtrates, quum aiunt: Ne huius quidem facio.

Concha dignus. Κόγχης ἄξιος.

Rem nullius precij concham dicunt Græci, quemadmodum Latini nauci aut floccum.

Ne ligula quidem dignus.

Dicebatur homo nequam & nullius precij.

Tithymallus Laconicus. Τιθύμαλλος λακωνικός, Suidas.

In lippientes, oculisq; cæcutientibus dicebatur. Tithymallus herbæ genus, apud Lacones repertum, ſingularis acrimoniæ, quo ſub noctem oculos illinebant, ad uſum acuendum.

Semper me tales hoſtes inſequantur.

Ἀεί τοιοῦτοί με πολέμοι διώκοιεν.

Id eſt, Me bella ſemper inſequantur talia. Vbi quoſdam libenter odimus, ac ſimultatem eorum contemnimus. Poteſt accommodari & in eos, qui deſciſcunt ab amicitia, ſed ut inimici nihil queant nocere.

Incus maxima non metuit ſtrepitum.

Excelſus animus non commouetur minis, aut fortunæ ſæuientis procellis.

Aquila non captat muſcas.

Ἀετὸς οὐ θηρεύει τὰς μυίας.

Summi uiri negligunt minutula quæpiam. Animus excelſus res humiles deſpicit. Effertur & citra negationem adagium. Aquila uenatur muſcas, quoties magnis minima ſunt curæ.

Elephantus non capit murem. Lucianus.

πλέ-

Ελέφας μῦν οὐχ ἁλίσκει.

Id est, Elephas non aucupatur murem. Generosus & excelsus animus negligit prædas uiles, ac lucella minuta.

Aquila thripas aspiciens. Ἀετὸν θρίπας ὁρῶν.

De magnis qui pusilla negligunt. Est thrips auicula quæpiam minutissima, quam aquila quum uideat, ut est oculatissima, haud tamen dignatur persequi, utpote prædã unguibus suis parum dignam.

Aquilam cornix prouocat.

Ἀετὸν κορώνη ἐρεθίζει.

Tradũt peculiare cornicibus esse, irritare aquilam, uerũ illa negligit prouocantem, intelligens nimirum sibi ab illa noceri non posse. Locus igitur adagio fuerit, si quando leuiusculus quispiam homuncio, qui neq; prodesse queat, neq; lædere, maximis uiris oblatrat.

Suidas. *Asinus compluitur.* Ὄνος ὑετῷ.

Dictum apparet in eos, qui maledictis nihil omnino commouentur. Quemadmodum asinus ob cutis duriciem, adeo pluuia non offenditur, ut utx etiam fustem sentiat.

Plautus. *Susq; deq;.*

Apud Plautum atq; alios autores inuenitur. Susq; deq; fero, & Susq; deq; habeo, pro eo quod est: Nihil mea refert, nihil laboro. Aulus Gellius scribit, Susq; deq; ferre idem ualere, quod æquo animo esse, atq; interdum negligere & contemnere.

Apuleius. *Manum non uerterim.*

Pro eo quod est: Nihil omnino laboro, Mea nihil refert: Nihil enim facilius, quàm manum uertere.

Seneca. *Quod non est opus, asse carum est.*

Hoc est, Quantumuis paruo emptum, tamen carũ est, si nec opus est eo. Potest ad complures accommodari sententias, ut si quis dicat artem quampiam minimo negocio posse disci, quę tamẽ nihil frugis sit allatura, responderi posset, quod non est opus, &c.

Vapu-

Vapula papyria. Sicinius.

Dici solitum, si quando uolebant significare se negligere minas aliquorum.

Asinus esuriens fustem negligit.

Ονος πεινῶν ξοπάλου ἀμελεῖ. Aristote.

In eos congruit, qui uentris compendijue gratia, quamuis contumeliam perferunt.

Pili non facio. Cicero.

Ne pilo quidem melior, quàm minimum quiddam momenti significat.

Quàm curat testudo muscas. Suidas.

Οσον μέλει τῇ χελώνῃ μυιῶν.

Testudini nihil nocere possunt muscæ, propter testam qua munita est.

Nauci non facio. *Nauci facio.*

Pro eo quod est, nihili facere.

Flocci non facio, aut flocci facio.

Flocci facere, &: Ne flocci quidem facere. Pro eo quod est, Ne tantilli quidem facere.

Ne teruncium quidem insumpsit. Cicero.

Est aliquoties apud Ciceronem hyperbole terũcij, quod apparet esse genus minutissimi numismatis. Accipitur pro re uilissima. Varro teruncium à tribus uncijs dictum putat.

Frusto panis. Gellius.

Pro re quantumlibet pusilla, ac uili: Videtur hyperbole sumpta uel à canibus, quos frusto panis inuitare solemus, uel à mendicis.

Nec uno dignus.

Ne uno quidem dignus, & uno dignus, de uilissimo. Translata metaphora à iactu talorum.

Cœnum barbaricum. Plato.

Βόρ-

Βόρβορος βαρβαρικός. Id est. Cœnum barbaricum, pro uehementi stupore mentis apud Platonem lib. de Republ. secundo ponitur. Laudat enim illic Dialecticam, quę sola mentẽ ignorantiæ immersam, erigit attollitq; à uulgaribus opinionibus, ad solidam ueri cognitionem, κοὐ τοῦτ' ἔστι, inquit, ἐν βορβόρῳ βαρβαρικῷ τινι τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα κατορωρυγμένον ἥρέμα ἕλκει καὶ ἀνάγει ἄνω. Id est, Ac reuera barbarico quodam cœno demersum animi oculum, paulatim trahit, subuehitq; sursum. Barbarus à borboro per contemptum dictum uidetur.

Fest. Põp. *Diobolares.*

Quem minimi precij uolumus intelligi, diobolarẽ olim uocabant. Obolus enim nummus erat æreus. Id primum dictum in meretrices plebeias minimoq; uenales, põst deflexum est ad quemuis hominem, aut rem egregiè uilem & contemnendam.

Iphicrat. *Mithragyrtes, non daduchus.*

Is qui in functione quapiam sordidas cõtemptasq; partes agit, Mithragyrtes dicetur, daduchus esse negabitur. Eoq; Iphicrates Calliam μιθραγύρτην, οὐ δαδοῦχον appellabat, significans illum non fuisse initiatum sacris, sed tamen uelle uideri. Mithras apud Persas sol dicitur, quem illi deorum summum iudicant: Vnde Mithragyrtæ dici uidentur, qui obambulant cum simulatis mysterijs, ac rudibus imponunt. Nam & hoc genus hominum & olim fuisse declarat Apuleius asinus, non dissimiles ijs, qui hodie diui Antonij, Cornelij, aut Ioannis Baptistæ reliquias ad quæstum circunferunt, potius quàm ad pietatem.

Vlpianus. *Nummo addicere.*

Apud Iurisconsultos prouerbiale est nummo addicere, pro eo quod est minimo uendere.

Plautus. *Non magis quàm canem.*

Odium & contemptum uulgò declarant canis uocabulo. Horat. Odit cane peius. Et Plautus in Amphytrione: Valuistin' usq; Expectatus aduenio? So. haud uidi magis

gis. Expectatum eum salutat haud quisquam magis, ἢ canem.

Obolo dignus.

Ἀξιος ὀβολοῦ, id est, dignus obolo, per iocum dicebatur, qui in aliquo numero uellet haberi.

Vt luti baiuli.

Aristoph.

Ὡσπερ πηλοφοροῦντες. Id est, Vt lutum baiulantes apud Aristophanem in Concionatricibus queritur fœmine populum Athenienſem non conuenire ad concionem niſi dato ſingulis nummo, quum antè ſuo uictu conſultarent de Repub. πηλοφορίαν autem poſuit pro omnium quæſtuariarum artium ſordidiſſima. Aptè torquebitur in eos, qui functionibus honeſtis ad abiectum quæſtum abutuntur.

Titiuillitium.

Plautus.

Titiuillitium uox erat olim nullam quidem rem certam declarans, ſed uelut interiectio contemptum extremum indicabat, qualis eſt apud Græcos πταλό. Plautus: Non ego iſtuc uerbum emptitem titiuillitio.

Ne nummus quidem plumbeus.

Plautus.

Nummum plumbeum, hyperbole prouerbiali, pro minima pecunia ponunt. Plautus in Trin. Sui ſi capitis res fiet, nummum nunquam credam plumbeum.

Ne umbram quidem eius nouit.

Adagium uidetur ductum ab antiqua pictura, quæ rem duntaxat umbris ruditer repræſentabat. Et nota eſt ſpecus Platonica, in qua qui deſident, rerum umbris oblectantur.

Ne allij quidem caput.

Aristoph.

Οὐδὲ σκορόδου κεφαλὴν ἔδωκεν.

Id eſt, Ne alliĳ quidem caput dedit. Conueniet in ſordidum & impendio parcum.

Ne terra quidem iuuit.

Vergilius.

Ne terra quidem profuit, id eſt, ne minimo quidem.

Aristoph. *Ne guttam quidem.*

Pro minimo, Aristophanes: At tu mihi da pacis unam guttulam.

Plautus. *Ne ramenta quidem.* *Ne festuca quidem.*

Ne ramenta quidem ditior, quasi dicas stupa ditior.

Nihil sacri es. Οὐδὲν ἱερὸν ὑπάρχεις.

Siquidem Græci quicquid præclarum ac uehementer conducibile uideri uellent, id sacrum appellabant. Vt sacra res consilium, & sacram ciuitatem dixit Aristides. Qui prouerbij tradunt originem, aiunt Herculem conspecta Adonidis imagine, contempsisse his uerbis: Nihil es sacri. Accommodatur ad quamuis rem despectui habitam.

Tullius. *Nihil sanum.*

Summam morum corruptionem, & nullum honesti re spectum his uerbis Græci significant, οὐδὲν ὑγιές, &c.

Plautus. *Homo trioboli.*

Pro homine nequissimo, planeq; nullius precij.

Cicero. *E circulo.* *E triuio.*

Hominem è triuio, plebeium & contemptum appellamus. M. Tullius, pro eo dixit è circulo. Circulum autem uocat conuenticulum hominum in foro aut in plateis confabulantium.

Suidas. *Exiguum oboli precij.* Μικροῦ τοῦ ὀβολοῦ τιμίου.

Conueniet in homines nequam nihilq; Quanquam nihil obstat quò minus ad rem cõtemptam transferatur.

Galenus. Ἀθερίζειν.

Græcis ἀθερίζεται quod reijcitur ac nihil fit. Translatum à summis ordei spicis, quæ ceu cuspides habent.

Diogenianus. *Holerum appositiones.* Αἱ τῶν λαχάνων προσθῆκαι.

Id est, Holerum additamenta. De re nullius momenti.

Plinius. *Multa Syrorum holera.* Πολλὰ σύρων λάχανα.

Dicetur aut in magicæ artis peritos, & herbis maleficis cam

eam exercentes: aut in eos, qui rebus uilibus abundant. Terentius

Huius non facio.

Terent. in Adel. Huius quicquam non faciã. Donatus admonet esse demonstrantis aut floccum, aut stipulam, aut summum digitum, aut huiusmodi quippiam.

Quatuor obolis non æstimo.

Τετταράχωρ ὀβολῶν εἶναι οἴει.

Id est, Quatuor obolorum esse puta. Simile illis, assis te non facio, & Dupondij non facio, & Teruncij non facio, &c.

Tricæ, Apinæ. Martialis.

Tricas & Apinas uulgò res futiles ac nugatorias dicebant. Martialis: Quæcunq; lusi iuuenis & puer quondam, Apinasq; nostras. Idem: Sunt apinæ tricæq;, & si quid uilius istis. Vnde & tricari simili figura dicebãt nugas agere.

Nebulæ in pariete. Ausonius.

Pro re nihili, somnijsq; similima. Nam nebula res est inanior, quàm ut coloribus exprimi queat.

Trium literarum homo. Plautus.

Per ironiam dici potest in eum, qui generosus ac ingenuus uideri cupiat. Inde natum quòd olim ingenui nomen, prænomen, & agnomen in literis aut insignibus suis, tribus literis notare soleant, ut pro Quinto Valerio Maximo. Q. V. M. Plautus in Aulularia iocum alio detorsit, nempe in seruum furacem. Subijcit enim: Etiam fur trifurcifer.

Vicioſa nuce non emam. Idem.

Apud Plautum est. Vitam tuam uicioſa nuce nõ emam, pro eo quod est: Ne minimo quidem.

Caſſa glande. Idem.

Similimo tropo Plaut. in Rud. dixit cassam glandem, pro uicioſa glande, & inani putamine.

Etiam corchorus inter holera. Theophr.

Καὶ κόρχορος ἐν λαχάνοις.

Dici solitum in homines nullius precij, qui tamẽ in numero aliquo studeãt haberi. Nam corchoros holeris genus est uilissimi.

Euripides *Inter indoctos etiam Corydus sonat.*

Εν ἀμούσοις δ' κόρυδος φθέγγεται.

Id est, Inter amusos etiam Corydus sonat. Quadrabit in quosdam, qui apud idiotas audent sese uelut eruditos uenditare, inter doctos alioqui elingues. Corydus ulissimum auiculæ genus, minimeq; canorum, strepit tamen utcunq; inter aues mutas.

Mandare laqueum.

Mandare laqueum dicimur iis, quos usqueadeo negligi à nobis significamus, ut si uel suspendant sese, nihil ad nos attineat.

Martialis. *Medium ostendere digitum.*

Medio item digito ostenso, supremum contemptum significabãt, Martial. Atque illi digitum porrigeret medium. Nam hunc digitum Martialis impudicum uocat. Ostendit digitum, sed impudicum.

Horatius. *Minimo prouocare.*

Est contemptim ad certamen prouocare. Sumptum à gestu prouocantium ad pugnam, minimo digito porrecto.

Antehac putabam te habere cornua.

Πρότερόν σε ὤμην κέρατα ἔχειν.

Id est, Antehac credebam tibi esse cornua. De iis, qui prius habiti fortes ac strenui, postea quum resuirum postulat, apparent ignaui. Vnde & Comicus cornutam bestiam uocat hominem paratum se defendere.

Plumbeo iugulare gladio.

Tullius. Est futili leuiq; argumento conuincere quempiam.

Lucilius. *Hoc noueram, priusquam Theognis natus est.*

Quo rem frigidam & ineptam significabant. Apparet sumptum

sumptum à Theognide Tragœdiarum scriptore, quem frigidissimum fuisse testatur Suidas, & ni fallor memoria, Plato.

Locrensis bos. Λοκρικὸς βοῦς.

De re uili aut de munere leuiculo dici potest. Quum aliquando Locrenses publicum sacrum facturi, bouem deliberarent, cõposito ex minutis lignis bouis simulachro diis rem diuinam fecerunt.

Scarabei umbræ. Καμβάρου σκιαί. Diogenianus.

Dictum de inani metu, quòd hoc insectum repente aduolans, nonnunquam terrere soleat parum attentum.

Scraptæ. Plautus.

Populari conuicio dicebantur mulieres nugaces nullius ẽ rei: à screo, quod est oris purulentiam ẽicio cum sonitu. Quadrat in anus subinde screantes & tussientes: Screa pro rebus uilissimis accipiebant.

Bos Homolottorum. Βοῦς ὁμολοττῶν. Zenodot.

Dicebatur in plurima distractus, ac ueluti dissectus negocia. Poterit & ad rem referri. Vt si quis argumentum nimis minutatim diuidat, ita ut conscindere & concerpere magis quàm diuidere uideatur. Zenodotus prodidit Homolottos populos dissecto in minimas particulas boue, fœdus iungere.

Septimus bos. Ἑβδόμου βοῦς. Suidas.

Olim in stupidos, brutosq; dicebatur. Id hinc ortum esse tradunt, quòd antiquitus post sextam lunam bouis imaginem è farina pinsere consueuerint, qui septimam lunam cornibus referrent.

Generosus es ex crumena.

Γενναῖος εἶ ἐκ βαλαντίου.

In eum iaciebatur, qui propter opulentiam generosus haberi uoluisset, alioqui obscurus & humilis.

Attagen. Ἀτταγάς. Suidas.

Suidas indicat hoc cognominis, prouerbiali ioco dici solere in seruos stigmaticos, quòd hæc auis plumas habeat

beatuarijs colorum notis distinctas.

Zenodo. *Sale emptum mancipium.* Ἀλλώνιον ἀνδράποδον. In barbarum quempiam ac uilem homuncionem olim dicebatur. Nam negociatores olim in mediterranea salem importantes, mancipia reportabant à barbaris.

De lapide emptus.

Tullius. In uilissimum & uehementer obscurum hominem dicebatur.

Siculus miles. Σικελὸς στρατιώτης.

Zenodo. Conueniet in hominem lucri gratia nullum ministerij genus recusantem.

Gellius. *Imi subsellij*

Viri appellantur parasiti, qui ita in conuiuium admittuntur, ut imo sedeãt loco. Quadrabit etiam in tenues conuiuas, quos recipiunt diuites, sed infimo loco. Similes: Infra classem. Extremæ classis. Infimæ notæ.

Suidas. *Seruorum ciuitas.* Δούλων πόλις.

De cœtu cõuictuq; hominum improborum, furacium, aut ignobilium dici potest. Est hoc nomine ciuitas quæpiam in Libya, in hanc si quis seruus lapidem importasset, continuò liber fiebat, etiam si peregrinus fuisset.

Tullius. *De fece haurire.*

Pro eo quod est, sordida quæpiam ac plebeia, nimisq; humilia persequi.

Aristoph. *Carica musa.* Καρικὴ μοῦσα.

Καρικὰ αὐλήματα. Id est, Caricæ cantiones. De lugubri, rustica atque indocta, seu molesta cantione dici solitum. Propterea quòd ut tradit Athenæus, Cares, in luctu tibijs uti solent magnitudine palmi, lugubre quiddam & stridulum sonantibus.

Asinos non curo. Τῶν δ' ὄνων οὔ μοι μέλ.

Id est, Cæterùm asinos nil moror. Congruit in eum, qui domesticis contentus opibus, non quærit aliena. Nã cui plaustrũ est domi, huic nõ est opus asinis cõducticijs.

Pomã-

Pomarius Hercules. Μῆλιος Ἡρακλῆς. Suidas.

Per contemptum dicebatur in eum, qui nomen quidem magnificum gereret, cæterùm opibus nullis, nullaq; potentia pollens.

Malum Hercules. Μῆλον Ἡρακλῆς. Zenodo.

Dici conuenit, ubi quis munuscula quantumuis pusilla boni consulit.

Munus leuidense. Cicero.

Cicero uocat munus uile, minimiq; precij. Seruius lib. 9 Aen. Spi: ostendit Leuidensem uestis esse genus uile, raro tenuiq; textu. 72.

Cicernus Bacchus. Ἐρεβίνθιος Διόνυσος.

De re uehementer contempta. Sumptum à potu ex legu minibus confecto, qui uinum imitatur.

Ollaris Deus. Χυτρεῖος θεός. Zenodo.

Dicebatur in hominem humilem, & contemptæ sortis. Magni dñ, ebore, auro & argento sculpebantur. At plebeij illi, & minutuli, quod generis sunt, Silenus & Priapus, qualibet materia fingebantur, ligno nonnunquam & luto, quo uidelicet argento finguntur & ollæ.

Soterichi lecti. Seneca.

De re uili, priscaq;, & minimè ambitiosa & rudis artificij. Conuincere licet Sothericum fabrum fuisse quẽpiam, cuius opera priscam illam & rudem simplicitatem præ se tulerint.

Cecidis & Buphoniorum. Τὰ κηκείδ' ἢ βουφονίων. Aristoph.

De re magnopere prisca, & ob uetustatem iampridem obsoleta, desuetaq;. Siquidem Cecides peruetustus quispiam Dithyramborum poëta fuit, cuius scripta iam situm olebãt. Item Buphonia festum quoddam erat apud Athenienses ob uetustatem neglectum iam ac desitum, sic appellatum à cæde boum.

Ficulnus. Theocrit.

Lignum ficulnum ut fragile, atq; ad omnia fermè inutile prouerbijs aliquot locum dedit. Nam ἄνδρα σύκινον,

Virum ficulnum appellant, mollem atq; inutilem.

Ficulnus gladius. Συκίνη μάχαιρα.

De friuola causa dici potest, quæq; minimo negocio queat refelli. Dictus est autē ficulnus gladius sycophanta, quòd mollis sit & calumniator.

In foribus urceum. Επι θύραις τὴν ὑδρίαν.

Plautus. Id est, In foribus aqualem. Significat rem contemptam ac uilem. Negliguntur enim, quæ passim sunt obuia, queq; facilè quibuslibet contingunt. Itaq; urceum in foribus positum, nemo studet tollere.

Ficum Mercurio. Σῦκον τῷ ἑρμῇ.

De prompto, & quibuslibet expositō beneficio dicebatur. Nam antiquitus mos erat, ficubi ficus repertus fuisset, eum ueluti Mercurio sacrum suspendere. Liberum autem erat, tollere ficum Mercurialem.

Merx ultronea putet.

Hierony. Id est, Ingrata sunt, quæ ultrò, non petentibus offeruntur.

Horatius. *Numerus.*

Homines nullius bonæ rei, numerus prouerbio dicuntur, etiam idiotis, Horat. Nos numerus sumus, & fruges consumere nati.

Telluris onus. Γῆς βάρος.

Homerus. Id est, Terræ onus. De homine uehementer inutili, qui nihil aliud, quàm terram suo pondere grauat.

Abominandus scarabeus. Μύσκ κανθαρίς.

Id est, Abominanda canthatis. De uilissimo homine dicebatur. Cantharides uermiculi sunt letali ueneno. Quanquam hoc loco magis conuenit, ut fit diminutiuum à cantharo scarabeo, quasi dicas scarabeolus. In sacris quoq; literis uermis abijt in prouerbium contemptus. Ego sum uermis, & non homo.

Aetnæus scarabeus.

De magnis & fœdis. Aetnæum autem dixit, quasi præ-

gran-

grandem quòd uel in Aetna uarij, maximiq; scarabei sint: Vel Aetnæos dixit, tanquam, instar Aetnæ montis, maximos. Porrò scarabeus è stercore, ut nascitur, ita pascitur.

Minus de istis laboro, quàm de ranis palustribus.

Qua significamus nihil omnino ad nos pertinere negocium. Rectè dicetur in obtrectatores, quorum obloquutiones dicemus nos fortiter cõtemnere. Siquidem ranæ, tametsi assiduè obganniant, oblatrentq; prætereuntibus, & odiosam illam cantionem iterent sine fine, βρεκεκεκέξ κοάξ κοάξ, tamen nemo commouetur.

Indus elephantus non curat culicem.

Κώνωπα ἐλέφας ἰνδὸς οὐκ ἀλεγίζει.

Id est, *Culicem haud curat elephantus Indicus.* Dictum est autem ob singularem duriciem cutis elephantinæ, quæ fertur etiam iacula excutere.

Cochleare crescit. Δοῖδυξ αὔξει. Chrysip.

Dici solitum in pusillos homunciones per ironiã. Nam cochleare pusillum est ac contortum.

Connæ calculus. Κόννου ψῆφος. Aristoph.

In hominem aut rem nihili, nullius q; momenti. Conna cytharœdus, siue ut quidam uolunt lyristia, ex eorum numero, qui citra uocem organo canebant.

Inertium chorus. Ἀργόντων χορός.

Id est, *Feriatorum chorus.* De cœtu lasciuientium dicebatur. Ocium enim ad omnem nequitiam impellit, præcipuè iuuentam.

Megarenses neq; tertij, neq; quarti.

Μεγαρῆς οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι.

Dicebatur olim in homines supra modum ignauos & contemptos, nullo q; honore dignos. Natum adagium ex oraculo quodam, &c.

Rusticanum oratorem ne contempseris. Diogeni.

Ἀγροίκου μὴ καταφρόνει ῥήτορος.

Id est, Rusticanum ne contempseris rhetorem. Admonet adagium ne quem ob imperitiam infantiamue fastidiamus. Neque spectes à quo, quoue pacto dicatur, sed quid.

Terẽtius. *E flamma cibum petere.*

Terent. in Eunucho dixit in parasitum, eiusmodi esse, ut uel è flamma cibum peteret: Hoc est, quiduis cibi causa passurum, facturumq;.

Strabo. *Myſorum postremus.* Μυσῶν ἔσχατος.

Id est, Mysorum extremus. Strabo refert Mysos populum usqueadeo contemptum fuisse, ut prouerbio locum fecerit. Summum itaq; despectum, & infimam humilitatem hoc adagio significabimus.

Diogeni. *Caricus hircus.* Κᾶρικὸς τράγος.

Diogenianus indicat dictitatũ de uilibus & contemptis: Carum populus, ꝙ passim in bellis mercenariã locarẽt operam, ceu uili uita, in contemptus prouerbium abiit, unde & Plato καρικὸν ἄνθρωπον: Id est, Caricum homuncionem dixit pro uili nihiliq;.

Horatius. *Indoctior Philonide.* Ἀπαιδευτότερος φιλωνίδου.

Hic Melitensis erat prægrandi corpore, cæterùm insulsus & indoctus.

Aristoph. *Calabri hoſpitis xenia.*

Calabri hospitis xenia & munera rectè dixeris rustica, nalenia q;, quæq; magis onerent accipientem quàm iuuent. Siquidem Calabri, quòd pyris abundent, consueuerunt ea hospitibus affatim apponere, deinde saturos, bellariorum uice domum auferre iubent.

Zenodo. *Principatus Scyrius.* Ἀρχὴ σκυρία.

Id est, imperium Scyrium. De frigido renuiq; regno. Scyrus insula, quam olim coluêre Cares, petricosa, & infrugifera.

Horatius. *Ciceris emptor.*

Horat. in arte Poëtica: Ciceris & nucis emptor, Infimæ sortis

sortis hominem, deq; ima plebe quempiam significans.

Cubito emungere. Ἀγκῶνι ἀπομυσσόμενος. Suidas.

Id est, Cubito emungens. Prouerbialis ironia in hominem sordidi quæstus, & conditionis abiectæ. A salsamentariis ducta.

Canis uiuens è magdalia. Κύων ζῶν ἀπὸ μαγδαλίας.

Dici solitum in parasitos, & alieno uictitantes cibo. Magdaliam dicit, quasi dicas furfurem & manuum purgamentum.

Non est curæ Hippoclidi. Οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ. Herodot.

Hoc adagio significabant se quippiam negligere, neque magnopere laborare. Hic Hippoclides erat Tisandri filius, qui cum multis aliis iuuenibus Clisthenis Sicyonii filiam ambiebat. Verùm quum Clisthenes procos toto anno probaret, & Hippoclides in conuiuio indecoram quandam saltationem ædidisset, sublatis in altum pedibus, pater offensus inhonesto iuuenis lusu ait: Fili Tisandri, à nuptiis tua saltatione excidisti. Ad illa protinus respondit Hippoclides: Haud curat Hippoclides.

Non admodum misces. Οὐ μάλα κυκᾷς.

Id est, Non multum potes, neq; prodesse, neq; nocere.

Alga uilior. Vergilius.

Vilior alga, Poëta dixit, pro uilissima & abiectissima quauis re.

Contemnentis inimicum. Homerus.

Qui negabit se commoueri conuicijs alicuius hominis contempti, non inscitè deflexerit illud Home. Iliad. λ

Οὐκ ἀλέγω, ὥς τέ μι γυνὴ βάλοι, ἢ πάϊς ἄφρων,
Κωφὸν γὰρ βέλος ἀνδρὸς ἀναλκιδος οὐτιδανοῖο. Id est,
Haud curo magis, ac si fœmina, siue quis infans
Me iaculo peteret, siquidem uiri inertis, & ipsa
Irrita tela uolant.

Indignus qui illi matellam porrigat. Martialis.

De uehementer inæqualibus, aut ne ulla quidem ex parte conferendis.

Con-

Homerus. *Contemnentis dicterium.*

Si quando significabimus nos scommate seu contumelia leuiter commoueri, nec altius in animum demittere, congruet illud Homeri Iliad. Δ.

Οὐκ ἐν καιρίῳ ὀξὺ βάγη βέλος, ἀλλὰ πάροιθεν
Εἴρυσατο ζωστῆρι παναίολος, ἢ ῥ' ὑπένερθεν,
Ζῶμά τε καὶ μίτρην, τὴν χαλκῆες κάμον ἄνδρες.

At missum non transijt ad uitalia telum,
Sed summa in cute baltheus arcuit, impositoq;
Lamineæ squamæ, quas huic faber addidit ære.

Suidas. *Tanquam conchilium discerpere.*

Ὡσπερ κογχύλιον διελεῖν.

Id est, Tanquam concham dilacerare. De imbecillis & uiribus longè inferioribus dicebatur.

Tragicus rex. Τραγικὸς βασιλεύς.

Dici potest, uel fastuosus ac turgidus, uel qui nomine dũtaxat rex sit, cæterum uiribus parum polleat. Nam in Tragœdijs tantisper durat imperium, dum fabula peragatur.

Vterq; ambo.

Ὁ μὲν ἑκάτερος ἀμφότερος, ὁ δὲ ἀμφότερος οὐδέτερος.

Id est, Vterque ambo, ambo neuter. Quadrabit in duos aliquos, quorum alterius nequitiam, alterius probitas compensat.

Eudemus. Βατακάρας.

De pinguibus dictum & impotentibus. Nam Græca uox hinc dicta est, βατὰς pronum significat, & καρὰ caput. Conueniet in temulentum & somnolentum.

Pannus lacer.

Lucianus. Hominem iam fastiditum & reiectum ῥάκος πολυχιδὲς appellant Græci, id est, pannum undique lacerum. Sumpta metaphora à ueste, longo usu detrita, atq; ob id reiecta, quum noua fuerit in precio.

Quis usus cepis putridis

τίς

Τίς χρεία τῶν σαπρῶν κρομμύων;

Idest, Quis est usus putrefacti cepis? De rebus aut etiam hominibus abiectis, & quorum nullus usquam est usus. Etenim quum cepe fit herba per se uilissima, simulatque computruit, nihil abiectius.

Inutilior blace. Βλακὸς ἀχρηστότερος.

In hominem nihili, nulliusq; bonæ frugis dicebatur. Sumptum à pisce usqueadeo uili, ut à canibus quoq; fastidiatur.

Extritum ingenium. Παρεξκυλισμένον νοῦν ἔχων. Horatius.

Id est, Mentem habens euanidam παρεξκυλισμένον perinde sonat, quasi dicas extibiatam: ducta metaphora à tibiarum linguis, quę postea quàm exciderint, inutilis est tibia.

Barbam uellere.

Quum summum contemptum ac ludibrium significamus. Horat. in Serm. Barbam tibi uellunt Lasciui pueri. Persius: Idcirco stolidam præbet tibi uellere barbam.

Nihili cotio est. Plautus.

Dictum uidetur in eos, qui pollicentur ī futurum, nec exhibent rem præsentem. Gellius cotionem dixit, quem ueteres ariolarem dixerunt.

Non pluris quàm simias.

Simia ridiculum animal est, uulgoq; cõtemptum. Dion Dion. Prusensis: Quos ego, inquit, non pluris facio, quàm ut dici solet, simias.

Fumi umbra. Καπνοῦ σκιά.

Pro re quamlibet uili. Quum omnis umbra res quędam est inanis, tum uerò fumi umbram penè dixeris umbram umbræ.

Fulgur ex pelui. Ἀστραπὴ ἐκ πυέλου. Diogeni.

De minis inanibus eorum, qui lædere nequeunt: fulgor enim qui fulguris imitatione quadam è uasculorum nitentium uibratione, aut ex aquis redditur, nocendi nul-

nullam uim habet, pueros modo territat.

Horatius. *Oppedere, & oppedere contra tonitrua.*

Oppedere, prouerbialiter pro reclamare & contemnere reperitur usurpatum. Horatius. Vin' tu curtis Iudæis oppedere.

Dionis gry. Τὸ Διονυσιάζειν.

Rectè dicetur, aut ubi quempiam magno animo contemnimus, ac ne respõso quidem dignum habemus, aut cùm rem nihili significamus.

CONTAGIO MORVM.

Pythago. *Ne gustaris quibus nigra est cauda.*

Μὴ γεύεσθαι τῶν μελανούρων. Id est, Ne gustes ex ijs, quibus est nigra cauda. Admonet non esse habendum commercium cum improbis, & cum ijs qui sunt nigris & infamibus moribus.

Oscitante uno, deinde oscitat & alter.

Ενὸς χασόντος μετέχασκεν ἕτερος.

Id est, Cum oscitat unus, statim oscitat & alter. Dicendum quoties exemplo peccati, statim prouocatur alios ad simile facinus. Fit quadam occulta naturæ ui, ut qui uiderit oscitantem, cogatur & ipse oscitare.

Corrumpunt bonos mores colloquia praua.

Pau. Apo. Eodem pertinet ille Menandricus senarius, quem diuus Paulus Apostolus haudquaquam grauatus est in prima Corinthiorum epistola citare: Mores bonos conuictus inficit improbus. Celebratur & hic senarius à Græcis,

Κακοῖς ὁμιλῶν κἀυτὸς ἐκβήσῃ κακός. Id est,

Malus ipse fies, si malis conuixeris.

Plutarch. *Si iuxta claudum habites, subclaudicare disces.*

Ἂν χωλῷ πλησιάσῃς ὑποσκάζειν μαθήσῃ.

Id est, Si iuxta claudum habitaris, disces subclaudicare. Prouerbium admonet pernicioſam improborum hominum cõsuetudinem, propterea quod cum corporis, tum maximè animi uicia contagio serpunt in uicinum, &c.

Theognis *A bonis bona disce.*

Ari-

Arist. Moral. IX. ostendens uirtutem optimè disci conuictu bonorum & amici se mutuò corrigunt si quid erratum est, & sese uicissim ad honestas excitant actiones, citat Theognidis uersum:

ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἀπ' ἐσθλὰ μαθήσεαι. Id est.

Qui bonus est, ab eo bona discito.

CONTRA.

Cantherium in fossa.

Rusticum adagium, sed tamen è re militari natum. Hoc licebit uti, quoties quis ad id negocij trahitur, in quo ne quaquam ualeat, aut ubi res erit uehementer impedita, periculosaue. Liuius.

In puteo constrictus.

Quadrabit in eos, qui per angustias eò redacti sunt, unde extricare se nullo modo possint. Plato.

Nunc meæ in arctum coguntur copiæ. Terētius.

Metaphora sumpta ab exercitu, qui laborat iniquo conclusus loco, & undiq; obsidetur ab hostibus, ut difficile sit effugere.

Inuita Minerua. Horatius.

Pro eo quod est, Refragante ingenio, repugnante natura, non fauente cœlo.

CONTRARIVM PHILAVTIAE.

Non est beatus, esse qui se nescit.

Sensus est, Haud est satis, ut adsit fœlicitas, ni fœlicitatem tuam intellexeris. Theophr. Vergilius:

O fortunatos nimium, bona si sua norint, Agricolæ.

Ἀγνῶς πλοῦτος.

Vocabatur, cū quis suas dotes ignoraret. Porrò fœlicitatis non minima pars est, ut quisq; sua norit bona.

CORRECTIO DICTI AVT FACTI.

Corrigentis, quod dictum est ab alio. Homerus.

Vbi ciuiliter notabimus aliquem, tanquam haud ex animi sententia loquutum, aut ubi quid dictum erit parum honestum, in hunc torquebimus uersiculum Homeri Iliad. M.

Οἵῃσι

Οἷς θ' ἁ κ' ἄλλον μῦθον ἀμείνονα τῶδε νοήσαι. Id est,
Sermonem hoc alium potiorem adducere nosti.

Correctio dicti.

Idem. Dictum obscœnius & bonis uiris reticendum, aut absurdum dictu notabimus hoc uersiculo ex Iliad. ξ.

Μῦθον, ὃν οὔκεν ἀνήρ γε διὰ στόμα πάμπαν ἄγοιτο.
Ὅστις ἐπίσαιτο ἦσι φρεσὶν ἄρτια βάζειν. Id est:

Sermonem, quem uix nemo unquam promat ab ore,
Qui modo cognorit cordata & sana profari.

CRVDELITAS.

Manliana imperia.

Liuius. Rectè congruit in hos, qui sequiunt in eos, in quos iusta acti sunt, & qui nimis rigida iuris obseruatione humanitatis, & æquitatis obliuiscuntur. Liuius & Valerius narrant Lucium Manlium, filium occidisse propter edicti transgressionem.

Opera Syllosontis ampla regio.

Strabo. Ἐκ᾽ἀ συλοσῶντος ἐυρίχωρία.

Id est, Per Syllosontem regio facta est amplior. Nam Syllosontem munificentia Darij, mortuo Polycrate, Samiorũ adeptus tyrannidem, quũ acerbius exerceret imperium, ita ut ferè solent ij, qui ab humili fortuna repẽte ad res amplas prouehuntur, & ob hanc causam insula desereretur ab incolis, prouerbio dici cœptum: Spacioſa regio est Syllosontis gratia. Conueniet in acerbè gerentem magistratum, cuius uicio deseratur ab incolis regio.

Phalaridis imperium.

Lucianus. Φαλάριδος ἀρχή.

Id est, Phalaridis principatus. Rectè dicetur in eos, qui crudelius exercent imperium, aut potestatem sibi delegatam. Ortum adagium à Phalaride Agrigentinorum tyranno, quem sua crudelitas nobilitauit.

Omnium quos sol uidet.

Sunt & illæ figuræ prouerbiales: Omnium quos terra sustinet, aut quos sol uidet pessimus optimusue. Plaut. in Sticho: Meliorem neq; tu reperies, neq; uidet sol.

Omnis

Omnis herus ſeruo monoſyllabus.

Πᾶς δεσπότης δοῦλῳ μονοσύλλαβος.

Heris & potentibus, breuiſſimo tantũ uerbulo eſt opus ut uel annuãt, uel renuant. Sic uolo, ſic iubeo, ſit pro ratione uoluntas.

Budoro lege. Βυδόρῳ νόμῳ.

Aut ut alibi reperio, βυδόρων νόμων. Id eſt: Budororum more, ſeu lege. Suidas interpretatur de iis, qui digni ſint ut bouis ritu excorientur. Budini populi ſunt Scythiæ, ſic appellati, quòd à bubus uehantur, utpote plauſtris ædium uice utentes. Suidas.

Lemnia manu. Λημνίᾳ χειρί.

Dictum pro eo quod eſt, nefaria, impia, crudeli.

Crudelis Bacchus. Ὠμηστὴς Διόνυσος.

Baccho quondam uiuos homines ſacrificari mos erat. Vnde in crudeles conuenit, ſiue quòd temulentia feroces reddat & immites.

Non magis parcemus, quàm lupis. Ariſtoph.

Οὐ φεισόμεθα μᾶλλον ἢ λύκων.

Id eſt, Haud magis parcemus ac lupis. Inde natum quòd antiquitus lex ad interficiendos lupos, etiam præmio in uitabat apud Atticos.

Lutum ſanguine maceratum. Sueton.

Theodorus Gadareus Tiberij Cæſaris in arte Rhetorica præceptor, perſpiciens in eo adhuc adoleſcente ſæuiciam quandam cum ingenij ſtupore cõiunctam, inter obiurgandum illum ſubinde uocare ſolet, πηλὸν αἵματι συμπεφυρμένον. Id eſt, Lutum ſanguine maceratum: luto tarditatem innuens, ſanguine crudelitatem.

Non eſt oleum in lecytho. Ariſtoph.

Ἔλαιον οὐκ ἔνεστιν ἐν τῷ ληκύθῳ.

Id eſt, Olei liquor nequaquam ineſt in lecytho. Quum ſignificamus non eſſe precibus locum apud inexorabi-

lem. Nam ἔλαιον oleum significat, ἔλεος misericordiam.

Zenodo. *Boni uiri lachrymabiles.*

Ἀγαθοὶ δ' ἀρὶ δάκρυες ἄνδρες.

Id est, At quisquis probus, is multum lachrymabilis est uir. De ijs, qui facilè commouerentur ad misericordiam, ac precibus flecterentur. Nam illachrymare dicũtur, qui misereſcunt.

CVRIOSITAS.

Theocri. *Scit quomodo Iuppiter duxerit Iunonem.*

In curioſos, & quid quiſq; domi faciat peruestigantes, conueniet illud ex Syracuſanis.

Πάντα γυναῖκες ἴσασι, κἀκ ὧν Ζεὺς ἠγάγετ' Ἥραν. Id est,
Nouit fœmineum genus omnia, nouit & illud,
Iunonem duxit quo pacto Iuppiter olim.

Cicero. *Canes uenatici.*

Dicuntur qui omnia uenãtur & prodũt peruestigantq; nota metaphora.

Cicero. *Nil dulcius quàm omnia ſcire.*

M. Tullius ad Atticum lib. 4. Epiſtola, Delectarunt me, refert hunc ſenarium ceu uulgò celebrem.

Οὐδὲν γλυκύτερόν ἐστιν ἢ πάντ' εἰδέναι. Id eſt,
Nil dulcius quàm ſcire prorſus omnia.

Mylus omnia audiens. Μῦλος πάντ' ἀκούων.

Dicì ſolitũ ubi quis ſe diſſimularet audire, quum omnia tamen auribus curioſis captaret auſcultaretq;. Tractum uidetur à mola, unde exploratores obſeruare ſoleant, quæ fierent. Aut à Myli curioſi cuiuſpiam moribus.

Nihil inanius quàm multa ſcire.

Πολυμαθημοσύνης οὐ κενώτερον οὐδέν.

Id eſt, Non aliud magè inane puta, quàm plurima ſcire. Conueniet in eos, qui malunt multa diſcere, q̃ utilia.

Zenonium eſt & lentem coquere.

Licebit uti, quum dicemus eſſe uiri boni, etiam in rebus minutiſſimis ſui ſimilem eſſe, aut egregium artificem in qua-

quicunque materia declarare, qualis sit artifex. Zenon Stoicorum princeps fuit, qui docet sapientem omnia recte facere.

Corycæus auscultauit. Κωρυκαῖος ἠκροάζετο. Strabo.

Vbi quis id quod agit, conatus dissimulare, tamē à curiosis deprehenditur. Corycus mons est Pamphyliæ præcelsus ac portuosus, atq; ob id piratarum insidijs opportunus. Exploratores illius montis Corycæos uocabant.

Multæ regum aures atq; oculi.

Ὦτα καὶ ὀφθαλμοὶ βασιλέως πολλοί. Lucianus.

Id est, Aures atq; oculi regum multi. Allegoria inde ducta est, quòd regibus complures ubiq; sunt exploratores, quibus uelut auribus utuntur.

Nodum in scyrpo quæris. Plautus.

In anxium dicebatur nimisq; diligentem aut meticulosum, qui illic scrupulum moueret, ubi nihil esset addubitandum.

DAMNANDI.

Notare ungui, Carbone notare, & similia. Hierony.

Quòd soleat ungui signum apponi, ubi quid parum placet.

Tristis litera. Tullius.

M. Tullius pro Milone: Quod nisi uidisset posse absolui eum qui fateretur, quum uideret nos fateri, neque quæri unquam iussisset, nec uos hanc tam salutarē in iudicando literam, quàm illam tristem dedissetis. Tristē literam appellat θ, salutarem τ, quòd hac absolueretur reus, illa damnaretur. Titus Liuius dixit, tristiorem notam.

Contra retiarium ferula. Martialis.

Martial. Denicq; uideas, an te delectet contra retiarium ferula. Id est, An id faciendum tibi putes, quòd nemo non damnet atq; exibilet. Dici solitum in eos Domitius Galderinus admonet, qui infirmo præsidio contra maximè instructum pugnarent.

Ni pater esses. Εἰ μὴ πατὴρ ἦν σοι. Diogeni.

Vtemur quoties senis, aut potentis, aut alioqui ueneran di sententiam nobis haudquaquam probari significabi mus, cui tamen honoris causa nolimus refragari.

Calculo mordere. ψήφῳ δάκνειν.

Aristoph. Dicuntur, qui suffragio lædunt aut ulciscuntur homi nem.

Suidas. *Aequales calculi.* Ἰσοὶ ψῆφοι.

Si quando parum abest ut condemnetur aliquis, & ta men absoluitur. Aut quum nutat animus, ambigitq; u tram in partem se deflectat, rationibus hinc atq; hinc uelut ex æquo adhortantibus atq; deterrentibus.

Lucianus. *Non probantis.*

Ἀλλ' οὐκ ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι λῷσ'ἄνε θυμῷ.

Id est, At non Atridæ sic est Agamemnoni uisum. Rectè utemur, ubi rem quidem fatebimur honestam factu, ue rùm diuersa placere ijs, quorum libido plus ualet, quàm æquitatis ratio.

Ne nomen quidem.

Paulus ad Ephesios: Fornicatio aut omnis immundicia, aut auaricia, nec nominetur in uobis. Quid enim? Itáne scelus est nominare auariciam aut libidinem? Non opi nor. Sed Apostolus ut grauiter uicia detestaretur, usus est hyperbole prouerbiali: nam inter pios nominatur & Iudas & Pilatus.

Persius. *O præfigere.*

Thita præfigere, pro damnare. Persius: Et potises uicio nigrum præfigere thita. Nam nescio an debeamus Isido ro credere, qui primo Etymologiarum libro scribit ita militari more solere fieri, ut cæsi θ, salui τ signarentur. Certè de hoc signo τ fit mentio etiam in Apocalypsi, quæ beati Ioannis Euangelistæ nomine legitur. Huc pertinent, quæ & alibi citantur:

In absurdè locutum. *Spongia corrigere.*

Abijciendum procul. *Limam addere.*

Niger

Niger infamis. *Verus signare.*

Οὐλίζειν.

DECRETVM.

Murus aheneus. Horatius.

Horatius: Hic murus aheneus esto. Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa. Vsurpatur pro certo & immutabili animi decreto, schemate nimirum prouerbiali.

Nullus dies omnino malus. Hesiodus.

Astrologi designant quosdam dies fortunatos aut infœlices, sed his aut illis rebus: nullo tamen die indulgendũ est otio, quòd nullus sit adeò inauspicatus, quin alicui negocio sit fœlix, si quis rectè utatur concesso tempore, dies infaustus gerendo bello, aut nauigationi, fœlix est administrandæ rei familiari. *Nullus autem dies non prosper parandæ bonæ menti.* Fatetur Hesiodus. Omni ex parte dies malus haud obuenerit unquam.

DEGENERANTIVM IN PEIVS.

Ab equis ad asinos.

Ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους. Procopius.

Vbi quis à studijs honestioribus ad parum honesta deflectit.

Mandrabuli more res succedit. Lucianus.

Ἐπὶ μανδραβούλου φωρᾷ τὸ πρᾶγμα.

Id est, Res Mandrabuli ordine succedit. Hoc est, indies in peius labitur. Inde natum, quòd Mandrabulus quidam, quum thesaurum reperisset, primũ auream ouem posuit Iunoni Samiæ, proximo anno argenteam, tertio æream.

O domus antiqua, quàm dispari domino dominaris.

Videtur & illud Ennij carmen prouerbijs asscribendum quod refertur à M. Tullio Offic. libro primo: Id conuenit in disciplinam commutatam in peius, eorum uicio qui successerunt.

Heroum filij noxæ.

Ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα πήματα.

Id est, Virorum heroum filij noxæ. Manet & hodie uulgatus iocus: Ex sapientissimis patribus stultissimos progari liberos.

Terentius *Haud canit paternas cantiones.*

Οὐ πατρῳϊκὰ ἀυλῶ μέλη.

De eo iactatum, qui à paternis moribus degeneraret. Solent liberi maiorum suorum cantiunculis, quas admodum pueri didicerunt, delectari.

Homerus. *Filius degenerans.*

In filium, qui à paterno degenerat instituto, conueniet illud Homeri Iliad. ρ.

Αλλ' οὐχ υἱὸς ἓν ἔντεσι πατρὸς ἐγήρᾳ. Id est,
At non consenuit patrijs in filius armis.

Bene natis turpe est malè uiuere.

Quidam arbitrãtur ob hoc ipsum sibi licere turpiter uiuere, quòd honestis maioribus orti sunt, quum contrà generis claritas quasi fax addita faciat, ut nobilium errata plus habeant dedecoris, quàm obscuro genere natorum.

Quis parentem laudabit, nisi infœlices filijs?

Τίς πατέρ' αἰνήσει τὶ μὴ κακοδαίμονα τέκνα; Id est,
Quis patrem laudet, nisi proles laudis inanis?

Carmen uulgò iactatum de ijs, qui maiorum suorum facinora iactitant, nimirum nihil habẽtes, quod de seipsis uerè predicent.

Diogenianus. *Acesias medicatus est.* Ακεσίας ἰάσατο.

Dici solitũ de re, quæ semper uergeret in deterius, quoq; magis accuraretur, hoc peius haberet. Occasionem adagio dedit Acesias quidam medicus imperitus & stupidus, qui dum cuidam pedum dolore laboranti mederi studet auxit dolorem.

Taurum tollet, qui uitulum sustulerit.

Si

Si quãdo significabimus maiora peccaturum adultum, qui puer uicijs minoribus assueuerit.

Vt nunc sunt homines.

Si notabis temporum tuorum mores, ut semper in peius degenerantes à uirtute maiorum, applicabis illud Homeri Iliad. M. Homerus.

ὁἵοι νῦν βροτοί εἰσιν. Id est, Vt nunc sunt homines.

Discum quàm philosophum audire malunt.

Vulgus hominum propẽsius est ad quamuis ineptas uoluptates, quàm ad frugifera. Per iocum trãsferri potest ad discum escarium, cuius crepitum multi libentius audiunt, quàm uocem philosophi.

Eamus Athenas. Ἰωμὲν εἰς Ἀθήνας.

Licebit uti, si quando nos melioris fortunæ relictæ pœnitebit.

DEPRECANTIS ET ABOMINANTIS.

Despuere malum. Plautus.

Manet & hodie in uulgi moribus, ut si quid audiant execrandum, quod sibi nolint euenire, despuant uelut abominantes. Id autem hæsit ex ueterum superstitione, qui sibi persuaserant disputationem esse remedium aduersus imminentia mala.

Vates secum auferat omen. Theocri.

In eos qui nobis dira minitantur, aut acerba prænunciant, conueniet illud Theocriticum in Bucoliastis:

Αὐτὰρ ὁ μάντις ὁ τήλεμος ἐχθὸς ἀγορεύων,
Ἐκφερ' ἐφ' οἷσι νοεῖ, ὅππως τελέεσι φυλάξει.

Telemus at uates, mihi qui canit omnia dira,
Dira domum referat, quò natis illa reseruet.

In capras syluestres. Κατ' ἄγρας ἀγρίας.

Id est, In capras feras. Abominantis est sermo, & malum deprecantis. Confine illi. Hostibus eueniant conuiuia alia nostris. Athenæus ponit, Ad capras syluestres, pro eo quod difficillimum esset inuentu, aut quod nusquam est. Athenæus.

Idem. *Bæon malus piscis.*

Dicetur in hospitem ingratum ac molestum. Bæon apud Epicharmum piscis quidam est.

Pindarus. *Si quid mali in Pyrrham.* Εἴ τι κακὸν, εἰς Πύῤῥαν. Subaudiendum, recidat aut abeat, aut eiusmodi quippiam. Originem prouerbij tradunt huiusmodi. Quondam Pyrrhæos quotquot erant finitimi, graui odio persequebantur: unde si quod malum aliquando uideretur impendere, id abominantes precabãtur ut in Pyrrhæos auerteretur, dicentes: εἰς τὴν Πυῤῥαίων. Id est, In Pyrrhæorum regionem. Est autem Pyrrha Lesbi insulæ ciuitas, autore Stephano.

Suidas. *Procul ab auribus nuncius ueniat.*

Ἀπ' οὔατος ἄγγελος ἔλθοι.

Id est, Procul absit nũcius aure: Sermo deprecantis nunciũm malè auspicatum.

Homerus. *Abhorrentis ac detestantis.*

Quum dicemus nos uehementer à uicio quopiam abhorrere, illud Homeri usurpare licebit:

Ἐχθρὸς γάρ μοι κἀνθ' ὁμῶ ἀίδαο πύλῃσι. Id est,
Is mihi iuxta inuisus, ut atri limina ditis.

Plato. *Dulcis cubitus.* Γλυκὺς ἀγκών.

Abominantis est sermo. Ancon autem Nili pars est, in qua nauigantes plurimum & sudant & periclitãtur. Vnde prouerbio dicebant: Dulcis cubitus, quasi deprecantes eius loci discrimina. Id autem perinde ualet quasi dicas. Bona uerba, aut bene ominata loquere.

Vergilius. *Terra mihi prius dehiscat.*

Vergilius:

Sed mihi uel tellus optem prius ima dehiscat,
Vel pater omnipotẽs adigat me fulmine ad umbras.
Pallentes umbras Erebi, noctemq; profundam.
Ante pudor quàm te uiolem, aut tua iura resoluam.

DERISIO.

Omnia

Omnia præclara dicis. Plato.

Socrates apud Platonẽ in Euthydemo, εἰρωνεύομενος suo more, quod aduersarius absurda quædam collegisset, uidelicet Socratem scire quod nesciebat, & rursum nescire quod sciebat: εἶεν, inquit, ὦ Εὐθύδημε τὸ γὰρ λεγόμενον, καλὰ μὲν πάντα λέγεις. Id est, Esto ô Euthydeme, Nam ut dici solet, omnia sanè præclara dicis.

Β sublimi me derides. Ἀφ' ὑψηλοῦ μοῦ καταγελᾷς. Suidas.

De eo, qui cum fastu ridet quempiam, ac despectim.

Εσκιμαλίχθαι.

Hoc gestu contumeliam despectumq; supremum significabant. Est enim Græcè ἐσκιμαλίχθαι, medium digitum ostendere, contractis cæteris, ignominiæ causa.

Naso suspendere. Horatius,

Est uafrè ac subdolè irridere. Horatius in Sermonibus:

Naso suspendis adunco.

Postica sanna. Persius.

Persius prouerbialiter appellat clancularia irrisionẽ. A gestu ridentium aliquem à tergo. Posticæ occurrite sannæ.

In eo ipso stas lapide, in quo præco prædicat. Plautus.

Quadrabit, ubi quis præsens, uidens, audiensq; tamen deluditur. Quòd autem meminit lapidis, id traductum est, à lapide quodam æditiore, quem Romæ fuisse complurium autorum testimonio cõstat, unde præcones in actionibus res uenales annunciabant.

Loripedem rectus derideat. Iuuenal.

Iuuenalis: Loripedem rectus derideat, Aethiopem albus. Quò conueniet uti, quoties aliquis id alijs opprobrat mali, cui sit ipse obnoxius.

DE SPERATIO.

Actum est. Terentius.

Prouerbialiter etiam hodie his uerbis desperationem significamus, actum est, Græci πέπρακται. Terent. in Eu-

Euripides nucho: Actum est, ilicet peristi.

Nullus sum.

Prouerbiales sunt & illæ apud Comicos hyperbolę. Nullus sum, Occidi, & Perij, quibus desperationem autingens malum significamus.

Diogeni. *Pinus in morem.*

Πεύκης τρόπον.

Id est, Piceæ ritu. Vbi quis funditus, radicitusq; perit, ita ut nullo pacto restitui possit, piceæ ritu perditus dicitur. Nam piceam succisam negant suppullulascere.

Idem. *Perierunt bona.* Ἐξέρρει τὰ καλά.

Id est, Perierunt honesta. Hippocrates Mindaro Lacedæmoniorum duci fuit ab epistolis. Eo interfecto ab Athenięnsibus, Hippocrates in Lacedæmonem huiusmodi scripsit epistolam: Ἐξέρρει τὰ καλὰ, μίνδαρος δ' ἀπέθανε. Id est, Perierunt honesta Mindarus autem amotus est. Innuens rem malè cessisse.

Terētius. *Ad restim res redijt.*

Terent. in Phor. Opera tua ad restim, mihi quidem res redijt planissimè. Hoc adagio summa rerum desperatio significatur. Nam in hac, solent quidam amentes ad laqueum confugere.

Plinius. *Suspendio deligenda arbor.*

In re uehementer indigna, neq; ullo pacto toleranda, uetetes arborem suspendio deligendam esse dicebant.

Ad porcellum da mihi mutuo tres drachmas.

Suidas. Εἰς χοιριδίον μοι νῦν δάνεισον ἓξ δραχμάς.

Id est, Ad porcellū nunc da mihi mutuo tres drachmas. Dicebatur ab eo, qui mori decreuisset, aut qui uellet initiari. Nam initiandi consueuerunt immolare porcum.

A quinq; scopulis desilire in fluctus.

Ἀπὸ πέντε ἄκρεων πεζὸν ἐς κῦμα.

Id est, A quinq; desilire rupibus in undam. Hoc usurpari solet ab ijs, qui iam impatientes præsertim malorum, mi

nan-

nantur semet in quoduis potius malum præcipitaturos, quàm ut perpetiantur.

Omnibus armis præsidijsq; destitutus. Homerus.

Hominem inermem, & omnibus præsidijs destitutũ, indicabimus hoc uersu Homerico, qui est Iliad. φ.

γύμνωθ' ἄτερ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος οὐδ' ἔχε' ἔγχος. Id est, Et clypeo simul & galea nudatus & hasta.

Tenuis spes. ψυχρὰ μὲν ἐλπίς.

Id est, Spes frigida quidem. Spem infirmam incertamq; Poëtæ tenuem uocant.

DIFFICVLTATIS.

Non est cuiuslibet Corinthum appellere. Suidas.

Οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθόν ἐσθ' ὁ πλοῦς.

Id est, Non est datum cuiuis Corinthum appellere. Vetustum iuxtà ac uenustum adagium, de rebus arduis & aditu periculosis, quasq; non sit cuiuslibet hominis affectare. Inde natum, quòd uti refertur apud Suidam, nec facilis, nec satis tutus sit nautis in Corinthiacum portum appulsus.

Difficilia quæ pulchra. Δύσκολα τὰ καλά. Solon.

Id est, Ardua, quæ pulchra. Quidam prodiderunt Pittacum, ubi semet abdicasset imperio, dixisse: Difficile bonum esse. Porrò Solonem Pittaci molliciem atq; ignauiam taxantem dixisse: Difficilia, quæ honesta, &c.

Cum principe non pugnandum.

Qui significabit arduum principem à priuato superari, aut difficillimum uincere naturam, usurpabit illud Homeri ex Odyss. Λ. Homerus.

Ἀργαλέον γάρ τ' ὅτι Διὸς βροτὸς ἀνδρὶ λαμῆναι.

Ardua res homini mortali uincere numen.

Ire per extensum funem. Horatius.

Pro eo quod est, rem factu perquàm difficilem præstare, neq; uel tantillum aberrare.

Clauem extorquere Herculi.

Qui

Qui sibi uendicare conatur, quòd alius iam potentior occupauit, uel Ioui fulmẽ eripere, uel clauam extorquere de manu Herculis dicetur.

Plato. *Nemo malus hoc sciet.* Οὐδεὶς κακὸς εἰσεῖτο. Id est, Nullus malus hoc sciet. Quoties rem egregiam & cognitu dignam significamus.

Homerus. *Non omnibus contingit.*

Non cuiuis fit potestas cum regibus colloquẽdi, aut nõ omnibus contingit diuinarum literarum penetrare mysteria. Ad hunc sensum non inuenustè deflectetur illud Homeri ex Odyss. π.

Οὐ γὰρ πω πάντεσσι θεοὶ φαίνονται ἐναργεῖς Id est, Haud cuiuis manifesta uidentur numina diuûm.

Homerus. *Aegrè, sed tamen contigit.*

In eos, qui ægrè quidem, sed tamen assequuntur, quod optant, quadrabit illud Homeri Odyss. λ.

Αλλ' ἔτι μὲν γε κἠς ὧς κακὰ πεῖρ πάσχοντες ἱκοίμεθ. Id est, Peruenietis adhuc quanquam mala plurima passi.

Homerus. *Aegrè quidem, sed facimus tamen.*

Quum ægrè quidem, & non sine plurimis incommodis agimus quippiam, sed tamen facimus adacti necessitate, conuenient illud Homeri:

Quamuis afflicti nimium, sed fatum ita cogit.

Plautus. *Præter Sibyllam nemo leget.*

Diuus Hieronymus irridens Iouiniani stylum, ut perturbatum & obscurum, scribit Plautinarũ literarum illud in eum quadrare: Has præter Sibyllam leget nemo.

Hesiodus. *Centum plaustri trabes.*

Hesiodus: Ἑκατὸν δὲ τε δούρατ' ἁμάξης. Id est, Centum autem lignis plaustrum compingitur unũ. Eo tempestiuiter utemur, quum significabimus id quod à nobis petitur, magno constare.

Azanæa mala. Ἀζαναῖα κακά.

Dici solitum, ubi quis in re perdifficili plurimum sumeret laboris: Azanæa regio quædã sterilis est Arcadiæ, &c.

Cape-

Capere prouinciam. Tradere prouinciam.

Capiunt susciplunttie prouinciam, qui rei curandæ omnis in se recipiunt.

Capere ciuitatem. Plato.

Plato in quodam dialogo significat prouerbio dici solere, Capere ciuitatem, qui rem difficilem esset assequutus. Neq; enim ciuitas primo statim impetu capitur.

Omnes laqueos effugere.

Quod ipsum à uenatu transiatum est, in quo sic undiq; sepiuntur exitus, ut necesse sit feram in aliquas insidias incidere. Plato.

Trabs in omnibus. Λοκὸς δ' ἐπὶ πᾶσι τέτυκτ.

Id est, Trabs in omnibus facta est. Videtur Hemistichiũ ex Poëta quopiam sumptum, quo significatum est, nihil esse tam certum, quin obstet scrupulus, cogẽs nos ad exactiorem rei considerationem.

DIFFIDENTIAE.

Simul & da, & accipe. Ἅμα δίδου καὶ λάμβανε. Aristote.

Vbi res est cum homine parum certa fide, cui non sit tutum quicquam credere, nisi statim receperis, quod fueris stipulatus. Torquebitur in eum, qui non collocat officiũ aut munus suum, nisi iam certus de mutuo.

Nemini fidas nisi cum quo modium salis absumpseris. Cicero.

Significat autem hominis ingenium non posse perspici, nisi diuturno conuictu.

Fiducia pecuniæ amissi.

Iactatur & hodie, fiducia plerosq; mortalium falli.

Ne Mercurio quidem credere.

Strabo libro 2. de narratione parum probabili, ἣν οὐδὲ τῷ Ἑρμῇ πιστεύσαι τις λέγοντι. Id est, Quam ne Mercurio quidem credat aliquis narranti. Propriè conuenit in eos, qui longinquis peregrinationibus circũacti, narrare solẽt prodigiosa. At uiatorũ Deus habebat Mercurius. Strabo.

Con

Plautus. *Confringere tesseram.*

Apud Plautum in Cistellaria confregisse tesseram dicitur, qui sibi reditum in domũ aliquam præclusit. Est autem tessera symbolum hospitale, quo prolato agnoscebantur hospites, si quando rediissent.

Idem. *Cæca dies, & oculata dies.*

Plautus cæcam diem & oculatam, pro die qua non numeratur præsens pecunia, & qua numeratur. Vocant & Iurisconsulti cæcam diem, & cæca testimonia, quæ scripto perhibentur ab absentibus. Nam cæca sunt non tantum, quæ non uident, sed quæ non uidentur & absunt.

Idem. *Oculatæ manus.*

Oculatas manus dixit Plautus, quæ promissa uelint exhiberi re, non oratione promitti. Nam oculos habere, quibus uideãt exhibita: aures non habere, quibus audiant pollicitationes. Semper, inquit, oculatæ nostræ sunt manus, credunt quod uident.

Plautus. *Pluris est oculatus testis unus, quàm auriti decem.*

Longè maior est habenda fides referentibus ea, quæ uiderint oculis, quàm ijs, qui narrant ab alijs audita.

Non persuadebis, ne si persuaseris quidem.

οὐ γὰρ πείσῃς, οὐδ' ἂν πείσῃς.

Aristoph. Id est, Haud etenim persuaseris unquam. Est aũt hyperbolæ genus qua significamus tanquam ἀδυνατώτατόν τι. Perinde quasi dicas, non credam, etiam si uidero.

Quot seruos habemus, totidem habemus hostes.

Seneca. Non habemus illos hostes, sed facimus. Meminit Seneca epistola XLVII. Admonet adagium, ne quid fidamus illis, neue ex animo illos nobis amicos arbitremur, qui nos metu coluntꝰ.

Hostium munera, non munera.

Priscorum superstitio credidit, obseruanda uel maximè munera, à quibus, quo animo mitterentur: Propterea quòd quæ darentur ab ijs, qui nobis malè cuperent, exi-

exitio plerunque fuisse constaret.

Homo homini lupus. Ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ λύκος. Plautus.

Quo monemur, ne quid fidamus homini ignoto, sed perinde atq; à lupo caueamus.

Etiam si Cato dicat.

De fide & autoritate Catonis Vticensis narrat Plutarchus. Prouerbium dicitur de rebus incredibilibus.

Lydus ostium claudit. Λυδὸς τὴν θύραν ἔκλεισε.

De furacibus dicebatur, quòd Lydi non discederent, nisi re quapiã sublata. Malim accipere de ijs, qui rem quampiam obscœnam aggressuri, fugitant arbitros, addunt́q; sese propter Lydos molliciei notatos.

Tuam ipsius terram calcas.

Quum iubebimus cuipam, ut in suo loco se contineat, neq; se recipiat in nostra.

DIFFERENTIAE.

Longè lateq;. Gellius.

Quum ingens discrimen significant, longè lateq; distare dicunt. Translatum uidetur ab agrorum mẽsoribus.

Quisquis is fuerit. Homerus.

Quemuis citra ullam exceptionem hominem indicabimus hoc uersiculo, qui est Iliados XIII.

Ὅς θνητός τ' εἴη, καὶ ἐπὶ χθόνα πυροφόρον ἄκτην. Id est,

Qui modo mortalis sit, edens Cerealia dona.

Pilus in medio. Theocrĩ.

Minimum discriminis significãtes, dicimus pilum inter esse, id uehementius est, quàm si dicas, culmum latum. Theocritus in Thyonicho:

λαοῦ δὲ μανεὶς πόνα θρὶξ ἀνὰ μέσσον.

At me imprudentem capiet uesania tandem.

Vix pilus in medio est.

Verba sunt amantis, ac metuentis, ne tandem amor exeat in insaniam, à qua tam parum absit, ut uix pilus sit in medio. Consimili tropo Plautus dixit in Mo-

in Mostellaria: Pluma haud interest, patronus an cliens probior fiet. Homini cui nulla in pectore est audacia. Non interest pluma, pro nihil omnino refert.

Lucianus. Δὶς διὰ πασῶν.

Id est, Bis per omnia. Hoc adagio discrimen ingens ac longissimum interuallum significabant. Vnde quæ pugnantissima inter sese uiderentur, totoq; dissiderent genere, ea bis per omnia inter se discrepare dicebant.

Strabo. *Mysorum ac Phrygum termini discreti sunt.*

Strabo regiones quasdam commemorat inter sese finitimas, puta Phrygum, Bithynorum, Mysorũ, Dolonum. Item qui iuxta Cizicum accolunt, Mygdonum ac Troianorum. Neminem autem inficias ire, quin unaquæque suis finibus sit circumscripta. Verùm eos fines adamussim dijudicare, id neutiquam facile. Manẽt & in hodiernum diem de finibus gentium rixæ, longa serie temporum omnia confundente. Adagio licebit uti, de rebus toto genere inter sese dissidentibus. Veluti si quis sentiens lõgè aliud spectare philosophum, aliud oratorem. Aut de hominibus, inter quos nihil conuenit, nihilq; cõmune intercedit.

Seiuncta sunt Merrhæ & Siloam fluenta.

Χωρὶς τὰ Μερρᾶ, ϗ Σιλωὰμ ῥεύματα.

Id est, Seiuncta sunt Merrhæ ac Siloam flumina. De longo interuallo dissitis inter sese. Veluti si quis dicat inter amicum & adulatorem plurimum interesse. Apparet neotericum esse prouerbium, & haud scio an ab Apostolo additum: ex literis Apostolicis & Ecclesiasticis. Siquidem Merrha uocatur locus, in quo Moyses aquas pestilentes & amaras, iniecto lingno, dulces reddidit ac salubres. Cæterùm ad aquas Siloam missus est à Iesu cæcus Euangelicus, quo usum reciperet. Vnde apparet salutares fuisse, dissimilimas aquas Merrhæ.

Horatius. *Quid distent æra lupinis.*

Horatius in Epistolis: Nec tamen ignorat, quid distent æra lupinis, id est, nouit discrimen rerum uilium & pretiosa

cioſarum. Agit autem Horatius de iis, qui beneficia nō ita conferunt in quoſuis, uelut abijciant, ſed ita collocant, ut expendant & eius meritum ac dignitatem, cui præſtant, & precium muneris quod largiuntur. Porrò lupini utilitatem prouerbialiter notauit Iuuenalis: Tunicam mihi malo lupini, Quàm ſi me toto laudet uicinia pago.

Ingens interuallum. Tullius.

M. Tullius in epiſt. ad Atticum lib. ſexto. Senarios hos ceu prouerbiales uſurpat.

πολλὰ δὲ μεταξὺ
Νότου κυλίνδει κύματ' ἰόεντα ἁλός. Id eſt,

Multas at undas uoluit in medio Notus Vaſti maris. Licet huc quoq; torquere, ut ſignifices rem adhuc procul abeſſe à periculo.

Ne punctum quidem. Hierony.

Diuus Hieronymus in Epiſtolis: Et Apoſtolicæ uoluntatis ſequentes ueſtigia, ne punctum quidem, ut dicitur, aut unguem tranſuerſum ab illius ſententijs recedamus.

Valeat amicus cum inimico. Plutarch.

Ἐρρέτω φίλος σὺν ἐχθρῷ. Id eſt, Valeat amicus cum inimico. Quadrabit in eos, qui toti ad ſe ſpectant, nec amici magis quàm inimici rationem habent.

Paſtillos Rufillus olet, Gorgonius hircum. Horatius.

Dicendum uel in duos aliquos diuerſis laborantes uicijs, uel in eundem ſui diſſimilem: nempe modo loquaciorem quàm ſat ſit, modo impendio taciturnum, interdum pueriliter ineptum, interdum Catone ſeuerior rem, nonnunquam profuſum, nonnunquam ſordidum. Siquidem ut uicio dandum, ſi quis hircum oleat, ita adæquè uituperandum, ſi quis oleat unguenta. Nam paſtilli pilulæ ſunt unguentariæ, Alterum ſpurci eſt. Alterum mollis.

Diogeni. *Canis digna sede.* Ἀξία ἡ κύων θρόνου.

Quum nouus honos obtigit cuipiam immerenti. Sumptum uidetur à melitæis canibus, quibus nonnullæ mulierculæ maiorem habent honorem, quàm ipsis mariis.

Suidas. *Digna canis pabulo.* Ἀξία ἡ κύων τ̃ βρώματος.

Id est, Digna canis pabulo. Fermè perinde ualet, ac si dicas: Dignus operarius mercede sua. Et uix quisquam est tam inutilis minister, quin si nõ amplo salario, certè uictu dignus esse uideatur.

Idem. *Dignus obelisco.* Ἄξιος ὀβελίσκου.

Dignus quouis honore. Summis enim uiris eiusmodi columnæ ac pyramides erigebantur, magnificis inscriptæ titulis, aut ingẽtes colossi. Sic enim stupidi principes olim fingi gaudebant. Tametsi prouerbium ancipitẽ habet sententiam, propterea quòd Aristarchus obeliscis singulare sit solitus, quæ parum probaret.

Persius. *Digna cedro.*

Digna cedro dicuntur, quæ promerentur immortalitatem, & eiusmodi iudicãtur, ut posteritati consecrentur. Sumptum est ab arboris natura, cuius succo, quę sunt illita, non sentiunt cariem.

Dignus argiuo clypeo. Ἄξιος εἶ τ̃ ἐν Ἄργει ἀσπίδος.

Id est, Dignus es Argiuo clypeo. De generoso ac maiorem in modum uenerando. Inde sumptum quòd olim apud Argiuos ex more pueri incorrupti, puricq; clypeos quosdam gestantes, pompas agebant. Isq; honos erat illi ætati, prisco quodam instituto maiorum decretus.

Plinius. *Dignum propter quod uadimonium deseratur.*

Vbi rem maximi momenti uolumus significare, quæq; uel quantouis dispendio debeat experti, dignam esse dicemus, cuius gratia uadimonium deseratur. Nam qui uadati sunt, non nisi summo suo periculo abesse iudicio possunt.

Tullius. *Dignus qui cum in tenebris mices.*

Qui

Qui certissima esset fide, eum dignum dicebant, qui cum in tenebris mi caretur.

Quauis re dignus.

Ἀξιος τοῦ πωυτός. Diogeni.

Terentius, Hominem quantiuis precij.

Regia uaccula. Βασιλικὴ βοΐδιον.

Id est, Regia bucula. De prodigiosa fœcunditate dicebatur. Natum est è miraculo rei gestæ. Aetate Ptolomæi Iunioris uacca quædam eodem partu sex ædidit uitulos. Simile illud Iuuenalis: Scropha fœcundior alba.

Batti Silphium. Βάττου Σίλφιον. Aristoph.

Id est, Batti Silphium. Græci nouum & rarum quempiam honorem prouerbio uocãt. Aristophanis interpres diuersam originem adagionis adscribit. Battus à Thera iuxta Cretam insula profectus, oraculo monitus Apollinis: uel, ut alij tradunt, domestica pulsus seditione, Cyrenem condidit. Cui quum Afri beneficij memores, summum honorem habere studerent, donarũt illi Silphium herbam apud illos omnium pulcherrimam. Simulq; numisma ferientes, in cuius altera parte regnum erat insculptum, altera Silphium, quo fuerat à ciuitate donatus. Porrò Silphium inter herbas primam gloriam obtinet, cuius & folia & fructus & caulis & succus preciosissimus sit.

Decernetur equa Thessalica. Eustathius

Ἐπικρινεῖται ἵππος θεσσαλική.

De summo præmio dicebatur, propterea quòd antiquitus prima laus fuerit equorum Thessaliæ. Lepidius erit per ironiam.

Bos in ciuitate. Βοῦς ἐν πόλει. Horatius.

Dicitur, ubi quis ad nouos honores euehitur. Lysias bouis imaginem in arce collocauit. Nam in agris boum usus, non in ciuitate.

Sapientum octauus. Horatius.

In eum, qui sibi multum tribuit in sapientia.

Terentius. *Columen familiæ.*

Donatus columen dici putat, perinde quasi columnam dicas, cui reliqua domus innitatur. Vnde antiquitus seruos, maiores columellas dictos.

Plinius. *Vtranq; paginam facit.*

Sumpta metaphora à codicillis rationalibus, duas habẽtibus paginas: alteram, quæ indicat quid sit datum: alteram quæ quid acceptum sit, ostendit. Itaq; in rebus humanis fortuna utranq; facit paginam, id est, siue quid obtingit boni, ea laudatur quasi dederit, siue mali quid accidit, eadem incessitur ceu malorum autor.

Esto promus.

ἔσω ταμίας, τ' ἄλλα δ' ἐι βέλεθ' κύων.

Sis condus, in reliquis canis esto si libet. Aiunt dictum in eum, cui fœlicitas immerenti contigisset, peculiariter in eunuchos.

Iupiter aquilam delegit. Ζεὺς ἀετὸν ἔιλετο.

Vbi quis asciscit sibi præclaros suis; rebus accommodos. Poëtæ fingunt aquilã Ioui fulmen porrigere, quòd hæc auis omnium altissimè subuolet, nec ictu fulminis lædatur.

Glaucus comesa herba habitat in mari.

γλαῦκος φαγὼν πόαν οἰκεῖ θαλάσσης.

Dictum apparet per locum de ijs, qui quum perierint, tamen uulgò creditur uiuere. Glaucus quispiam fuit Anthedonius piscator, natandi peritia longè omnium primus. Is quo magis esset miraculo, commentus est imposturam huiusmodi. Enatabat è portu spectantibus Anthedonijs, donec iam extra prospectum esset. Ibi reuersus interram, secessit in locum aliquem semotum, atque in eo dies complures commorabatur. Deinde quum uideretur, redibat natans in portum, spectantibus ijs, qui stabant in littore. Mirantibus autem amicis ac sciscitantibus, ubinam gentium tam diu commoratus esset, adsimulabat in marinis fluctibus interim uersatũ esse sese.

Auxit

Auxit miraculum altero commento. Hybernis mensibus, quum cæteri piscatores nihil piscium capere possent, ille ciues rogabat, quosnam pisces adduci uellent. Quosq; iussissent, aduehebat, uidelicet iam ante paratos in hunc usum, atq; alibi conclusos. Euenit tandē, ut hic impostor de belua quadam marina deuoraretur. Isq; fuit eius Comœdiæ finis. Porrò quum non rediret ex more, populari fama iactatum est: Glaucum gustata herba factum immortalem, & in mari uitam agere.

Antiquior Codro. Πρεσβύτερος Κόδρου.

De priscis, & ob antiquitatem admirandis. Codrus antiquissimus Atticæ rex.

Pro dignitate cuiusq;. Homerus.

Quum unicuiq; partes tribuuntur pro decoro personę, proq; dignitate, ueluti si negocium arduum committatur prudenti & exercitato, leue uiculum iuueni cuipiam & imperito, quadrabit illud Homeri:

Egregia egregius subit arma, ac deteriori
Deteriora dedit.

Myrteam coronam ambis. Μυρσίνην ἀμφιβάλλεις. Suidas.

Ideft, Myrteam cupere, dicebatur, qui tyrannidem, aut magistratum ambiret. Nam olim principes myrteis corollis coronabantur, si quidem Suidæ credimus.

Omnibus anteuertenda uitæ cura. Homerus.

Qui dicet omnia posthabenda, quò uitæ consulamus, accommodabit illud Homeri:

Nullum equidem precium cum uita cõfero, nec cum
Iliacis opibus, pridem quas tempore pacis
Vrbs opulenta tenebat, uti fama est.

Cæcus & claudus non intrabunt templum. 1. Reg. 5.

Fortassis adagio locus erit, quoties excluditur aliquis ab honore ueluti indignus.

Roscius.

Roscius histrio tam erat fœlix in agēdis fabulis, ut quisquis in arte quapiam insignis esset, Roscius uocaretur. Cicero.

Id indicat M. Tullius libro de Oratore primo. Itaq; hoc est iam diu consecutus, ut in quo quisq; artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur. Eodē igitur tropo, quo uehementer in consilijs callidum, Dædalum uocamus: in laboribus patientem, Herculem: in disputando mutctum, Achillem: in iudicando, Aristarchum: patronum in caussis agendis egregiè dextrum, Roscium licebit appellare.

Cicero. *Primas tenere.*

M. Tullius ad Q. fratrem epistо. 3. carmen adfert, uelut παροιμιῶδες: illud uerò, inquit, quod à puero adamaram.

Αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπατίροχον ἔμμεναι ἄλλων τὸτum occidisse. Queritur enim illic oppressa Repub. nullum esse locum uel exercendæ uirtuti, uel tuendæ dignitati. Carmen suspicor esse Homeri, quod ita uerti potest:

Primas usq; tenere, aliosq; excellere laude.

DILIGENTIAE.

Gellius. *Ad amussim.*

Frequens est apud autores ad amussim, examussim, examussatim, amussatim, pro eo quod est, exquisita diligentia, atq; exactissima cura: Translatū à fabris lapidarijs aut lignarijs, qui funiculo illo regulari operis æqualitatem explorant, quanquam Festus alicubi testatur, amussim quibusdam esse non lineam neq; regulam, sed ferramentum quo fabri in poliendo utuntur.

Athenęus. *Thynni more.* Θύννῳ Δίκλω

Thynni more uidere dicuntur, qui limis, aut altero oculo obliquè inspiciunt.

Suidas. *Iuxta melam.* κατὰ μέλω.

Suidas ostendit prouerbio dici solere, ubi quis incerta cōiecturis persequeretur. Sumpta metaphora à medicis, hulcus internum immisso per fauces instrumento quopiam explorantibus. Id instrumentum melen uocant.

Horatius. *Ad unguem.*

Ad unguē, eundem habet sensum. A marmorarijs sumpta

pta metaphora, qui superinducto ungui commissuras explorant marmorum.

In quadrum redigere.

Pro eo quod est, in ordinem aptamq; structuram con- Tullius.
cinnare. Sumptum ab ijs, qui arbores aut lapides mathematicis gnomonibus exæquant. Proinde quod conuenit, quadrare dicimus.

In nocte consilium. Ἐμ νυκτὶ βουλή.

Id est, In nocte consilium. Admonet adagium non esse præcipitandum consilium, neq; statim ad primos animi impetus quippiam agendum. Nox autem propter solitudinem ac silentium uel maximè ad considerandū, consultandumq; de rebus grauibus est idonea. In cōsultando cunctatio tutior est, periculosa celeritas.

Vltro, citroq;.

Quasi dicas, huc atq; illuc. Fit autem uenustior meta- Tullius.
phora, quoties ad mutuam altercationem, disceptationem, confabulationem, rixamue refertur. Cicero: Multis q; uerbis ultro, citroq; habitis ille nobis consumptus est dies. Et, Vltroq; agitata causa.

Ruminare negocium. Ἀναμάσσεσθαι τὸ πρᾶγμα. Aristoph.

Id est, Ruminare seu remandere negocium. Ruminare seu remandere negocium dicitur, qui suo cū animo uersat, etiam atq; etiam expendens.

Fixis oculis intueri. Ἀπενὲς ὁρᾶν. Plutarch.

Id est, Defixis oculis intueri. Pro eo quod est, attentius accuratiusq; considerare.

Γοργὸν βλέπειν. Lucianus.

Aliquoties apud Lucianum, pro acribus oculis intueri. Homerus: Gorgoneis oculis, quales & Martis atrocis.

In occipitio oculos gerit.

De uersutis & circumspectis, quos q; neutiquam procliue Plautus.
sit fallere. Plautus in Aululari a:

Quæ in occipitio quoq; habet oculos.

Lucianus. *Vnum ad unum.* Εμ πρὸς ἕμ φασίμ.

Quum exactius singula singulis componantur.

Horatius. *Incudi reddere.*

Pro eo quod est, refingere ac mutare, corrigereq;.

Et malè tornatos incudi reddere uersus.

Consimili forma dicunt recoquere.

Ruris frons. Ἀγροῦ πτυγή.

De nimium laboriosis, & perpetuo operi assidentibus. Cuiusmodi fingit Menedemum Terentius.

Suidas. *Ithorus.* Ἰθορ.

In eum, q uelut instigator, hortatorq; foret aliis. Translatum opinor à nautis, quos remigantes nauclerus uox animat ad grauiter laborandum.

Caput scabere, & consimilia.

Horatius. Caput scabere, ungues arrodere, gestus hominis sunt cogitabundi, & de mutando, cuius pœniteat, secum agitantis. Horatius:

Sæpè caput scaberet, uiuos & roderet ungues.

Aristophanis & Cleanthis lucerna.

Varro. Propter insignẽ studiũ diligẽtiam in prouerbium abiit, ut is ad Aristophanis aut Cleanthis lucernã dicatur lucubrare, qui summo studio, exquisitaq; cura singula perfitat.

Olet lucernam. Τὸμ λύχνομ ὄζε.

De re meditata multoq; studio elucubrata. Inde ductũ, quòd studiosi ad lucernam uigilantes, soleant elaborare, si quid accuratius uelint excudere. De Demosthene dicitur, quòd plus olei, quàm uini consumpserit.

Plato. *Non una manu capere.* Οὐ τῇ ἑτέρᾳ λαπτέομ.

Id est, Non una tãtùm manu capiendum. De re lubrica uariaq;, captuq; difficili.

Cicero. *Metiri digitis.*

Qui rem accuratius, quàm oportet expendit, digitis metiri dicitur. Horatius:

Legi

Legitimumq; ſonum digitis callemus & aure.

Homini diligenti ſemper aliquid ſupereſt. Chryſoſt.

Qui uerè diligens in negocio, nunquam ſibi ſatisfacit.

Arator niſi incuruus, præuaricatur. Plinius.

Præcipit, ut arator, aruum primum rectis ſulcis proſcindat, mox & obliquis ſubigat: id fieri uix poteſt, niſi toto corpore incumbat labori. Cæterùm præuaricari, eſt à recto ſulco diuertere.

Non nauigas noctu. Οὐ νυκτὶ πλοῖς. Chryſip.

De eo, cui nihil eſt certi quod ſequatur, propterea quòd nocturnis temporibus certius nauigant nautæ propter ſtellarum notas.

Somnus abſit ab oculis. Ariſtoph.

Ὕπνος δ' ἀπέσω γλυκύθυμος ὀμμάτων.

Id eſt, Oculis abeſto leniens animum ſopor. Vbi quis rem aggreditur, quæ ſummam diligentiam curamq; deſideret.

Somnum non uidit.

His uerbis ſignificant ſummam uigilantiam.

Non quantum luſciniæ dormiunt.

Οὐδ' ὅσον ἀηδόνες ὑπνόουσιν.

In eos conuenit, qui ſomni parciſſimi ſunt.

Succiſiua opera. Cicero.

Succiſiuis operis fieri dicitur, quod horis quibuſdã quaſi furtiuis agitur, ubi iam ordinariis ac legitimis officijs perfuncti ſumus. Hieronymus furtiuas uocat, quod alij ſucciſiuas.

Vel acum inueniſſes. Plautus.

De re diligenter ueſtigata. Nam acus inuentu difficillima.

Grues lapidem deglucientes Ariſtoph.

Αἱ γέρανοι λίθους κατεπωκυῖαι.

Dici solitum de ijs, qui summa prouidentia gerunt negocium. Idq; inde uulgò dicitur, quòd gruibus hic mos sit, ut quoniam admodum sublimes uolant, magnoq; feruntur impetu, neq; possunt deorsum aspicere, lapillos gestent, quos si quando fatigari cœperint inter uolandũ ex alto deijciant, quò uidelicet è cadentium strepitu percipiant, utrum supra terrã, an supra mare uolent. Quòd si lapillus in mare ciderit, pergunt uiam: si in terram, interquiescunt.

Cato. *Frons occipitio prior.*

Quo significauit antiquitas, rectius geri negocium, ubi præsens ac testis adest is, cuius agitur negocium. Prior dictum est pro potior, melior q. Alioqui quis ignorabat frontem priorem esse capitis partem, occipitium posteriorem?

Homerus. *Arripere negocij curam.*

Admonentes aliquem, ut grauiter rem aggrediatur, utemur hoc carmine:

Quin age nunc scuticam q manu, depictaq; lora
Corripe.

Idem. *Mihi curæ erit negocium.*

Quum admonebimus quempiam, ut omne negocium in nos reijciat ipse securus, nobis rem curæ futuram, conueniet illud Homeri:

Quin tacitus procede, uiæ huius ego fuero dux.

Plutarch. *Mihi ista curæ futura sunt.*

Ἐμοὶ μελήσει ταῦτα τῇ λευκαίνῃ κόρῃ.

Id est, Curæ mihi ista erunt, ac puellis candidis. Conueniet uti, si quando significabimus nihil esse periculi, negocium ijs curæ futurum, ad quos pertinet.

Chrysost. *Funiculum ad lapidem.*

Τὴν ἀπάρτιν πρὸς τὸν λίθον ἄγειν. Id est, Funiculũ lapidi admouere dicuntur, qui curam omnem adhibent, ne quid geratur in Repub. secus quàm oporter. Beatus Chrysostomus homilia in priorem ad Corinth. epistola. 35. σκόπῳ πῶς

πάλιν ἐνταῦθα πρὸς τὴν ἀκρίβειαν τοῦ λίθου ἄγῃ, τὴν ὁμοιότητα μὴ παντάχοῦ ζητῶν τῆς ἐκκλησίας. Id est, Considera ut hic rursus funiculum admouet ad lapidem, ubique quærens ædificationem ecclesiæ. Translatum est ab Architectis, qui non credunt oculis suis, sed ad perpendiculum explorant lapidum æqualitatem. Quod est exactæ diligentiæ.

Factum transactum. Tullius.

Apud Iurisprudentes solennia hæc sunt. Factum transactum, quoties sentiunt nihil prætermissum quod ad negocij tractationem pertinet. M. Tullius in Catilinam in uectiua 3. Atque illud quod faciendum primum fuit, factum atq; transactum est.

Pleno gradu. Treboni⁹.

Qui leuiter rem quampiam attigerunt, summo pede dicuntur ingressi: contrà, qui magno studio instituerunt aliquid, pleno gradu dicuntur ingressi. Trebonius Ciceroni libro duodecimo: Nam illum paratum ut uideo & ingressum pleno gradu, cohortari non intermittemus, quo indies longius discendo exercendoque se, procedat.

DISCORDIAE.

Bellum omnium pater.

Ὁ πόλεμος ἁπάντων πατήρ. Lucianus.

Prouerbium ideo dictum est, quòd bellum omnium rerum nouandarum autor est, ut ex eo nata uideãtur uniuersa.

Tuas res tibi habeto. Caius.

Caius Iurisconsultus lib. 44. titu. de diuortijs, ostendit fuisse receptum, ut diuortium his uerbis perageretur: Tuas res tibi habeto: Tuas res tibi agito. Quorum altero reddit dotem, altero abdicat ab se tutoris munus, in rebus uxorijs. Hæc autem forma uerborum perscripta est, ne uel non ratum esset diuortium si nullis solennibus uerbis perageretur, uel inauspicatum & odiosum si uerbis incmilibus perageretur, Itidē in discutiēdis sponsalibus

libus nisum est uti his uerbis: Conditione tua non utar. Hæc prouerbij gratiam habebunt, si cui ciuiliter renunciabimus amicitiam. Sed festiuius erit, si ad res animi transferatur, veluti si quis dicat: Monachi uitam professus est, mundum iussit sua sibi habere, suas sibi res agere. Item si quis ambiat consortium nostrum, quem iudicamus nobis inutilem, huic aptè dicetur: conditione tua non utar, pro eo quod erat: non utar tua familiaritate.

Procopius. *Gamma Betam persequitur.*

Procopius lib. 3. de bello Vuandalico refert Carthaginenses antiquum prouerbium à pueris iactari solere. Quod Gamma quandoquidem Betam, & rursus Beta Gammam persequitur. *Suspicor puerorum lusum huc spectasse, quòd inter uicinos frequenter oriatur dissidium.* Verùm hic *puerile dictum detortum ad rerum euentum, quòd Gizericus Bonifacium expulisset: Postea Gilimerem Belisarius.* Prouerbium non est natum ex euentu, sed puerorum Carthaginensium ænigma fuit, uelut oraculum eius quod accidit postea.

Homerus. *Domesticum dissidium.*

Ad detestandam seditionem, & mutuam contubernalium inter ipsos discordiam insidiasque, conuenit illud Homeri Odyss. π. ζ.

Οὐκ ὅσιη κακοῖς ἐπέεσιν ἀλλήλοισιν. Id est,
Impia res moliri inter sese mala.

DISCRIMINIS.

Apio est opus. Τοῦ σελίνου δεῖται.

Plutarch. Ita loquebantur, quoties morbum capitalem imminebat, & uitæ periculum imminere. Nam olim monumenta defunctorum apio coronabantur.

Horatius. *Sub cultro liquit.*

Sub cultro linqui dicitur, qui in præsentaneo periculo deseritur. Sumptum à uictima, quæ iamiam feriēda est. Horatius: Fugit improbus, ac me sub cultro liquit. Conuenit in eos, qui periculo capitis paratis sunt affirmare quippiam.

Sua

Sus sub fustem. Τὴν ὑπὸ ξόπαλον. Suidas.

Vbi quis sese in præsens discrimen ac perniciem præcipitat. Nam sues apud quosdam fuste mactari mos est.

In Pythij templo cacare. Ἐμ Πυθίῳ χέσαι.

Dicebatur, qui rem nefariam & periculosam faceret, quod Pisistratus tyrannus extructo templo inscripserat, ne quis inibi uentrem exoneraret, & aduenam quendam deprehensum è medio sustulit.

Vtinam domi sim. Οἴκοι γενοίμην. Suidas.

Dici solitum ubi quis optat è malis, quibus implicitus est, emergere. Translatum ab ijs, qui in tempestate perclitantur.

Fuge procul à uiro maiore.

Ἄλευ ἀπὸ μείζονος ἀνδρός.

Caue à commercio potentium, habe commercium cum æqualibus. Etenim optimatum familiaritas, aut seruum facit & turpem, aut si nescias adulari, periculis obijcit.

Fuga tutior. Homerus.

Qui dicet tutius esse fuga uincere libidinem, quàm contra pugnando, poterit accommodare illud Homeri Odyss. M.

Οὐδέ τις ἀλκὴ φυγέειν κάρτιον ἀπ' αὐτῆς. Id est,
Non est ulla medela, procul fugere optimum ab illa.

Post folia cadunt arbores. Plautus.

Quoties admonebimus, leuiores iniurias si quis ferat, sequi atrociores.

Nunc contingat seruari. Νῦν γένοιτο σωθῆναι.

Quum significamus nos satis cauturos in posterum, si modo liceat præsens periculum effugere. Hoc modo Diogenius in And. Posthac incolumem sat scio fore me, nunc si deuito hoc malum. Quidam Apologum narrat ad hũc modum: Testudini quondam incessisse uolandi desiderium, aquilam orasse, ut se doceret. Quumq; illa negasset fieri posse, quòd naturæ refragaretur, illa nihilominus

nus instabat. Itaq; paruit aquila, ac testudinem in sublime uectam demisit, ut uolatum experiretur. Ea quum interiret infœlicem euentum, optauit ut contingeret id temporis incolumem esse.

Plautus. *De tuo capite aguntur comitia.*

Plautus: Ibo intrò, ubi de capite meo sunt comitia. Sumptum à comitijs Romanorum, in quibus populi suffragijs noui magistratus creabantur. Itaq; quum statuitur de re quapiam, à qua pendeat fœlicitas alicuius, tum de capite illius fieri comitia recte dicentur.

Lucianus. *E canis podice.* Ἐκ κυνὸς πρωκτοῦ.

Id est, E canis culo. Dictum uidetur à Luciano pro eo quod est, ex rebus anxijs atq; angustijs, quòd ea pars arctior sit huic animanti.

Asciſce ad extremum ſcientiam.

Πέμπε εἰς ἔσχατον τὴν ἐπιστήμην.

Id est, Accerse ad extremum scientiam. Non statim utendum extremis ingenij uiribus, uerùm ubi iam urget ultimum periculum, tum ad artes confugiendum.

Cicero. *In eadem es naui.*

Pro eo quod est, In communi periculo.

Macrob. *De pilo pendet.* *De filo pendet.*

De re uehementer periculosa. Videtur natum ab historia illa Dionysij tyranni, propter gladium de pilo in caput impendentem.

Periculum proræ ſelis.

Κίνδυνος ἡ ἐν πρώρᾳ σελίς.

Id est, Periculum sella proræ. Quoties in re quapiam præcipuum periculum, caputq; negocij esse significamus, Nam hostes expugnaturi nauim, in proram primum assultum faciunt. Selis autem sella est, quæ in proris esse consueuit.

Plautus. *Inter ſacrum & ſaxum.*

Plautus: Nunc ego, inquit, omnino occidi. Nunc ego inter

terſacrum & ſaxum ſto, nec quid faciam ſcio. Sumptum apparet ex priſcis fœderis feriendi cæremoniis, in quibus fecialis porcum ſaxo feriebat, hæc interim pronuncians: Qui prior populus fœdus rumpet, Iupiter eum ita feriat, quemadmodum ego porcũ hoc lapide ferio. Sed undecunq; fluxit adagium, ſatis liquet dici ſolitũ in eos, qui perplexi ad extremum periculum rediguntur.

A fronte præcipitium, a tergo lupi.

Εμπροσθεν κρημνός, ὄπισθεν λύκοι.

Quum aliquis, hinc atq; hinc maximè premitur malis, ut in utrumcunq; inciderit, pereundum ſit.

Flamma fumo proxima eſt. Plautus.

Commonet adagium, periculum maturè fugiendum, quiſq; malum euitare cupiat, ei uitandam prius occaſionem. Fumus enim indicium eſt flammæ mox erupturæ.

Tua res agitur paries quum proximus ardet.

Admonet adagium, ut ex alterius malo ſumamus exemplũ, alienoq; periculo diſcamus noſtris rebus conſulere. Horatius.

Per ignem incedis. Ερ πυρί βέβηκας.

Verſaris in periculoſo negocio. Seneca: Per ſpinas ingredior. Ariſtoph.

In neruum ire. Terentius

Donatus, aut quiſquis is fuerit interpres Phormionis Terentianæ, demonſtrat eſſe prouerbium, pro eo quod eſt, decipere. Dictum eſt etiam in neruũ ire, pro eo quod eſt, In uincula ire. Porrò conijcere in neruum, & eximere è neruo, pro eo quod eſt, Ob æs alienum uinctos abducere, & nexos addictoſq; perſoluta pecunia redimere.

Nocuit & nocebit. Homerus.

Si quando demonſtrata præteritorum malorum cauſa, comminabimur futurum ut accedant maiora, niſi quis reſipiſcat, non intempeſtiuiter uſurpabimus uerſiculum hunc Homeri ex primo Iliados:

Τὸν νεκ' ἄρ' ἄλγε' ἔδωκε ἑκηβόλος· ἄλλα τε λοιγὸν, Id eſt,
Phœbus ad hęc mala multa dedit, atq; iuſuper addet.

Inter

Origen. *Inter malleum & incudem.*

Μεταξὺ τοῦ ἄκμονος καὶ ηχὴ σφύρας.

Id est, Inter incudem & malleum. Iam quoddã est apud nationes tritum uulgi sermone prouerbiũ, ut de his qui anxietatibus & ingentibus malis premuntur, dicant: Inter malleum sunt & incudem, &c.

Sophocl. *In acie nouaculæ.* Επὶ ζυροῦ ἀκμῆς.

Id est, In nouaculæ cuspide, pro eo quod est, in summo discrimine, Sumptũ uidetur à circulatoribus, qui in cuspide gladiorum ingrediuntur, aut ab ὀξύς, qui ferrũ manu contrectant.

Res est in cardine.

Cicero. *Quod Seruius putat perinde ualere, quasi dicas, res est in articulo. M. Tull. In eo cardo rei uertitur dixit, pro eo quod est, ex hoc tota res pendet. Sumptum ab ostiis, quę cardinibus uoluuntur.*

E nassa escam petere.

Plautus. Est autem nassa piscatorij uasis genus, quo posteaquam intrarit pisces, exire non potest. Cicero: Ex hac nassa exire constituit, non ad fugam, sed spem mortis meliorem.

Vndarum in ulnis.

In ulnis undarum esse dicebantur, qui in sanis rerum difficultatibus uersabantur.

Οἰόλυκος.

Vox est composita ex ouo & lupo. Dici poterat in hominem desertum ac destitutum auxilio.

Gregorius. *Caluus quum sis, ne obuersa fronte obnuas arieti.*

Vtitur Gregorius theologus in epistola quadam ad Eustochium, quã lacessiuerat. Licebit usurpare, quoties admonebimus, ne inarmatus armatum aggrediatur.

Ne uni naui facultates.

Μὴ δ' ἐπὶ νηυσὶμ ἅπαντα βίον κοίλησι τίθεσθαι.

Ne bona tu pandis ratibus semel omnia mandes.

Ne quid

Ne quid aggrediaris, in quo sint uniuersa periclitanda. Non omnis statim alea iacienda est.

Filum contentionis tunc erat.

Μέτρον ἔριδος τότε ἦν. Tertul.

Dici solitum in pertinaces. Quum uterque pertinax est, neuter concedit alteri. Est aliquoties in epistolis Hieronymianis, funiculum contentiosum ducere, nec apud alium legisse memini. Apparet natum à ludo, quo duobus hinc atq; hinc trahentibus funem, uterq; conatur alterum ad se trahere.

Obijcere canibus agnos.

Προβάλλειν τοῖς κυσὶν ἄρνας. Diogeni.

Id est, Obijcere canibus oues. Dicebatur, qui imbellem & litium imperitum, calumniatoribus & exercitatis exponeret.

Quem lupo commisisti. Terentius.

Concinnè hoc utemur, quoties ei seruandũ aliquid committitur, cuius gratia custodem magis oportebat adhibere. *In Eu. act. 5. 1.*

Ne in Melampygum incidas.

Μὴ τὸν Μελαμπύγον πρὸς τύχοις.

In lasciuos & iniuriosos homines quadrat. Est aũt comminantis ne quando incidant in eum, qui malefactorum pœnas de eis sumat. Porrò Melampygus Græcis significat eum, qui nigro sit podice, quo quidem cognomento notatus est Hercules.

Ne temerè Abydum. Μὴ εἰκῇ πλῶ Ἄβυδον. Suidas.

Subaudiendum nauiges. Ne quod graue periculũ suscipias sine causa idonea. Nam periculosa erat in Abydum nauigatio, propter fretum sæuum atq; asperum.

Ad Scolon nec proficiscere ipse, nec alterum comitaberis. Strabo.

Εἰς σκῶλον μήτ' αὐτὸς ἴθι, μήτ' ἄλλῳ ἕπεσθαι.

EX BIBLIOTHECA T. MASŁOWSKI PRÆPOSITI CROBENSIS 1854.

Id est, Nec per te Scolũ ipse, nec ulli alĩ comes ito. Strabo scribit Scolon uicum esse quempiã Asopiæ sub monte Citherone, sedem inamœnam, incultam, infrugiferã, asperam. Quo prouerbio conueniet uti, siquando significabimus modis omnibus abstinendum à conuictu cuiuspiam, aut à loco, unde nihil sit sperandum, quod uel ad uoluptatem faciat, uel ad emolumentum.

Strabo. *Caue Thoracem.* Φύλαττε τὸν Θώρακα.

Strabo scribit fluuium esse nomine Letheum, uicinum Libybus Hesperĩs, huic imminere montem cui nomen Thorax, in quo fama est Daphiram Grammaticum cruci suffixum fuisse, quòd maledico carmine reges incessiuisset. Hoc uelut ænigmate prouerbiali festiuiter admonebimus frenandam esse linguam, *ne uoces petulãter* emissæ, per iugulum aliquando redeant.

Aelianus. *Aegæum nauigat.* Τὸν Αἰγαῖον πλεῖ.

Quadrabit in hominem ob lucri studium nihil omnino periculi recusantem. Persius: Ocyus ad nauem nihil obstat quin trabe uasta Aegæum rapias.

Ne in neruum erumpat.

Terẽtius. Quadrabit in temerariam, inconsideratamq; audaciã, quæ plerunque infœlix esse solet. Donatus à sagittariis sumptam metaphoram existimat, qui dum neruum arcualem adducunt immodicè, rumpunt nonnunquam, idq; non sine suo periculo.

Suidas. *A bis septem undis.* Ἀπὸ δὶς ἑπτὰ κυμάτων.

In eos competit, qui à noxa quapiam purgati sunt, propterea quòd antiquitus mos esset homicidio pollutos, uestes suas bis septem inundationibus, immersionibusq; lauare.

Ne puero gladium. Μὴ παιδὶ πλὴν μάχαιραν.

Subaudiendum, commiseris. Allegoria prouerbialis admonens non esse mandandam potestatem uel adolescentibus, uel imperitis ac stultis, qua tum in suã, tum aliorum perniciem sint abusuri.

Gla-

Gladium acutum auertas.

Ὀξεῖαν μάχαιραν ἀποστρέφων.

Id est, Ensem acutum auertas. Opinor innui à periculosis negocijs abstinendum.

Perq; enses, perq; ignem oportet erumpere. Diogenianus.

Διὰ τῶν μαχαιρῶν, καὶ πυρὸς ἐξιπτέον δέ.

Quum significamus quiduis periculi subeundum.

Non certatur de oleastro. Οὐ φυλίας ὁ ἀγών.

Id est, Hoc certamen non est de oleastro. Quoties non de nugis, neq; de gloria, aut corollis, sed de re seria ac pecuniaria, ageretur. Siquidem in plerisque certaminibus, uictoriæ præmium erat oleagina, aut querna, aut alioqui frondea corona.

Maleam legens quæ domi sunt obliuiscere. Strabo.

Μαλέαν δὲ κάμψας ἐπιλάθου τῆς οἴκαδε.

Est autem Malea promontorium Laconiæ, à Maleo Argiuorum rege dictum, quòd per quinque passuum milia in mari protenditur, autore Seruio. Homerus significat periculosam circa Maleam nauigationem fuisse. Videbimur non intempestiuiter uti hac paroemia, si quando discrimen negocij suscipiendi uolemus ostendere, & aut non esse suscipiendum, aut negligendam uitam.

Per hastæ cuspidem currere. Διὰ ὀξείας δόρατος.

Id est, Per acutam currere, dicebantur, qui in re periculosa uersarentur. Translatum uidetur à militari consuetudine, qua fieri solet, ut qui mortem commeritus uideretur, is nudus per medias copiarum hastas, hinc atque hinc intentas ire cogeretur.

Lepus pro carnibus. Λαγὼς περὶ τῶ κρεῶν. Aristoph.

Subaudi, periclitatur. In eos dicitur, qui ob aliquã suã utilitatem in discrimen uocantur. Nam leporem nõ insectamur, quòd noceat, sed quòd pulpamentum habeat. Est enim animal esculentum & timidum.

Diogenianus. *Ex ore lupi.* Ἐκ λύκου στόματος.

Id est, Ex lupi rictu. Vbi res quæpiam præter spem recipitur, quæ iam planè perisse uidebatur. Veluti quum pecunia erepta à prædonibus aut rapaci tyranno, aliquo inopinato casu recuperatur.

Plato. *Certamen non accipit excusationes.*

Ἀγὼν οὐ δέχεται σκήψεις.

Id est, Certamen non admittit excusationes. Quum agitur periculo, non conuenit tergiuersari.

Tullius. *Corpore effugere.*

Est periculum iam imminēs, ac penè premens, arte quadam declinare. Translatum à gladiatoribus, ictum modico corporis flexu fallentibus.

In periculoso negocio non est dormitandum.

Homerus. Vbi monebimus in re ardua non esse cessandum, congruet quod subinde reperitur apud Homerum Iliad. π.

Ὀλίγη δ' ἀνάπνευσις πολέμοιο. Id est,
Exigua est interspiratio belli.

Poterit trahi uel ad litem forensem, uel ad simile negocium odiosum & laboris plenum.

Idem. *Ingens discrimen.*

Quoties ingens discrimen inuenimus inter homines, aut res plurimum inter se diuersas, eleganter accommodabimus illud Homeri.

Sunt in medio sita plurima, montesq́;
Vmbrosi, fretaq́; horrisono clamosa fragore.

DISSIMILITVDINIS ET IN congruentiæ.

Aul. Gel. *Nihil graculo cum fidibus.*

Id est, Nihil est stolidis & imperitis cum bonis literis. Nam graculus auis est ineptæ, molestæq́; garrulitatis. Porrò cithara silentium postulat, & aures attentas.

Nihil cum amaracino sui.

Lucretius. Hoc est, Stolidis uel optima putent, displicentq́; Amaracus

cus herbæ genus est. Lucretius: Denique amaracinũ fugitat suis, & timet omne unguentum, nam setigeris suibus acre uenenum est.

Nihil ad uersum. Οὐδὲν πρὸς ἔπος. Lucianus.

Id est, Nihil ad carmen. De iis, quæ longè discrepant ab iis, quæ proposita sunt. Translatum uidetur à scena, ubi histrio saltatu gestuq; carminis genus repræsentat.

Nihil ad fides. Οὐδὲν πρὸς τὴν χορδήν. Idem.

Id est, Nihil ad chordam. In eos, quorũ uita uehementer est inæqualis, quorumúe mores ab oratione dissident.

Nihil ad Bacchum. Οὐδὲν πρὸς Διόνυσον. Suidas.

Vbi quis ea nugatur, quæ ad rem præsentem nihil attinent. Suidas refert Epigenem quendam Sicyonium Tragœdiam de Baccho cõscripsisse, quæ quum indigna Deo uideretur, quosdam è spectatoribus acclamasse: Nihil ad Bacchum.

Quid cani & balneo? Τί κοινὸν κυνὶ καὶ βαλανείῳ; Lucianus.

Id est, Quid commune cani cum balneo? Quadrabit in eos qui ad rem quampiam prorsus sunt inutiles, ita ut in balneo nullus est omnino canum usus.

Asinus ad lyram. Ονος λύρας, *subaudi* ἀκροατής. Varro.

Id est, Asinus lyræ auscultator. In eos, qui propter imperitiam nullo sunt iudicio, crassisq; auribus. Recte etiam torquebitur in eos, qui indecorè tentãt artificium cuius sunt imperiti, & à quo natura abhorrent.

Quid cæco cum speculo? Τί τυφλῷ μὴ κατόπτρου; Stobæus.

Luminibus orbo cũ speculo quid est rei? Quorsum opus est libris illiterato? Quo regnum iuueni stulto? Quo diuitias ei, qui nescit uti?

Asinus ad tibiam. Ονος πρὸς αὐλόν.

Dicendum, ubi quis ea, quæ scitè dicuntur, nec animaduertit, nec intelligit, nec laudat. Sunt enim animantia quædam, quibus nonnullus mufices sensus ineſſe uidetur, ut equis, auibus, serpentibus. Asinũ nihil mouet cantus.

Aliud noctua sonat, aliud cornix.

Αλλο γλαῦξ, ἄλλο κορώνη φθέγγεται.

Accommodari potest ad eos, qui decertant cum longè præstantioribus: uel ad illos inter quos ob morum ingeniũq; pugnantiam minimè conuenit.

Plautus. *Aliter catuli longè olent, aliter sues.*

Quo dicto significatum est, non uestè dignosci hominè ab homine, uerùm inesse natiuum quiddam, genuinum ac proprium in unoquoque, quod in ipso uultu oculisq; eluceat, quo liberum à seruo, generosum à rustico, probum ab improbo facilè discernas. Atq; hic est hominis peculiaris quidam odor, quo deprehenditur si quis modo sit sagaci nare.

Martialis. *Alia uoce psittacus, alia coturnix loquitur.*

Conueniet in Musicos aut poëtas longè dispari stilo, lõgeq; dissimili facultate. Psittacus inter aues proximè humanas uoces exprimit. Coturnices pugnaces magis, quàm loquaces.

Graculus inter Musas. Κολοιὸς ἐν ταῖς μούσαις.

Indoctus inter doctissimos, infantissimus inter eloquentissimos. Est enim graculus auis minimè canora, sed tamen odiosè garrula atq; obstrepera.

Nunquid & Saul inter prophetas?

1. Reg. 10. 1. Reg. cap. 10. Ea uox uersa est Hebræis in prouerbium de re noua & inopinata, subitaq;.

Syrus quum non sis, ne syrissa.

Μὴ ὢν σύρος, μὴ σύριζε.

Id est, Quum non sis Syrus, ne syrissa. Ne sumas personã parum decoram, ne uelis alius uideri, quàm sis, aut qui sis natus ingenuus, ne moribus agas seruum & barbarũ. Nam Syri malè audiebant ob morum molliciem. Est autem facetus locus ex amphibologia huius uerbi Syrizo, quod significat & syrissare, & fistula canere.

Diogeni. *Asinus in unguento.* Ονος ἐν μύρῳ.

Quum

Quum delitiæ adhibentur ijs, quos haudquaquam decent, neq; qui uel uti norunt illis, uel delectantur. Locus fuerit huic adagio, si quando indoctus aliquis in optimos incidat autores, quos ob inscitiã aut negligat, aut etiam deprauet.

Asinus portans mysteria. Ὄνος ἄγων μυστήρια. Aristoph.

In eum dicebatur, qui præter dignitatem in numero quopiam uersabatur. Veluti si quis ignarus literarum, bibliothecæ præfectus esset.

Feli crocoton. Γαλῆ κροκωτόν.

Subaudiendum, das aut addis. Dici solitum, quoties honos additur indignis, quos etiam haudquaquam decet, aut quum datur quippiam ijs, qui munere non norunt uti. Crocoton uestis genus est rotũdæ ac fimbriatę, qua diuites utebantur matronæ.

Cibum in matellam ne immittas. Plutarch.

Σιτίον εἰς ἀμίδα μὴ ἐμβάλλε.

Interpretatur Plutarchus, ne sermonem urbanum immittas in animum hominis improbi. Nam oratio cibus est animi.

Ex diametro opposita, diametro distant.

Ἐκ διαμέτρου.

Id est, Ex diametro. De uehementer inter se pugnantibus dicebatur. Diametrus orbis est, quæ sic à summo ad summum tenditur circulum, ut per centrum eat.

Alia res sceptrum, alia plectrum.

Locus erit utendi, quoties diues aut pótens fortuna sua freretur, uelut ex æquo disputat cum erudito, quum multò aliud sit diuitẽ aut fortunatum esse, aliud literatum.

Caluus comatu. Martialis.

Aptè dicetur in eum, qui ueris bonis nudus, ascitiçis se uenditat. Veluti si quis indoctus aliena pro suis æderet, aut si quis dissimulet se esse, quod est.

Simia in purpura. Πίθηκος ἐν πορφύρᾳ.

Id est, Simia purpurata. In hos dicetur, qui tametsi magnifico cultu sunt ornati: tamen cuiusmodi sint, ex ipso uultu moribusq; cognoscitur.

Aristoph. *Induitis me leonis exuuium.*
Ενδύετέ μοι τὴν λεοντῆν.

In eos dici solitum, qui suscipiunt negocium maius facultate, quiq; se magnificentius gerunt, quàm pro sua cõditione. Ab Hercule sumptum putant, cuius hic ornatus erat, ut leonis exuuio tegeretur, deinde altera manu clauam, altera gestaret arcum.

Plutarch. *Ne puero gladium.* Μὴ παιδὶ τὴν μάχαιραν.

Id est, Ne puero gladium, subaudiendum, commiseris. Ne iuueni cõmiseris administrationem alicuius rei.

Diogenes. *In eburna uagina plumbeus gladius.*
Ἐν ἐλεφαντίνῃ κολεῷ δ' μολύβδινον ξίφος.

Natum ex Diogenis apophthegmate. Nam quum adolescens quispiam insigni forma fœdum quiddam atq; obscœnum dixisset: Ex eburna, inquit, uagina plumbeum gladium educis.

Gellius. *In lente unguentum.* Τὸ ἐν φακῇ μύρον.

Vbi quis mentionem inducit uilis cuiuspiã & nihili hominis, aliõs de uiris egregiis uerba facientibus.

Martialis. *Congregare cum leonibus uulpes.*

Est res impares dissimilesq; permiscere. Vulpes dolis nititur, leo uiribus fidit.

Aufer mothonem à remo.
Απαγε τὸν μόθωνα ἀπὸ κώπης.

Admonet adagium, non obstrependum, nec obturbandum iis, qui rebus alioqui seriis sunt occupati. Veluti si quis Reipub. curis solicito, musicam adferat: aut de capite periclitanti, uersus amatorios recitet. Mothon enim

Lucianus. saltationis genus fœdæ, seruilis ac tumultuosæ.

Canis in præsepi. Ηκύων ἐν φάτνῃ.

In eos dicitur, qui nec ipsi fruuntur re quapiam, neq; reliquos

liquos item sinunt uti. Veluti si quis egregios codices inclusos diligenter adseruet.

Seruus quum sis, comam geris.

Δοῦλος ὢν κόμην ἔχεις. Suidas.

De eo, qui præter decorum quippiam faceret. Veluti si quis humili cõditione, patriciorum cultum imitaretur. Apud Lacedæmonios ingenui comam alebant.

Extra oleas fertur. Ἐκτὸς τῆς ἐλαίας φέρεται. Aristoph.

Vbi quis terminos præscriptos transgreditur, aut aliena, nec ad rem pertinentia facit. Interpres adagium hinc natum ait. Stadia, in quibus currendi certamina peragebantur, oleis per seriem positis, utrinque sepiebantur, quas præterire non licebat.

Extra cantionem. Πρὸς τὸ μέλος. Lucianus.

Extra cantum agi, diciue dicunt, quod ad rem non pertinet.

Extra organum. Quintil.

Ductum est ab organo musico quòd intra uigesimã uocem consistit. Conuenient in clamosum.

Quæ semel ancilla, nunquam hera.

Videtur ideo dictum, quòd qui ex humili fortuna subuehuntur ad res amplas, soleant esse cæteris insolentiores.

In agro furculario capras.

Capra plantis omnibus non uulnere tantùm, sed & ueneno dentium pestifera est. Deflecti ergo ad eos potest, qui noxiarum rerum aut hominum admixtu corrumpunt teneram ætatem.

Tu in legione, ego in culina. Plautus.

In Truculento Plautina militi acriter minitanti coquus respondet. Sis tu in legione bellator si uis, at ego in culina Ares. Auxit coquus bellatoris uerbũ. Mars enim deus belli est.

Plinius. *Crœso, Crasso ditior.*

Apud Græcos opulentia Crœsi Lydorum regis in prouerbiũ abijt, præsertim nobilitata dicto Solonis. Apud Romanos item M. Crassi, cui cognomẽtum etiam diuitis additum est. Hieronymus dicit: Crœsos licet spires & Darios, literæ marsupium non sequuntur.

Statius. *Midæ diuitiæ.* Μίδου πλοῦτος.

Id est, Midæ opes, In prouerbium abijt, propter immensas eius regis opes.

Lysistrati diuitias habes.

Λυσιστράτου πλοῦτον πλουτεῖς.

Id est, Lysistrati diuitijs diues es. Prouerbialis ironia de magnopere tenuibus. A Lysistrato quodam tractum, extremæ paupertatis homine.

Philostratus. *Pactoli opes.* Τὸν πακτώλου πλοῦτον.

Id est, Pactoli diuitias. Est autem Pactolus Lydię fluuius ex monte Tmolo profluens, aureis scatens arenis.

Suidas. *Cinyræ opes.* Κινύρου πλοῦτος.

Id est, Cinyrę opes. De immensis opibus dicebatur: nam huius regionem opulentissimam fuisse Naso satis indicat.

Theocri. *Pelopis talenta.*

De immensis opibus. Talentum apud Atticos, maximæ pecuniæ summa erat. Talentum minus, ualebat libras LX. Talentum magnum, LXXX.

Non Pelopis mihi sint, agricę, auricę talenta.
Nec uentos celeres anteuolasse pede.

Suidas. *Ad ambas usq; aures.* Μέχρι τῶν ἀμφωτίδων.

Vsq; ad aures ambas impleri dicũtur, qui supra modum ingurgitant sese. Sumpta metaphora à uasculis, ad ansas usq; impletis.

Strabo. *Ne decima quidem Syracusanorum pars.*

Οὐδὲ τὸν δεκάτην τῶν Συρακουσίων ἔχει.

Id est, Ne decimam quidem partem opum Syracusanorum

rum possidet. De diuitibus & splendidis ita dicere solēt: Ne decimam quidem Syracusanarum opum partem assequi possent.

Vltra res Callicratis. ὑπὲρ τὰ καλλικράτους. Suidas.

Id est, Supra fortunas Callicratis. De immensis opibus dicebatur. Aiunt Carystium quempiam fuisse nomine Callicratem, qui reliquos ciues opibus longè præstiterit. Aristoles autem tradit, Callicratem quendam é iudicum ordine fuisse, qui iudiciarias exactiōes supra modum auxerit, atq; hinc natam parœmiam de immodicis exactionibus.

Zopyri talenta. ζωπύρου τάλαντα. Zenodo.

Id est, Zopyri talent. De præcaris factis: magnoq; æstimandis, Hic Zopyrus Darij regis amicus erat, &c.

Diues aut iniquus est, aut iniqui hæres. Hierony.

Menander: Nunquam uir æquus diues euasit citò.

Satietas ferociam parit. Theognī.

Parit satietas ferociam, imperitia cum potestate coniuncta, insaniam, tollit animos opulentia. Quod si ad insciam accedat potestas, iam res ad insaniam usque procedit.

Octapedes. Ὀκτάπους. Lucianus.

Scythico prouerbio dicebantur, qui duos possiderēt boues & currum unum. Dici poterit in hominem, qui sibi locuples uideatur: uel in eum, cui rusticanæ sunt opes.

Quantum non miluus oberret. Persius.

De homine supra modum locuplete, cui tantum sit agrorum, quantum nec miluus peruolet.

Tantali talenta. τάλαντα ταντάλου. Plato.

Id est, Tantali talenta. Nam Tantalus Phryx ob luculentas diuitias in fabulam hominum uenit.

Noctuæ laurioticæ.

γλαῦκες λαυριωτικαί. Aristoph.

Id est, Noctuæ Lauriotica. Hoc uelut ænigmate pecuniarum

rum uim significabant. Laurios enim Atticæ regio est, auri uenis frequens.

Bene loculis, bene scrinio.

Tanti habetur quisq; quantum habet.

Horatius. *Dextro Hercule, aut amico Hercule.*

Horatius: Diues amico Hercule. Quod quidē in eos competit, qui in accumulandis opibus sunt bene fortunati. Idq; inde natum existimant, quod Hercules moriturus dixerit eos opulentos futuros, qui sibi decimam bonorum suorum partem consecrassent.

Homerus. *Prædiues.*

Prædiuitem significamus his uersibus Homeri in Z, K & Λ. Iliados:

πολλὰ δ' ἐν ἀφνειοῦ πατρὸς κειμήλια κεῖται.
Χαλκός τε χρυσός τε πολυκμητός τε σίδηρος, Id est,
Diuitis in patris sunt multa recondita tectis,
Aesq; aurumq; fabrefacti quoq; copia ferri.

Iuuenal. *Quantum habet.*

Quantum habet quisq;, tanti fit. Horatius Satyra I.

Nil satis est, inquit, quia tanti, quantum habeas, sis.

Iuuenalis Satyra III.

Quantum quisque sua nummorum seruat in arca,
Tantum habet & fidei.

Pindarus. *Pecuniæ uir.* Χρήματα ἀνήρ.

Id est, Pecuniæ uir. Hoc est, tanti quisque fit, quantum possidet.

Vnde excoquat seuum.

Plautus. Plautus in Captiuis, prouerbiali dixit hyperbole. Vnde excoquat seuum senex opes significans copiosissimas Plautinus uersus hic est. Quid diuitiæ sunt ne optimæ? Vnde excoquat seuum senex. Seuum autem, uel ut alij sebum, est pingue pecudum durius, quod Græci στέαρ appellant.

Homerus. *Adminicula uitæ.*

Omnia

Omnia quæ ad uitæ commoditatem pertinent, indicantur hoc carmine Odyss. T.

Οἵσιν τ' εὖ ζώοσι κῆδ' ἀφενοὶ καλέονται, Id est,
Equibus & uiuunt rectè, ditesq; uocantur.

Diuitiæ non semper optimis contingunt. Homerus.

Qui dicet opes non semper cordatissimis, sed pro fortunæ arbitrio nunc huic, nunc illi contingere, citabit illud Homeri: Iuppiter emetitur opes mortalibus ipse.
Sic, uisum ut fuerit, cuicunq; bonóue malóue.

Vestis uirum facit. Εἵματα ἀνήρ.

Id est, Vestis uir. Aiunt enim ad hunc modum: Vestitus uirum reddit, qui habet, induar.

Lysicrates alter. Λυσικράτης ἕτερος.

Id est, Alter Lysicrates. Lysicrates quidam in uulgi fabulam abijt quòd capillos iam canos nigro tingeret, quo iuuenis etiamdum uideretur.

Herculis quæstus.

Herculis quæstum, pro magnis impendijs dixit Plautus Plautus.
in Mostellaria: Da pfiles sumptus facit, perdidit patrem, unus istic seruus acerrimus Tranio. is uel Herculis conterere quęstum potis est. Quęstum appellat facetè, quasi Hercules suum fauorem uendiderit.

Magnum os anni. Μέγα στόμα τοῦ ἐνιαυτοῦ.

Id est, Magnum os anni. Dicebatur, quoties uberior rerum prouentus, aut uilior annona, animos & loquendi libertatem adderet, alioqui timidioribus. Non admodũ dissidet ab illo. Fœnum habet in cornu: item illo, Argenti fontes loquuntur.

Nullus indigens Deus. Ἀνενδεὴς ὁ θεός.

Id est, Nullus egens Deus. Admonet paræmia, nullum esse mortalem tam absolutum, in quo non aliquid desideretur: unum esse Deum undequaq; perfectum.

Attagenæ nouilunium. Ἀτταγᾶς νουμηνία. Suidas.

Id est, Attagenæ nouiluniũ. Refertur à Suida, nec explicatur, sed coniectura colligi potest, dictum fuisse in turbam

bam abiectorum & seruilium hominum. Siquidem attagen auis est palustris, uersicoloribus plumarum maculis distincta. Vnde seruum hominem stigmaticum, & cui tergum ob plagarum uibices uarijs punctis esset picturatum, attagenam uocabant.

Euparyphus ex comœdia.

Plutarch. Admodum prouerbiali figura dixit Plutarchus in Symposio: ὥσπερ εὐπάρυφος ἐκ κωμῳδίας, hominem significas magnificè uestitum, ac magnam seruorũ turbam post se trahentem. Vnde diuites omnes splendidè cultos, euparyphos appellant Græci.

Theocri. *Ad pedes, ad caput.*

Non sine prouerbij specie dictum uidetur illud Theocriti, de rebus copiosis & affluentibus.

ὤν μοι πρὸς κεφαλῆ, καὶ πὰρ ποσὶ κῶτα κἄντα. Id est.

Ad caput atq; pedes, quarum me uellera cingunt.

Sermo est Pastoris iactantis opes suas

Λακόπλουτοι.

Galliæ barbarus quispiam clam indicauit, magnam auri uim in puteum quendam coniectam. Is & occidit indicem ne proderet, & aurum sustulit. Vbi res innotuit, incomœdiarum iocum uersa est, ut qui malis artibus subitò ditescerent, Lacopluti dicerentur.

DIVITVM PRAEROGATIVA.

Fœlicibus sunt & trimestres liberi.

Τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία.

In diuitum ac principum fœlicitatem, quibus per adulationem omnia laudi uertuntur, quiq; sibi nihil non licere putant, adeò ut quod in hoïe plebeio perinde ut summum scelus dãnatur, in illis uirtutis titulo celebretur.

Plinius. *Multitudo imperatorum Cariam perdidit.*

Πολλοὶ στρατηγοὶ Καρίαν ἀπώλεσαν.

Id est, Multi duces deperdidêre Cariam. Admonet senarius, nihil esse periculosius licentia multitudinis, dum nulli paretur, sed pro sua quisq; libidine rem gerit. Natum

tum adagium à Caribus quondam florentissimis, postea per ciuiles seditiones eò redactis, ut etiã in uilitatis prouerbium abierint.

Citius Telegoræ donarim. Athenæus.

Telegoras apud Naxios prędiues ac præpotens erat, cui quod quotidie multa missitarentur, uulgato sermone receptum est, ut uenditores paruo licitantibus dicerent: μᾶλλον προέλοιμαι τῷ τελεγόρᾳ δοῦναι, Id est, Malim Telegoræ dare. Vsus adagiõis esse potest, si dicamus officium rectius gratuito collocari penes probos ac magnos, ꝙ mercede penes improbos ac uiles.

Nemo bene imperat, nisi qui paruerit imperio.

Οὐκ ἔστιν εὖ ἄρξαι μὴ ἀρχθέντα. Aristote.

Id est, Fieri non potest ut bene gerat imperium, qui non tulerit imperium.

Bonus dux bonum reddit comitem.

Ὁ καλὸς ἄγων, ἐμποιεῖ καλὸν ἑπεσθαι.

Id est, Qui bonum ducem præstat, is bonum reddit comitem. In episcopo positum, ut piam efficiat plebem, si tamen ipse piam & integram agit uitam. Bonus paterfamiliãs, domum efficit bene institutam. Doctus ac diligens præceptor, eruditum reddit discipulum.

Vmbræ. Σκιαί.

Prouerbiali ioco dicebãtur olim ii, qui uenirent ad conuiuium, non ipsi quidem uocati, sed comites eorum, qui uocati fuerant: sic illos sequentes, uelut umbra corpus ultro sequitur. Horatius.

Arbore deiecta quiuis ligna colligit.

Δρυὸς πεσούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται. Iuuenal.

Id est, Ruente quiuis ligna colligit arbore. Si quem fortuna præcipitem dederit, in hunc passim omnes incurrunt, & quisq; quod potest, diripit, Iam enim sibi putãt impunè fore.

Viua uox. Cicero.

Viua

Viua uox olim dicebatur, non scripta, sed ab ipso pronunciantis ore percepta, quasi uiuida atq; efficax.

Annus producit, non ager. ΕΤΟΣ φέρει οὐχὶ ἄγρος.

Theophr. Id est, Annus producit segetem, nō aruum. Ad incrementum autem, alimētumq;, plurimum quidem cœli temperies, & in totum anni conditio iuuat. Etenim si imbres, serenitates & hyemes accidant opportunè, cuncta fœlicius, atq; uberius proueniunt, etiā in salsuginosis ac parum pinguibus agris.

Alijs lingua, alijs dentes.

Αλλοισι γλῶσ' ἄλλοισίν εἰσι γόμφιοι. Id est,

His lingua, at illis sunt molares inuicem.

De loquacibus & edacibus dici consueuit. Quemadmodū non raro fit in cōuiuijs, ut alijs garrientibus, & fabulis potius, quàm cibis intentis, alij interim taciti strenuè quod appositum est deuorent.

DIVTVRNVM.

Plato. *Et nati natorum.* Παῖδες παίδων.

Id est, Nati natorum. Prouerbialis figura, qua lōgam rei cuiuspiam propagationem significamus.

g DOCILITAS.

Apertæ musarū ianuæ. Ανεῳγμέναι μουσῶν θύραι.

Zenodo. Hoc adagio conueniet uti, quoties aliquem facili promptoq; ingenio significabimus, & in percipiēdis optimis disciplinis celerem. Et ediuerso, qui tardiores sunt, claussis musarum ianuis discere dici poterunt.

Bos alienus subinde foras prospectat.

Βοῦς ἀλλότριος τὰ πολλὰ ἔξω βλέπει.

De ijs, qui apud alienos non satis ex animi sententia tractantur, eoq; sæpius suos desiderant.

Suidas. *Vtinam domi sim.*

Dici solitum, ubi quis optat è malis, quibus implicitus est, emergere.

DOMI VIVERE.

Domus

Domus amica, domus optima.

Οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος.

Nusquam commodius, nusquam liberius, nusquam lautius homini uiuere contingit, quàm domi.

Οἰκουρός. Plutarch.

Dicitur quasi custos domus. Et homo ignauus qui tecto & umbra gaudet, quiq; amat desidere domi semper.

Domi manere oportet bellè fortunatum.

Οἴκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα.

Domi manendum est, cuncta cui sint prospera. Cui supperit copia facultatum, is si fœlicem uelit agere uitam, uiuat domi.

Domus optima. Homerus.

Infœliciſſimum, incertis uagari sedibus: quemadmodũ faciunt semper ἀνέστιοι, peregreq; uiuentes. Huic adstipulatur illud Homeri Odyss. O.

πλαγκτοσύνης δ' οὖκ ἔστι κακώτερον ἄλλο βροτοῖσιν. Id est,
Nil miserabilius quàm incerta sede uagari.

Domi manendum.

Cùm significabimus inutile fore diutius abesse domo, possessionib. relictis, quadrabit illud Home. ex Odyss. γ.

Καὶ σὺ φίλος, μὴ δηθὰ δόμων ἀπὸ τῆλ' ἀλάλησο,
Κτήματά τε προλιπὼν, ἄνδρας δ' ἐν σοῖσι δόμοισι. Id est,
Tu quoq; amice domo diuturnus abesse caueto,
Rebus item q; uiris intra tua tecta relictis.

ELABENDI.

Ἐκπροδικίσαι. Aristoph.

Græci prouerbiali metaphora uocant elabi ac suffugere. Aristophanes.

ὡς ταχὺ ἡμῖν οὐδὲν ἀιχρὸν ἔστιν ἐκπροδικίσαι. Id est,
Quippe apud nos turpe nõ est, suffugere de cassibus.

Ductum est ab auibus, quæ nonnunquam elabuntur de retibus seu laqueis.

Ἐκλινίσαι. Eustathi.

Prouerbiali figura dictum ostendit Eustathius, pro elabi atque clam se subducere. Sumpta metaphora à piscibus, qui suffugiunt è retibus, qui'ue ab hamo elabuntur.

Plato. *Omnes laqueos effugere.*

Quod ipsum à uenatu translatum est.

Plautus. *Reperire rimam.*

Plautus: Aliquam reperietis rimam. In caussatores aetergiuersatores.

Vergilius. *In limine offendere.* *In portu impingere.*

Hierony. Pro eo quod est, Statim in ipso operis ingressu peccare. In limine deficere, idem.

Fest. Põp. *Cantherius in porta.*

Natum à Sulpitio Galba quodam, cui quum *in* prouinciam ituro, cantherius in porta cecidisset: *Rideo*, inquit, te cantheri in porta, quũ tam longum iter sis iturus, tam lassum esse te, quum uix dum sis ingressus. Cantherius nempe equus est exectis testibus, ut hoc differat cantherius ab equo, quo maialis à uerre, capus à gallo, uerues ab ariete.

EXCELLENTIA INAEQVALIT.

Martialis. *Aquilam noctuæ comparas.*

Aquila uisus acerrimi, adeò ut aduersus solẽ intueatur: contrà, Noctua solis lumen refugit.

Lucianus. *Cicadæ apem comparas.*

Τέττιγι τὴν μέλιτταν συγκρίνεις.

Nam cicada cum maior, tum canora, quum apis sit non modò minuto corpusculo, uerùm etiam penè muta.

Theocri. *Rana cum locusta.*

Impar certamen expressit hac figura Theocritus:
Sic certo, ueluti si certet rana locustis.

Paulus Iurisconsul. *Officere luminibus.*

Officere luminibus dicitur, qui gloriam alterius obscurat. Sumptum ex literis Iureconsultorum, in quibus cauetur

uetur ex seruitutibus prædiorum, ne uicinus altius sublato ædificio, officiat luminibus uicini.

Rosam cum anemona confers.

ῥόδον ἀνεμώνῃ συγκρίνεις.

Id est, Rosam cum anemona confers. Vbi quis uehementer imparia inter se componit. Rosa priscis in precio fuit, Anemona papaueris genus, cuius flos ipse quidem rosam imitatur, cæterùm nulla odoris gratia.

Acanthida uincit cornix. Calphur.

Acanthis enim uocalis est auis, & imprimis canora. Cornix obstrepera quidem, sed minimè canora.

Cancros lepori comparas. Diogeni.

καρκίνους λαγῴοισι συγκρίνεις.

De supra modum dissimilibus.

Testudinem pegaso comparas.

De rebus nequaquam inter sese conferendis. Pegasus equus erat uolucer, Testudine nihil tardius.

Optima quidem aqua. Pindarus.

Ἄριστον μὲν ὕδωρ. Id est, Optima quidem aqua: uidetur in prouerbium abiisse, quoties rei uehementer laudatæ præfertur aliquid melius: quemadmodum Pindarus auspicans hymnos Olympiacos, aquam quidem fatetur esse optimam, sed aurum præfert, quòd ignis in morem noctu luceat, &c.

Crœsi pecuniæ teruncium addere.

M. Tullius lib. de Finib. 4. Itaq; in quibus propter earum exiguitatem obseruatio consequitur, sæpè accidit ut nihil interesse nostra fateamur, sint illa nec ne sint: ut in sole quod à te dicebatur, lucernã adhibere, nihil interest, aut teruncium addere Crœsi pecuniæ. Teruncij nummi à tribus uncijs dicti uilitas prouerbio locum fecit. Crœsus Lydorum rex inter prodigiosè diuites celebratur. Tullius.

Senecta leonis, præstantior himnulorum iuuenta.

Γῆρας λέοντος κρείσσον ἀκμαίων νεβρῶν. Stobæus.

Id est, Leo senex urgente potior hinnulo. Senectus uiri fortis ac strenui, præstantior est iuuenta quorundam ignauorum & imbecillium iuuenum. Venustius fiet, si longulè transferatur: ueluti si quis ingenium docti senis, & exercitati præferat ingenio parum eruditi iuuenis.

Camelus uel scabiosa, complurium asinorum gestet onera.

Κάμηλος ψωριῶσα, πολλῶν ὄνων ἀναθεῖ φορτία.

De ijs, qui usquequaquè præcellunt quosdam, ut etiam senes, aut alioquin ægroti, præstantiores tamē sint illis integris.

Strabo. *Crotoniatarum postremus, reliquorum Græcorum primus est.*

Κροτωνιατῶν ὁ ἔσχατος, πρῶτος τῶν ἄλλων ἑλλήνων.

Id est, Crotoniatarum postremus, primus reliquorum Græcorum. Strabo lib. Geog. 6. prouerbium hoc ait ortum ob insignem Crotoniatarum præstantiam in certaminibus Græcanicis.

Plus apud Campanos unguenti, quàm apud cæteros olei sit.

Si cui placebit adagium ad allegoriam trahere, poterit accommodari uel in regionem, uel in hominem adeò cæteris excellentem, ut apud hunc maior sit exquisitarum rerum copia, quàm apud alios mediocrium aut uulgarium.

Aquilæ senecta, corydi iuuenta.

Αετοῦ γῆρας, κορύδου νεότης.

De uiuida, uiridique senecta, quæ præstantior sit aliquorum iuuenta. Nam anus aquila præstat corydo auiculæ etiam ætate integra.

Equis

Equis albis præcedere. Horatius.

Vbi quem aliis quapiam in re longè superiorem significabant, longoq; anteire interuallo, eum albis equis præcedere dicebant: uel quòd antiquitus albi equi meliores haberentur, uel quòd uictores in triumpho albis equis uectari soleant, uel quòd alibi fortunatiores & auspicatiores esse credantur.

Culicem elephanti conferre.

Κώνωπα ἐλέφαντι παραβάλλειν.

Est minima maximis comparare.

Multis parasangis præcurrere. Lucianus.

πολλοῖς παρασάγγαις ὑπερδραμεῖν.

Qui longo interuallo præcedit, multisq; partibus superior est. Parasangam autem Persæ XXX. stadiorum spacium uocant.

Testitudinem equus insequitur. Plutarch.

Conueniet uti, quum rem præposterè & absurdè geri significamus.

Pica certat cum luscinia. Homerus.

Haud satis est picas contendere cum Philomena. Pica molestæ garrulitatis, luscinia summè musica.

Nihil simile. Idem.

Ad iniquam comparationem significandam, ualebit illud Homeri:

Imò res est stulta, cynosbaton aut anemonam
Compositisse rosis.

Bubo canit luscinię.

Quum infans suadere conatur eloquenti, aut inerudi-tus docere doctissimum.

Si tanti uitrum, quanti margaritum? Hierony.

Hoc dicto summa rerum inæqualitas significabatur. Si tanto studio curas ut uiuat corpus, quàm est danda opera, quò uiuat animus? Si nihil non facis quò placeas ho-

mini principi, quanto magis enitendum ut placeas principi Deo? Si tantis sudoribus paramur opes periturę, uel usu, uel furto, quur non magis incumbimus, ut cœlestes opes accumulemus? In his locus erit prouerbio.

Aristides. *Sedecim pedibus superauit.*

Aristides scripsit in Pericle: Nempe Periclem Oratorem reliquos in dicendo sedecim præterijsse pedibus. Itaque sedecim pedibus, pro maximo interuallo dixit. Sumpta metaphora à stadijs cursorum.

Diogenianus. *Tibiam tubæ comparas.* Αὐλὸν σάλπιγγι συγκρίνεις.

Athenęus. Conueniet in res supra modum impares.

Quanto asinis præstantiores muli.

Suidas. Dicendum, ubi quis longo interuallo præcedit.

Fluuius cum mari certat. Ποταμὸς θαλάττῃ ἐρίζει.

Vbi minimi cum maximis certamen suscipiunt.

Hirundo totos schœnos anteibit.

Πρόσω τις χελιδὼν ὅλους σχοίνους πτήσεται.

Id est, Hirundo quæpiam totos schœnos præteribit. *Vbi* quis immenso uincit interuallo. Nam schœnos Græcis mensuræ genus, quę (sicuti quidam existimant) quinquaginta complectitur stadia.

Lucianus. *Himnulus leonem.* ὁ νεοττὸς τὸν λέοντα.

Subaudiendum, cepit, uicit, aut prouocat, aut id genus aliquid pro ratione sententiæ, quoties præpostero rerum ordine, qui uiribus multò est inferior, superat potentiorem.

Mineruæ felem. Ἀθηνᾷ τὸν αἴλουρον.

Subaudiendum comparas. Quum multò inferiora cum præstantioribus comparantur.

Plutarch. *Nihil ad Parmenonis suem.*

Οὐδὲν πρὸς τὸν Παρμένοντος ὗν.

De æmulatione dictum, quæ longo interuallo abesset ab eo, quod imitaretur. Plutarchus in Symposiacis quinta

Deca-

Decadis, secundo Problemate, quo pacto natum sit hoc adagium narrat adhanc fermè sententiam: Parmeno quispiam fuit ex hominum eorum genere, qui nostris etiam tẽporibus uarias animantium & hominum uoces ita scitè imitantur ac repræsentant, ut audientibus tantũ non etiam uidentibus, uerè, non imitatæ uoces uideantur. Non intẽpestiuiter utemur hoc adagio, quoties aliquis opinione deceptus, de re perperam iudicat.

Post Lesbium cantorem. Μετὰ λέσβιον ᾠδόν. Suidas.

Hoc adagio significabãt aliquem non primas, sed secundas tenere partes. Lacedæmonicum prouerbium, hac natum occasione, quemadmodum narrat Suidas. Quum Lacedæmoniorum res seditionibus tumultuarẽtur, consultum oraculum iussit, uti Lesbium cantorem accerserent, Accersitus Terpander Lesbius, nimirum Antisseus & ad Lacedæmonios missus. Is canẽdo illorum animos sic deliniuit, ut seditionem omnẽ sedaret, redactis in cõcordiam ciuibus. Qua ex re factum est, ut Lacedæmoniũ Lesbijs cantoribus primas in arte musica partes tribuerent, & si quem alium canentem audissent, protinus dicerent: Post Lesbium musicum.

Nihil aliæ ciuitates ad Crotonem.

Μάτταα τἄλλα πρὸς κρότωνα τὰ ἄστεα.

Id est, Sunt reliqua præ Crotone friuola oppidula: Licebit accommodare ad rem aut hominem usque adeo præcellentẽ, ut reliqui cum hoc collati nihil esse uideantur. Natum fortassis est à pugilum Crotoniatarum excellentia, quorum erat Milo, &c.

Indignus, qui illi matellam porrigat. Martialis.

De uehementer inæqualibus, ac ne ulla quidam ex parte conferendis. Martialis:

Dispeream si tu Pyladi præstare matellam
Dignus es, aut porcos pascere Pirithoi.

Nam sordidissimum officium est, misturienti matellam exhibere.

Nec dignus qui me intueatur. Homerus.

Qui contemnet omnino quempiam ut ignauum, multoq; sese inferiorem, non ineleganter illud ex Iliados I. detorserit, quod in Agamemnonem dixit Achilles:

Οὔ ποτ' ἄρ' ἐμοιγε
Τετλαίκμηνός περ ἰὼν εἶπε ἰδέσθαι. Id est,
Quamuis perfricta fit fronte, mihi ora tueri.

Zenodot. *Celmis in ferro.* Κέλμις ἐν σιδήρῳ.

Dici consueuit de ijs, qui præter modum suis fiderent uiribus, tanquam inexpugnabiles inuictiq; cæteris. Celmis, ut scribit Zenodotus, unus fuit ex Idæis Dactylis, qui quum matrem deorum Rheam uiolasset stupro, deinde à reliquis fratribus reiectus est. Ab hoc ferrum solidissimum cudi solebat.

Aristoph. *Aquila in nubibus.* Αἰετὸς ἐν νεφέλαις.

Plerique interpretantur de re magna quidem illa, sed quam non facilè assequaris. Alij de ijs, qui longè reliquis præcellunt.

Plutarch. *Manica.* Μανικά.

Phrygio prouerbio dicebantur ingentia, egregiaq; facta, ducta uoce à Mane quodam, prisco apud ipsos rege, quem ferunt uirum fuisse præpotentem, & admirabili uirtute præditum.

Cicero. *Multi discipuli præstantiores magistris.*

Πολλοὶ μαθηταὶ κρείσσονες διδασκάλων.

Plerique discipuli magistros anteeunt. Ad uarios usus accommodari potest, uel ad simplicem sensum, ut discipulus eruditione superet eum, à quo literas didicit, aut per iocum, &c.

Pedibus trahere.

Idem. Est rem pro suo arbitratu uersare. Metaphora ducta uideri potest, uel à Vulcano illo Homerico, quem Iupiter ut longè uiribus præstantior, pedibus tractum è cœlo deiecit.

Homerus. *Solus sapit.*

Nar-

Narrat Diogenes Laërtius, Chrysippum philosophum usqueadeo sibi placuisse, ut consultus à quodam, cui potissimum filium suum philosophiæ præceptis instituendum traderet, sibi committendum responderet. Nam si quem, inquit, alium me præstantiorem arbitrarer, ipse apud hunc philosophiæ darem operam.

Formica camelus. Μύρμηξ ἡ κάμηλος. Lucianus.

De uehementer inæqualibus, & modò minimis, modo maximis, quod perinde fit, quasi repentè camelus in formicam uertatur.

Hercules & simia. Ἡρακλῆς μὴ σίθηκος.

De minimè congruentibus. Simia dolis ualet. Hercules uiribus antecellit.

Elucet egregia uirtus. Homerus.

Egregia uirtus, etiam si quando dissimuletur, tamen semper eminet inter alios, atq; ex ipso habitu oris perspicitur, & in ipsa quasi relucet fronte. Veram item nobilitatem testatur facies hominis itidem ut mores. In hanc sententiam quadrabit Homericum illud ex Iliad. N.

Ἀρίγνωτοι δὲ θεοί περ. Id est,
Insignia numina diuûm.

Quum sis nanus, cede. Νάνος ὢν μὴ ὑπόμακε.

De pusillis dictum. Nani enim homunciones appellantur infra modum humani corporis, & prodigiosæ breuitatis.

Hæc potior. Καλλίονων νίκα. Plutarch.

Hoc est, Præstantiorum uictoria, Illius sententia aut consilium magis quadrat.

Corui luscinijs honoratiores.

Quum indocti doctis præferuntur: improbi, probis: blateratores, eloquentibus: rapaces ac fures, cordatis & integris uiris.

Seruus seruo præstat, dominus domino. Homerus.

Δοῦλος πρὸ δούλου, δεσπότης πρὸ δεσπότου. Id est,

Seruóq; seruus potior est, herusq; hero.

Admonet adagium, in eodem hominum genere non statim omnes æquales esse: uerùm hominum habendã esse rationem, non tantum conditionis.

Homerus.

Antiquis debetur ueneratio.

Cum summis & inuictis, uel cum antiquis non esse certandum, sed his ultrò cedendum esse, usurpabit quod dicitur ab Vlysse, Odyss. θ.

Cum maioribus haud subeam certamina, uel cum Herculea uirtute, uel Euryto Oechalienſi.

Acarnici equi. Ακαρνικοὶ ἵπποι.

Dicebantur equi maximi. Conueniet uti de re quapiam eximia, aut insigni præmio.

Inter cæcos regnat strabus.

In regione cæcorum rex est luscus. Inter indoctos, qui semidoctus est, doctissimus habetur. Inter mẽdicos, qui paulum habet numorum, Crœsus est.

Plato.

Qui probus Athenienſis.

Platonis uerba sunt lib. de Leg. i. Et quod uulgò dicitur: Ex Athenienſibus qui probi sint, eos egregiè probos esse, ueriſſimè dictum uidetur: Sentit autem Plato, in malè instituta, maleq; morata Repub. qui boni sint, eos natura & insignitè bonos esse.

Vnus multorum instar.

Quod Iliados A. dictum est in laudem medici: idem tot̃ queri poterit ad quemcunq; uirtute præstantem.

Ιατρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. Id est,

Vir medicus multis alijs æquandus honore est.

Homerus.

Alabanda fortunatiſſima.

Αλάβανδα κλυτὴ εὐτυχεστάτη.

Id est, Alabanda Carum fortunatiſſima. Stephanus in commentarijs de urbibus tradit Alabandam Cariæ ciuitatem esse, conditam à Care, à cuius filio nomen sortita est. Siquidem is posti quam in equestri prælio strenuè nauasset operam, Alabandus dictus est. Cares enim sua lin-

lingua Ala uocant equum, Banda uictoriam. Eamq; uocem ait Romanis etiam in usu fuisse, ut Bandam uictoriam dicerent.

Alpha penulatorum.

Martialis. Martialis alpha uocauit præcipuum & quasi primatem. Idem aliâs iocatur in quendam offensum, quòd eum dixisset alpha, monetq; ut huius iniuriæ talionem faciat, secq; uicissim Beta, si uelit, appellet. Translatum à notulis literarum, quibus Græci numerum indicant. Eosdem signiferos & antesignanos appellant. Metaphora sumpta à militia.

Aceſei & Heliconis opera.

Ἀκέσεως Ἑλικῶνος ἔργα.

Quæ singulari artificio cõfecta uiderentur, sic antiquitus appellabantur, Locum prouerbio fecerunt duo quidam celebratæ artis artifices, Aceseus & Helicon.

Ambroſia alendus.

Cicero. In egregios uiros adagium. Ambrosia cibus est deorum.

Gorgonem Perſeus aggreditur.

Γόργονα Περσεὺς ἐχειρώσατο.

Id est, Gorgonẽ Perseus adortus est. Vbi quis egregium facinus acceptat. Notissima fabula, &c.

Lydius currus. Λύδιον ἅρμα.

Diogenianus. Hoc scommate notabantur: qui in certamine quopiam longè cæteris essent inferiores. Refertur adagium à Diogeniano. Quidam ad Pelopem Lydum referunt, qui suo curru uiderit Oenomaum.

Ne capra contra leonem.

Diogenian. Μὴ πρὸς λέοντα λοιμάς.

Ne longè inferior cum potentiore decertes.

Monſtrari digito.

Persius. Pro eo quod est, insignem esse. Horatius in Odis. Quod monstror digito prætereuntium. Persius: At pulchrum est digito monstrari, & dicier, hic est.

Pro-

Aristoph. *Prodico doctior.* Προδίκου σοφώτερος.

Aiunt hunc Prodicum in dñudicādis litibus & arbitrijs inter dissentientes amicos, acerrimi fuisse iudicij.

Quo properas, num ad Ephebum?

Parum liquet quid sibi uoluerit Cilicum illud adagium nisi fortè sumptum est ab Apollinis oraculo, ad quod undiq; festinabatur. Fingebatur autem imberbis Apollo quemadmodum & Bacchus.

Homerus. *Alius alijs in rebus præstantior.*

Qui dicet alium alia dote præcellere, accommodabitis lud ex Iliados σ.

Αλλ' ὁ μὲν ἄρ μύθοισιν, ὁ δ' ἔγχεϊ πολλὸν ἐνίκα. Id est,

Hic dictis, hasta longè præstantior ille.

Vergilius. *Non omnia possumus omnes.*

Natura differimus, uitam sortientes, hîc hanc, illam alia. Porrò contingere non potest, ut omnis fœlicitas uni contingat.

Plato. *Diuinum excipio sermonem.*

Θεῖον δέχομαι λόγον.

Id est, Diuinum excipio sermonem. Quoties opinor, gloriosius aliquod dictum esset, ominis gratia deos excipiebant, qui nihil non possunt, & quibus nemo præscribit.

Homerus. *Dij omnia possunt.*

Hemistichium Homericum.

Θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται.

At cœlestes omnia possunt.

Quadrabit in monarchas, quibus promptum est facere quicquid animo collibitum fuerit, siue iure, siue iniuria.

EXECRANDI.

Diogeni. *Deuotionis templum.* ἀρᾶς ἱερόν.

Id est, Execrationis templum. In eos dicebatur, qui crebris execrationibus uti cõsueuerunt. Qui mos nunc uulgò plerisq;, plurimum improbandus, ut nihil dicant nisi dira

diras admiſceant deuotiones, & imprecamina uel ipſo horrenda auditu.

Oedipi imprecatio. Οἰδίποδος ἀρά.

De Tragicis & ingentibus malis. Qui Græca colligunt adagia, citant ex Aeſchylo huiuſmodi fabulam. Et Cocles & Polynices de more patri ex unoquoq; ſacro, partem anteriorem mittebant. Quum autem aliquãdo per imprudentiam atq; incogitantiam, coxam, hoc eſt, poſteriorem partem miſiſſent, ille exiſtimans id non oblitione atq; imprudentia, ſed contumeliæ cauſa factum, imprecationibus diris eos eſt execratus.

Phocenſium execratio. Φωκέων ἀρά. Herodot.

De iureiurando multis uinculis adſtricto. Nam olim in fœderibus, quò minus uiolarentur, adhibebant non ſolum promiſſa, dextras & ſacrificium, uerùm execrationes in caput eius, quicunq; non ſtaret pactis. Prouerbiũ autem ab huiuſmodi profectum eſt caſu: Phocẽſes olim communi populi conſilio patrium ſolum reliquerunt, adacti deuotionibus atq; execratiõibus quibuſdam, ne quiſquam uſquam de repetenda patria cogitaret.

Phocenſium amolitio. Φωκικὴ ἀπόνοια.

Id eſt, Phocica deſperatio. Horat, Malis carere queritis laboribus. Malorum expulſio hoc notatur prouerbio.

Adiurantis ſe facturum aliquid.

Quum adiurabimus nos facturos quippiam, ſi modo ui ta non deſituat, licet accommodare uerſiculum ex Ilia dos B. Homerus,

Μήπ' ἔτ' ἔπειτ' ὀλυσσῆι κάρη ὤμοισι ἐπείη. Id eſt,
Poſt hac ne caput hoc humeris inſiſtat Vlyſſis.

Item Iliados E.

Αὐτίκ' ἔπειτ' ἄπ' ἐμοῖο κάρη τά μοι ἀλλότριος φώς. Id eſt.
Mox caput hocce aliquis mihi barbarus enſe recidat.

In omni fabula & Dædali execratio.

Ἐμ πάσῃ μύθῳ καὶ Δαιδάλου μῦσος.

Quadrabit in autores atrocium facinorum, aut ingentium

tium calamitatum, ut frequenter illorum incidat mentio, sed non sine detestatione. Tradunt ab hac ortum fabula. Pasiphaë regina Cretæ, tauri amore capta, Dædalum exorauit, ut sibi uaccam ligneam ad proximam uere uaccæ simulationẽ effingeret. In hac inclusa mulier è tauro concepit, ac Minotaurum monstrum abominandum peperit. Minos autem certis de causis iratus, Athenien sibus indixit ut quotannis septem uirgines, & totidem adolescentulos mitterent Minotauro obijciendos. Horum omnium quoniam Dædalus causam dedisse uideretur in eum uulgo dira imprecabantur, unde res in prouerbium abijt.

Ἀποφράς.

Hominem execrandum & abominandæ maliciæ ἀποφράδα Græci appellant. Ductum à diebus funestis & sepelidis mortuis sacris, quos ἀποφράδας etiam uocant.

Theocri. *In ultimas terras.*

Ἐπ' ἔσχατα γᾶς, Id est, Ad extrema terræ, quum locum uehementer semotum intelligi uolumus. Est frequens apud Ciceronem, in ultimas terras, &c.

EX EVENTV IVDICIVM.

Aeolus. *Mali principij malus finis.*

Ἀρχᾶς κακᾶς τέλος κακὸν, Id est, Orsus mali finis malus. Libicus dimeter ex Aeolo pœta refertur. Quæ rectis consilijs instituuntur, etiam si qua incidat difficultas, tamen sortiuntur aliquando lætum exitum: contrà, quæ prauis rationibus inceptantur, quamuis initio succedant, tamen habent infœlicem exitum.

Plutarch. *Mox sciemus melius uate.*

Τάχ' εἰσόμεθα μάντιν ὕπερτερον.

Id est, Mox melius ipso uate rem cognoscimus. Ad eum modum dicebant, qui rem non coniecturis diuinabant, sed experimento deprehendere tentarent.

Diomed. *Cocta numerabimus exta.*

Id est, Ex euentu sciemus. Huic confinis color ille comi-

cus

cus: Res indicabit. Ouidius: Exitus acta probant.

Res indicabit. Αὐτὸ δείξει, *subaudi*, ἔργον. Quum significamus experimento exitum perspici sermonis ueritatem.

Magistratus uirum indicat.

Ἀρχὴ τὸν ἄνδρα δείκνυσιν. Pittacus,

Id est, Imperia demonstrant uirum. Quidam Pittaci Mitylenæi putant apophthegma. Sunt qui Soloni tribuant. Sensus est, in uita priuata uix satis perspici posse mores & ingenium hominis. Verùm si committas imperium, ut quod libeat, idem liceat, tum demum apparere quo sit animo.

Rem factam flultus cognouit, piscator ictus sapiet. Post acerba prudentior. Huc pertinet etiam: Vide sera pœnitentia.

EXITIVM HONESTVM.

De pulchro ligno uel strangulare.

Ἀπὸ καλοῦ ξύλου καὶ ἀπάγξασθαι. Aristoph,

Id est, De pulchro ligno etiam strangulari conuenit. Admonet calamitatem tolerabiliorem esse, si cum honesta te fuerit coniuncta, & dedecore uacauerit.

Ne uestigium quidem. Tullius.

Quoties hominẽ penitus, aut rem abolitã significamus, ne uestigiũ quidem superesse dicimus. M. Tullius acti. in Verrem 3. Nam si alienã uicem pro nostra iniuria doleremus, uestigiũ illius in foro non esset relictum. Rursus quinta: Prouidendum diligenter, ne quod in uita uestigium libidinis appareat, &c.

EXILIVM.

Seruabis bouem. Βουκολήσεις. Plutarch,

Id est, Bubulcus eris. Hoc uelut ænigmate significabant exilium.

Testaceum flagellum. Κοραμεικὴ μάστιξ. De rebus subitò transmutatis, si de exilio repentino.

Con-

Conueniet cum ostraciſmo, de quo uide adagium, Teſtulæ transmutatio.

Terram pro terra. Γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνειν.

Lucianus. In hominem exulem, erroneum, & incertis uagantem ſedibus.

EXPERIENTIAE SEV PERIclitationis.

In Care periculum. Ἐμ Κᾶρὶ τὸμ κίνδυνον.

Socrates. Subaudi, facito. Hoc eſt, in homine, aut in re uiliori faciendum periculoſam experiẽtiam, in qua ſi parum fœliciter ceſſerit, non multum ſit diſpendij capiendum: Suidas ſcribit Cares primum mortalium mercede militaſſe, ut qui uitam ſuam uilem haberent.

In dolio figularem artem diſcere.

Ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν μανθάνειν.

De ijs, qui protinus maximis in rebus artificij capiunt experimentum, quũ paulatim à minutis ad ſumma proficiſci conueniat. Neque enim figulus ſtatim à *dolio*, id eſt, uaſe maximo, artem auſpicatur, ſed à puſillis quibuſdam uaſculis.

In harenam deſcendere.

Suidas. Pro eo quod eſt, Certamen inire.

Quanta mus ad Piſem. Ὅσα μῦς ἐν πίσῃ.

Subaudi, tulit. De ijs, qui uincunt, & optatis potiuntur, ſed non ſine ſummo negocio, nec citra magnũ incommodum ſuum. Suidas natum ait ab athleta quodam ſeu pugile Tarentino.

Baſilius. *Omnem mouere lapidem.* Πάντα λίθον κινεῖν.

Id eſt, Vnumquenq; mouelapidem, id eſt, omnia experire, nihilq; intactum relinque.

Cicero. *Pedem conferre.*

A militia ſumptum. Vſurpatur, ubi propius acceditur ad rem. Cicero: Non poſſum magis conferre pedem, ut aiunt, aut propius accedere.

Omnem

Omnem rudentem mouere. Iul. Poll.

Πάντα κάλων σείειν.

Id est, Omnem funem mouere. Iulius Pollux: Nauigabamus omni motu rudẽte, & omnibus rudẽtibus. Ad eum modum significat difficilem nauigationem, in qua omnia sint tentanda.

Respublica uirum docet. Plutarch.

Πόλις ἄνδρα διδάσκει.

Significat neminem ad rem gerendam idoneum esse, nisi qui sit usu exercitatus.

Omnem iacere aleam.

Est rem uniuersam periclitari, fortunæq; arbitrio committere. Siquidem alea fortunæ ludus est magis, quàm artis.

Aut ter sex, aut tres tesseræ.

Η τρὶς ἕξ, ἢ τρεῖς κύβοι.

Si quando significabimus nos extrema periclitari uelle, & aut planè uincere, aut prorsum uinci. Sumptum est à uetusto tesserarum lusu, in quo qui nouẽ iecisset, is omnibus omnibus superabat: qui tres, is longissimè aberat à uictoria. Nam antiquiores tribus tesseris uti consueuerant. Tesseram autem etiam ipsum iactum appellant.

Rex aut asinus. Βασιλεὺς ἢ ὄνος. Plato.

Hoc est, Aut uictor, aut uictus.

Vela uentis permittere. Quintil.

Quintil. Permittamus uela uentis, & oram soluentibus bene precemur, hoc est, æditionis ancipitem euentum utcunq; cadat, experiamur.

Deo fortunæq; committo.

Qui fortunam experiri statuerit, euentum negocij fortunæ committens, in hunc conuenerit illud Homeri ex Iliados P. Homerus.

Ηεω γὰρ κοὴ ἐγὼ, τὰ δέ κεν δὴ πάντα μιλήσει. Id est,

Torsero & ipse, Ioui fuerint hæc omnia curæ.

Liuius. *Res ad triarios rediit.*

Romanum extat adagium elegans. Eo licebit uti, quum significabimus rem eò periculi redactam esse, ut extremo conatu, summisq; uiribus sit enitendum, & ad suprema confugiendum consilia, quibus si nihil proficiatur, iam nihil reliquum esse uideatur, unde subsidiũ sperare possis. Natum adagium è ratione modoq; componendi Romani exercitus. Refertur & explicatur à Tito Liuio primæ Decadis lib. 8.

Lucianus. *Sacram ancoram soluere.*

Ἱερὰν ἄγκυραν χαλάζαν.

Quoties ad extrema præsidia confugitur. Translatum à nautis, qui maximam ac ualidissimam ancoram sacram uocant, eamq; tum demum mittunt, quum extremo laborant discrimine.

Cicero. *Ad asylum confugere.*

Hoc superiori cognatum.

Ad ephebum properare.

Sumptum est ab Apollinis oraculo, ad quod undiq; festinabatur. Fingebatur autem imberbis Apollo.

Tanquam ad aram.

Hoc adagio extremum refugium intelligi uolumus. Inde sumptum, quòd olim, qui extrema necessitate urgebãtur, ad aras deorum soleant confugere, unde nefas erat quenquam detrahere.

Plutarch. *Mouebo talum à sacra linea.*

Κινῶ τὸν ἀφ' ἱερᾶς.

Id est, Sacræ lineæ talum moueo. De iis, qui extrema parant experiri. Id Iulius Pollux exponẽs, ait à ludo quopiam tesseratum esse natum adagium. Lusum aũt fuisse huiusmodi, ut utriq; ludentium essent calculi quinq;, totidem impositi lineis. Inter eas lineas utrinque quinas, unam fuisse mediam, quam sacram uocabant. Vnde qui talum mouisset, is sacræ lineæ calculum mouere diceba-

tur.

tur. Id autem non fiebat, nisi cum res posceret, ut ludens ad extrema confugeret auxilia.

Semper tibi pendeat hamus. Ouidius.

Ouidius in amoribus:

Casus ubicq; ualet, semper tibi pendeat hamus,
Quo minimè credis gurgite piscis erit.

Semper experienda fortuna, & omnis tentãda occasio.

Tentantes ad Troiam peruenerunt Græci. Theocri.

Theocritus in Syracusijs: Tentando atque experiendo, quantumlibet etiam ardua perfici, figura prouerbiali significans, inquit:

Ες τροίην πειρώμενοι ἦλθον Ἀχαιοί,
Καλλίσα παίδων πείρα δέδη πάντα τελεῖται. Id est,
Tentando ad Troiam uenêre Pelasgi,
Cuncta puellarum pulcherrima, perficit usus.

Et post malam segetem serendum est. Seneca.

Seneca lib. epist. XI. Quo licebit uti, quoties res parum ex animi sententia cecidit, & significabimus non esse desistendum à conatu.

Huc referuntur quæ alibi citauimus:

Primas iactare hastas. Velitari.
Fabri fabrilia tractant. Asinus sedet.
Rex sum.

EX SESE.

Domi habet. *Domi nascitur.*

Nam id dicimur domi habere, quod in nobis situm est, neq; necesse est ab alijs mutuó sumere. Terentius: Philosophos domi habet unde discat. Cicero.

Domesticum malum.

Ad significandum priuatum, ac domesticum malum, quodad alios nihil attineat, conueniet illud Homeri Odysseæ B. Homerus.

Ἀλλ' ἐμὸν αὖτε χρεῖος, ὅμοι κακὸν ἔμπεσε οἴκῳ. Id est,
Porrò, malum nostras quod in ædes incidit, unum
Ad me pertinet.

Diogeni. *Nihil graue passus es, nisi tibi uindicas.*

Οὐδὲν πέπονθας δεινὸν εἰ μὴ προσοιεῖ.

Meminit Diogenianus: Nemo læditur, nisi à seipso. Nemini fit iniuria, si eam existimet ad se non pertinere.

Cicero. *Emere malo, quàm rogare.*

Quo significatum est, haudquaquam gratis accipi, quod precibus emitur, imò nihil emi charius, quàm quod roganti datur.

FACVNDIA.

Diogen. Laërtius. *Attica musa.* Ἀττικὴ μοῦσα.

Pro uenusta lepida q; oratione. Nam inter dicendi genera laudatur in primis Atticum.

Hierony. *Lepos Atticus, eloquentia Attica.*

Inter reliquos Græciæ populos, lepos quidam ac festiuitas quædam quasi uernacula ac peculiaris adest Atticis, adeò ut in prouerbium abierit.

Cygnea cantio. Κύκνειον ᾆσμα.

Id est, Cygnea cantilena. Conueniet in eos, qui supremo uitæ tempore facundè disserunt. Cygnos, instante morte, mirando quosdam cantus ædere, tam omnium literis est celebratum, quàm nulli uel compertum uel creditum.

Tunc canent cygni, quum tacebunt graculi.

Τότ' ἄσονται κύκνοι, ὅταν κολοιοὶ σιωπήσωσι.

Hoc est, Tunc loquentur eruditi, quum garrulis non erit loquendi locus. Aut, inter garrulos & obstreperos non est eruditis loquendi locus.

Homerus. *Nestorea eloquentia. Poëtica mella.*

Nestoris Pyliorum ducis facundia in prouerbium abiit, si quando senilem suauiloquentiam significamus. Nam huic Homerus, ut tria secula, ita plusquã mellitam quandam facundiam affingit.

Suidas. *Nihil ex agro dicis.* Οὐδὲν ἐξ ἀγροῦ λέγεις.

Id est,

Id est, Nihil è rure loqueris, Nihil humile, neque triuiale. Quod enim parum elegans, parum expolitum, id exagro profectum dicitur. Contrà, quod festiuum, quod lepidum, id urbanum ac ciuile uocatur.

Nunc ipsa uiuit sapientia.

Αὐτὴ νῦν σοφία ζῇ.

Applaudentis & adgratulātis est sermo, si quid aliquando uidetur scitè dictum, & arte factum. Festiuius erit si per ironiam efferatur.

Nunc ipsa floret musa. Αὐτὴ νῦν ἀνθεῖ ἡ μοῦσα. Vbi quid eruditè, facundè, uenustè dictum, aut scriptum uidebitur. Et hoc uenustius fiet per ironiam.

Musarum aues. Μουσῶν ὄρνιθες. Theocri.

Id est, Musarum aues. Dicuntur poëtæ, quòd assiduè carmina sua modulentur. Huc facit quod alibi citatum est: Incantatione quauis efficacius.

FAMES.

Fames & mora, bilem in nasum conciunt. Plautus.

Id est, Latrante stomacho, omnis mora bilem mouet. Ducta est metaphora ab animantibus, iram narium flatu significantibus.

Miserrimum fame mori.

Cum significabimus longè esse miserrimum fame perire, accommodabimus illud quod est apud Homerum Odysseæ M. Homerus.

πάντες μὲν συγεροὶ θάνατοι λειλοῖσι βροτοῖσι,
αἰμὸ δ' οἵ τις ὀδυσσεὺς θανέειν καὶ πότμον ἐπισσεῖν. Id est,

Dura quidem miseris mors est mortalibus omnis,
At perijsse fame, res una miserrima longè est.

Accommodabitur in sordidos quosdam, qui quò parcant nummis defraudant genium suum: & in eos qui pereunt insciti a ueri, quum animus hominis nō aliter pascatur uerbo Dei, quàm cibo corpus: uerè miserrimum est hac fame mori.

Molestus interpellator uenter. Idem.

Venter improbus interpellator non finit unquã quempiam obliuisci sui. Id ad egestatem torqueri poterit, quæ mortales ad omnia tum facienda, tum perferenda solet compellere.

Suidas. *Cestreus ieiunat.* Κεστρεὺς νηστεύει.

De famelicis & uoracibus dici consueuit. Alij malunt referre ad eos, qui uitam innocuam agit, & ab aliorum iniurijs abstinent, nec ullum emolumentum ex sua innocẽtia ferũt. Est enim Cestreus piscis genus quoddam, quod reliquis mutua deuoratione uictitantibus, unum ab aliorum carnibus abstinet, ideoq; non capitur esca, sed in limum abdit sese, atq; ibi perdurat, & ut arbitrantur nonnulli, limo pascitur.

Homerus. *Non interpellandus famelicus.*

Quoties innuemus non esse confabulandi ocium, nisi prius placauerimus latrãtem & iratum, ut ait Horatius, uentrem: aut ubi significabimus aliquem, simulatq; sit assequutus, quod expetebat, iam ad alia conuerti, nõ inepte proferemus hunc uersiculum Homeri:

Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἔντο. Id est,

At postquam his potus exempta cupido, cibiq;.

Plutarch. *Ventre placo melior consultatio.*

Γαστρὸς ἀποπλείσης βελτίων ἡ μῆτις ἀμείνων.

Id est, Consultatio tum melior, quum expleueris aluum. Quum fames interpellat, non uacat deliberare, propterea quòd cõsultatio moram desiderat, & animi tranquillitatem, & fames bilem acuit.

Hesychius *Etiam Bætylum deuorares.*

Καὶ Βαίτυλον ἂν κατάπινοις.

Id est, Etiam Bætylum deglutires. In uoracem & omnia concoquentem. Nam Bætylus dicitur saxum illud fascijs obuinctum, quod pro Ioue deuorauit Saturnus, testante Hesychio.

Plautus. *Manduces.*

Dice-

Dicebantur uehementer famelici, aut qui minis inanibus terrorem incuterent.

FESTINATIONIS.

Nauibus atq; quadrigis. Horatius.

Pro summo studio, summaq; festinatione. Flac. in epist.

Strennua nos exercet inertia, nauibus atq;
Quadrigis petimus bene uiuere, quod petis hîc est.

Dædalium remigium. Plautus.

Ad celeritatem significandam Plautus in Amphitrione dixit.

Citis quadrigis, Iouis quadrigis. Idem.

Subaudi, fugere. Pro eo quod est, quàm ocyssimè fugere. Legitur apud Plautum, ab Homero translatum, qui ïs quadrigas affinxit, quibus quò libitum sit, repẽtè rapiãtur ex Olympo in terras: rursus è terris in cœlum.

Equis albis præcedere. Plautus.

Vbi quem alïs quapiam in re longè superiorem significabant, longo anteire interuallo, eum albis equis præcedere dicebant: uel quòd antiquitus equi albi meliores habẽtur, uel quòd uictores in triumpho albis equis uectari soleant, uel quòd fortunatiores & auspicatiores esse creduntur.

Talaria induere. Cicero.

Pro eo quod est, Fugam adornare, quasiq; uelle quopiã auolare: Itaque talaria induere dicimus, qui parant aut fugere.

Citius, quàm asparagi coquuntur.

De re uehementer propera.

E uestigio.

Quod citra moram ac protinus fit, quòd prisci dicebant extemplo.

Celerius, quàm Bates. Θᾶττον ἢ Βάτης. Zenodot.

Hoc adagio significabant aliquid, quàm primùm absolui, compendioq; explicari. Bates Athenis depictus erat,

ut summa capitis pars cum oculis tantum uideretur. In eius igitur pictura quoniam non multum operis sumpserat pictor, prouerbio iactari consuetum de his, quæ facilè perficiuntur.

Homerus. *Simul & dictum & factum.*

Ἅμ' ἔπος, ἄμ' ἔργον.

Id est. Simul dictum, simul & factum. Vbi quis citra moram id re præstat, quod uerbis pollicetur.

Aristides. *Duobus pedibus fugere.*

Ἐκ δυοῖν ποδοῖν καταφεύγειν.

Id est, Duobus pedibus confugere. Summa ui, summoq; conatu fugere. Aristophanes: E patria utroq; deuolauimus pede.

In foribus adesse. Πρὸ τῶν θυρῶν.

Gene. 4. Pro eo, quod instat, iamq; in proximo est. Dominus ad Cain: Sin malè egeris, statim in foribus peccatum tuum aderit.

Velis equisq;.

Cicero. Extremum conatum significãtes, dicimus: Velis, equisq;. Hic respicit non ad celeritatem, sed ad utrunq; pugnę genus, nauale ac equestre.

Vir fugiens haud moratur lyræ strepitum.

In eos, qui in rebus periculosis ac seriis, properandi studio negligunt leuiora. Nam qui fugit in bello, non putat sibi liberum ac uacuum ut cantorem aliquem auscultet. Id etiam ad complures res accommodari potest.

Homerus. *Ocyor accipitre.*

Admirandam celeritatem hyperbole prouerbiali licebit indicare, quæ est apud Homerum: Θάσσονες ἱρήκων. Pernices magis accipitre.

Pegaso uelocior. Πηγάσου ταχύτερος.

De præuelocibus. Nota fabula de equo alato.

Salaminia nauis Σαλαμινία ναῦς.

De

De præuelocibus dictitatum est. Celebratum enim uel in primis nauale bellum aduersus Xerxem, gestum apud Salaminam, siue quòd ex triremibus altera Salaminia uocari consueuit, altera παράλῳ.

Parit puella, etiam si malè adsit uiro.

Τίκτει κόρη ὅταν κακῶς ἀνδρὶ πλησίη.

Id est, Parit puella, quum malè etiam adfuerit uiro. Dici consueuit, quoties res facilè cõuincitur ex sententia, etiam si negligenter & ignauiter gesta fuerit. Velut puella propter ætatis fœlicitatem facilè gerit uterum, etiam si cum uiro non admodum uiro rem habuerit.

Ignem palma. Πῦρ παλάμῃ.

Dici solitum, si quando protinus aliquid intellectum esset à quopiã, ut si scommate dicto, statim sentiat aliquis in se dictum. Sumptũ uidetur ab ijs, qui per lusum ignem admouent manibus alienis, qui subito sensu excitati, resilire solent, risumq; mouere spectantibus.

Aphya ad ignem. Ἀφύα ἐς πῦρ.

Prouerbium in ea, quę celeriter intereunt aut absumuntur, siue quæ facilè ac statim conficiuntur. Nam aphya piscis genus molle ac tenerum, quod admotũ igni, protinus decoquitur.

Ne nimium callidum hoc sit modo. Terentius.

Donatus prouerbium esse demonstrat, quanquam anceps est lectio. Potest enim utrũq; legi, & callidum, & callidum, ut prius illud, ad festinatum consilium: alterum ad nimis astutum referatur.

Intra septimam. Ἐντὸς ἑβδόμης. Zenodo.

Subaudi, lineam. Edictum erat Athenis, ut ante septimũ diem mensis exercitum educerent. Rectè fortassis utemur hoc adagio, quoties admonebimus maturè suoq; tempore negocium aggrediendum.

Priusquam gallus iterum cecinerit.

Πρὶν ἢ δεύτερον ἀλέκτορα φωνῆσαι ἐφθέγξατο.

Prius atq; gallus canret, iterum cristiger, id est, admodũ manè & antelucano. A prisca consuetudine sumptum, qua noctis deliquium & accessum diei, galli cantu metiebantur, gnomonibus horariis non repertis.

Suidas.

Viuit, incende ignem. Ζῇ, καῖε πῦρ.

Vbi negocij periculosi puncto festinandum admonemus, & occasionem arripiendam, ut quum reperta scintillula properatur, ne pereat & illa.

Idem. *A subeunte portum naui.* Ἀπὸ καταδυομένης.

Id est, A subeunte, subaudi, naui lucrum capias. Admonet adagium, celeritatem ad quęstum plurimum ualere. Sumptum à mercatorum diligentia, qui merces statim emunt ab ipsis nautis in portum appellentibus.

Columel. *Matura satio sæpè decipit, sera semper mala est.* Admonet adagium, in omni negocio maturandum esse, neq; paulò satius esse, occupare tempus legitimũ, quàm serius aggredi. Veluti si quis admoneat, ut puer tenera ad huc ætate, præceptoribus committatur erudiendus. Consultius enim anteuertere, quàm prouectioribus annis tum demum incipere.

Homerus. *Sacra celerius absoluenda.*

In rebus diuinis attentum esse cõuenit magis, quàm diuturnum, ne uilescant assiduitate, contra quorundã morem sacerdotum, qui nimium immorantur sacro, precibusq;, quas uocant horarias. Ad id torqueri poterit illud ex Odysseæ r. Οὐδὲ ἔοικε
Δαῖτα θεοῖς ἐν δαιτὶ δαασσέμεν, ἀλλὰ νέεσθαι. Id est,
Neq; par est
In diuorum epulis sedisse diutius, imò
Surgere maturè decet.

Zenodo. *Lupinum potum.*

Lupinum potum bibere dicebant, ubi quis uoluptatem suo periculo capitis emeret. Narrant duos erupisse fontes sacros Apollini, quorum alter uino scateret, alter melle, ad quos quum apes aduolarent, arcu feriebantur. Porrò Apollo super cætera cognomina dictus est & Lucius,

eius, à luce quam aperit, siue à lupis interfectis.

Vt canis è Nilo.

Qui leuiter ac uelut obiter artem quampiam aut autorem degustant, hi ceu canis è Nilo degustare dicuntur. Natum inde adagium: Post fugam Mutinensem, quęrentibus quid ageret Antonius, quidam familiaris respondit: Quod canis in Aegypto, bibit & fugit.

Alienis uti soleis. Aristoph.

Ἀλλοτρίοις βλαυτίοις χρῆσθαι. Id est, Alienis soleis uti. Dicuntur, qui moribus aliorũ ad suũ abutuntur emolumentũ.

Quantum pedibus potes. Plato.

Socrates in Gorgia Platonis ita loquitur: σωφροσύνην μὲν δικαιότητον καὶ ἀκολασίαν δὲ φευκτέον, ὡς ἔχοι τοδὲ τῷ ἔτι καὶ σῶμα. Id est, Temperantiam quidem sectari atq; exercere oportet, contrà intemperantiam fugere, quantum quisq; nostrũm pedibus ualet. Id quò longius transfertur à rebus corporeis, hoc magis accedit ad prouerbium celeritatis. Quod in corpore sunt pedes, hoc in animo sunt affectus, quibus expetimus aliquid aut refugimus.

Crisonem Himeræum præcurrere. Plato.

Prodigiosa celeritas Crisonis, uidetur lotũ dedisse prouerbio. Sic enim Socrates apud Platonẽ in Protagora, rogatus ut institutam cum Protagora disputationẽ perageret: Optarim quidem tibi morem gerere, si quod petis meę facultatis esset. Nunc perinde est, ac si me roges, ut Crisonem Himeræum insignem cursorem sequar, aut dolichodromon quẽpiam, aut hemerodromon perpetuò æquem, cursu sequarq;, &c. Dolichodromi dicebantur, qui perpetuò impetu duodecim stadia decurrebant. Hemerodromi, qui totum diem à manè usq; ad uesperam ea tra respirationẽ currebãt. Vnde Græci poëtæ solẽ ἡμερόδρομον appellãt q̃ singulis diebus cursum suum peragat, quasi uerò noctu requiescat in diuersorio Thetidis.

FESTINATIO PRAEPROPERA.

Qui nimium properat, serius absoluit.

Monet adagium, instituendæ rei non tam celeritatem, quàm

quàm curam adhibendã esse, ne postea sit in mora: quod in operis ingressu fuerit erratum.

Canis festinans, cæcos parit catulos.

Aristote. Ἡ κύων σπεύδουσα τυφλὰ τίκτει.

In eos, qui nimio festinandi studio rem parum absolutam reddunt. Hinc natum, quòd canis, quia celerius pariat, catulos cæcos uelut adhuc immaturos édit.

Athenæus *Ante uictoriam encomium canis.*

Πρὸ τῆς νίκης τὸ ἐγκώμιον ᾄδεις.

In eum, qui præpropere gloriatur, re nondum confecta. Nam apud Græcos, qui rem strenuè gessissent in bello, oratione quapiam aut carmine laudabantur. Quæ laudatio propriè encomium dicitur.

Ante lentem augere ollam.

Πρὸ φακῆς ἀυξάνειν τὴν λοπάδα.

Pro eo quod est. Spes ingentes in animo concipere, priusquam res ipsa teneatur, aut polliceri quod ipse nondum habeat, aut præpropere sibi placere, quasi iam possideat ea, quę procul etiam dum absunt, ut teneantur. Vt si quis uitæ strepitum augeat spe magistratus, quem incertum est, an sit impetraturus. Lens, legumen est uilissimũ ac plebeium.

Zenodo. *Aestate penulam deteris.*

Ἐν θέρει τὴν χλαῖναν κατατρίβεις.

Rectè dicetur in eos, qui res necessarias temerè, nec in tempore profundunt, aliquando futuras usui, si seruentur. Id quòd uulgò factitant adolescentes: qui facultates patrias stultè prodigunt in iuuenta, quibus sustinenda fuerat imbecillitas senectæ.

Muscum demetere.

Ἀμυια θερίζειν.

Dici solitum, ubi quis tener adhuc & intempestiuus durius tractaretur, aut tolleretur emolumẽtum priusquam opportunum esset. Translatum ab iis, qui statim ut ager obdu-

obduci cœperit herba, demetunt, nec sinunt adolescere gramen.

Siculus omphacizat. Σικελὸς ὀμφακίζει.

Omphaca Græci dicunt uuam acerbam & immaturam, Vnde dicebatur in eos, qui quantumlibet uilia tollerẽt furto. Ductum à furacitate Siculorum. Suidas.

Præmouere uenatum. Προσοθεῖν τὴν θήραν. Aristides.

Id est, Præturbare feram. Dici solitum apparet, ubi quis non satis dissimulat quod molitur. Quemadmodum usu uenit, ut fera tumultu excitata, subducat sese.

Odi puerulos præcoci sapientia.

Vulgò inualuit opinio, ut credant puerulos maturius sapientes, aut non fore uitales, aut dementes futuros simulatóq; ad maturam ætatem peruenerint. Adaptare licebit ad discipulum, qui in ipsis statim rudimentis sibi placeat. Apuleius.

Non statim finis apparet. Herodot.

Herodotus in Polymnia, significat hoc olim prouerbio dici solitum. Nõ statim cum principio apparêre rei exitum Καὶ τὸ παλαιὸν, inquit, ἐπὶ ὡς εὖ εἴρηται. τὸ μὲν ἄμα ἀρχῇ τὸ τέλος καταφαίνεσθαι. Id est, Et uetus adagium, quo recte dictum est, non statim cum initio apparêre finem. Conueniet in quorundam præproperas spes, qui negocio uix cœpto statim arbitrantur se rem factam habere, quum sæpe exitus non respondeat initijs.

Festina lente.

Vide tarditatis & cunctationis.

FIDES ET GRAVITAS.

Folium Sibyllæ.

Iuuenalis: Credite me uobis folium recitare Sibyllæ, id est, rem indubitatam. Ductum adagium à Cumana Sibylla, cuius oracula cum primis celebrãtur. Huic autem mos erat, ut testatur M. Varro, in palmarum foliis oracula scribere. Iuuenal.

Ex

Athenęus. *Ex tripode.* Τὰ ἐκ τοῦ τρίποδος.

Id est, Ex tripode dicta. Dici solitum de ijs, quæ uehementer uera atq; indubitata uideri uolumus. Hæc ex tripode dicta, id est, certissima, perinde quasi ex Apollinis oraculo profecta. Tripodem autem fuisse lebetem, tribus fultum pedibus. Huius duo sunt genera: Alterum Apollinis, ob ueritatem oraculorum: Alterum Bacchi, in quo uinum miscebatur, quòd ebrij uera loquantur.

Diues promißis.

Plutarch. Ὁ μὲν λόγος θαυμασὸς, ὁ δὲ λέγων ἄπιστος. Id est, Magnifica quidem oratio, cæterùm non habetur fides loquenti. Quoties aliquis ingentia pollicetur, quæ non uideatur præstituus.

Priscis credendum.

Tullius. M. Tullius in libello de uniuersitate: Credendũ, inquit, nimirũ est ueteribus & priscis, ut aiunt, uiris, qui se progeniem esse deorum dicebant. Incertum utrum Cicero sentiat eam sententiam fuisse uulgò decantatam, an notet uocem prisci, qua declaramus homines extremæ antiquitatis, quorum origo quoniã posteris erat incognita, ferè referebatur ad deos.

Recto pectore.

Cicero. Pro eo quod est, ingenuè citraq; dissimulationem, ut ueritatis simplex est oratio.

Legatus non cæditur, neq; uiolatur.

Πρέσβυς οὐ τύπτεται, οὐδὲ ὑβρίζεται.

Id est, Orator nec percutitur, nec uiolatur. Id iure gentium receptum est, ut legati publica fide ueniant, & redeant inuiolati.

Lucianus. *Ex Iouis tabulis testis.*

Ἐκ τῶν Διὸς δέλτων ὁ μάρτυς.

Pro certo & indubitabili teste: Alludit, ni fallor, ad diphteram, in qua Iupiter omnia mortaliũ acta describere fingitur à poëtis.

Attis

Atticus testis. Ἀττικὸς μάρτυς. Diogenia nus.

Pro probatissimo atque incorruptissimo teste. Quod si quis per ironiam torqueat in testem uanum, non incon cinnè dixerit.

Attica fides. Ἀττικὴ πίστις.

Legitur apud eundem de minimè uanis, minimèq; periu ris. Inde natum, quòd apud Atticos templum esset Fidei deæ constructum. Cuius & meminit Plautus.

Rhadamantheum iudicium. Pindarus.

ῥαδαμάνθυος κρίσις.

Id est, Rhadamanthi iudicium. De incorruptè iudicanti bus. Rhadamanthus enim manium iudex, neq; muneri bus, neq; gratia deflectitur, quò minus seuerè iudicet. Ac cõmodari poterit ad mortis necessitatẽ, maximis pari ter ac minimis ex æquo communem.

Iouem lapidem iurare. Cicero.

Qui sanctè ac religiosè deierant. M. Tull. in epist. Quo modo autem tibi placebit, Iouem lapidem iurare, quum scias iratum esse Iouem nemini posse? Sumptũ à prisco feriendi fœderis ritu, quòd à patre patrato manu tenen te lapidem, conceptis uerbis perageba ur, quemadmo dum describit T. Liuius & Macrobius. Lib. 7 Fam. Epist. 12.

Rhadamanthi iusiurandum.

ῥαδαμάνθυος ὅρκος.

Dicebatur quòd uerissimum quidem esset, cæterùm nul lum Deum adscisceret. Socrates per canem & anserem iu rare cõsueuit, ne quem deorum citaret, siue quòd crede ret nullos esse deos, siue quòd arbitraretur non esse boni uiri deos suorum negociorum testes accersere. Græci per caput alterius iurare consueuerunt. Vergil. Per caput hoc iuro. Socrates per canem iurare consueuit.

Viri iureiurando, pueri talis fallendi. Plutarch.

Ὅρκοις ἄνδρας, ἀστραγάλοις δὲ παῖδας ἐξαπατέον.

Id est, Iureiurando uiros, talis pueros oportet fallere.

Docet

Docet uiris nulla re citius imponi posse, quàm iureiurando, quòd nemo tam improbus esse credatur, qui id uelit uiolare. Laconis cuiusdam apophthegma.

Iouis suffragium. Διὸς ψῆφος.

Dicebatur sacrum & inuiolatum. Vnde sententiam eius cuius sit uelut irrefragabilis autoritas, Iouis suffragium rectè dixeris. Aut per ironiam, ubi quis arrogantius de re quapiam pronunciat, suamq; opinionem pro lege atque oraculo postulat accipi. Aiunt enim locum in quo Neptunus & Minerua iudicium peregerunt, utrius nomine, auspiciisq; ciuitas Athenienſium inſtitueretur, Iouis ſuffragium appellatum fuiſſe.

Amphictyonum conſeſſus.

Ἀμφικτυονικὸν συνέδριον.

Id eſt, Amphictyonicus conſeſſus. De frequente grauium uirorum conuentu. Ductum à conuentu illo Græcorũ olim celebratiſſimo, qui Amphictyonum dicitur, uel ab Amphictyone Deucalionis filio.

Pollicentis ſe promiſſa re præſtiturum.

Homerus. Significantes promiſſorum fidem nõ irritam futuram, ſed re præſtituros nos, quòd uerbis ſimus pollitici, illud Homeri uſurpare poterimus:

Nec renouanda, nec irrita, uanáue dico futura,
Quæcunq; annuero, & promiſero uertice moto.

Terẽtius. *Dictum ac factum.* Ῥηχθὲν & πραχθέν.

Prouerbialis figura, qua nihil in negocio procurando prætermiſſum ſignificamus. Terent. Dictum ac factum reddidi.

Mineruæ ſuffragium. Ἡ Ἀθηνᾶς ψῆφος.

De exacto iudicio, contrarium illi: Sus iudicauit. Sed leppidius fiet, ſi per ironiam efferatur in ſtupidum & nullius iudicij hominem.

Strabo. *Veriora ijs, quæ apud Sagram acciderunt.*

Ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ σάγρᾳ.

Dictum

Dictum olim in incredulos, quibus non nisi magno malo docti credunt. Strabo: Post Locros, inquit, Sagra fluuius labitur, in cuius ripa Castoris & Pollucis aræ sitæ sunt, ad quas decem Locrorum millia, unà cum Rheginis aduersus Crotoniatas, numero cēties ac tricies mille, Marte collato uictoriam reportarunt. Addidēre plerique, quo die certamen initum est ijs, qui in Olympijs erant, eum belli euentum nunciatum fuisse. Tanta celeritate nunciatæ pugnæ ueritas comperta est.

Oculis magis habenda fides, quàm auribus. Iulianus.

Ὠτίων ὀφθαλμοὶ πιστότεροι.

Id est, Oculis credendum potius, quàm auribus. Quæ cernuntur certiora sunt quàm quæ audiuntur. Horatius:

Nec retinent patulæ, commissa fidelius aures,
Quàm quæ sunt oculis subiecta.

Domesticus testis.

Οἰκοθεμὸς μάρτυς.

Vbi quis ipse sese laudat. Quasi domi testem habeat, non aliunde adductum.

Venereum iusiurandum. Plato.

Ἀφροδίσιος ὅρκος οὐκ ἐμπολίνιμος.

Id est, Venereum iusiurandum non punitur. Sensus est: Animantium iusiurādum irritum esse, neq; ad eos quicquam pertinere tanquam iocosum.

Dignus qui cum in tenebris mices. Cicero.

Qui certissima esset fide, eum dignum dicebant, qui cum in tenebris micaretur, &c.

De manu in manum.

Cicero libro Epistolarum VII. Totum denique hominem tibi trado de manu, aut aiunt, in manum tuam istam & uictoria & fide præstantem. Tradūtur etiam & qui commendantur.

Manu longa, & manu breui tradere. Idem.

Qui promissis agit, ac spem tantùm ostendit, longa manu dat.

nu dat. Contrà, qui præsens ac statim exhibet quod promittit, breui manu dat.

FOEMINAE.

Homerus. *Fœmina nihil pestilentius.*

Hanc sententiam sic effert Homerus:

οὐκ ἄντιτερον κακὸν ἄλλο γυναικός. Id est,

Vsqueadeò nihil improbius, mulierc̃ peius.

Ignis, mare, mulier, tria mala.

πῦρ καὶ θάλασσα καὶ γυνὴ κακὰ τρία. Id est,

Ignis, fretumc̃, & mulier, hæc mala tria.

Nam incendio nihil formidabilius, mare item periculosissimum est. His autem similimum quiddam esse mulierem sentit paroemia. Lacon quidam, qui quum uxorem duxisset perpusillam, dicebat è malis, quod minimum esset eligendum.

Plutarch. *Sublata lucerna, nihil interest inter mulieres.*

Λύχνου ἀρθέντος γυνὴ πάσης οὐ διαφέρει.

Id est, Lucerna sublata, nihil discriminis inter mulieres. Sentit adagium, nullam mulierem non esse impudicam, si detur facultas sine teste peccandi. Mihi uidetur è uulgo sumptum non ab autoribus.

Homerus. *Malè coniugati.*

Conueniet in eos, qui cum ijs coniugio iuncti sunt, quos non amant.

Diogeni. *Mulieri ne credas, ne mortuæ quidem.*

γυναικὶ μὴ πίστευε, μηδ' ἂν ἀποθανῇ.

Id est, Ne fidem habeas, nec emorienti fœminæ.

Nec mulieri, nec gremio credendum.

Fest. Pōp. Quòd illa incerti ac leuis sit animi, & plerunq; fiat ut in gremio posita dum in obliuionem uenerint, exurgentibus procidant.

Mulierum exitia. γυναικῶν ὄλεθροι.

De ijs qui funditus ac miserabiliter pereunt. Mulieres enim omnium ferè calamitatum autores fuisse uiris dicun-

cuntur. Testis bellum Troianum, testis Hercules à Deianira extinctus. Quanquam hæc magis cõueniebat stulticiæ uirorum adscribere, qui tantum indulgeant mulierculis.

Mulieris oculus.

Γυναικὸς ὄμμα τοῖς ἀκμάζουσιν βέλος.

Id est, Mulieris oculus spiculum iuuenibus est. Vergil. Vritq; uidendo fœmina.

Mulier pudica ne sola sit usquam. Homerus.

Quum admonebimus non conuenire, ut pudica mulier sola citraq; testes cum uiris colloquatur, usui fuerit illud Homeri:

Haud sola, aut illam famulæ binæ comitatæ.

Qui nihil litigat, cœlebs est. Hierony.

Diuus Hieronymus tanquam prouerbio iactatum citat. Indicat adagium, rixosum esse omne cõiugium, nec esse tranquillam uitam, nisi in cœlibatu.

Tanquam Chalcidica nobis peperit uxor.

Ὡσπερ χαλκιδικὴ τέτοκεν ἡμῖν γυνή.

De ea dicebatur, quæ liberos quàm plurimos peperisset. Tradunt Heroinam quampiam fuisse nomine Comben, cui cognomen fuerit Chalcidi, quòd prima arma ærea confecerit. Ea uiro coniuncta, centum liberos enixa dicitur.

Thessala mulier. Θεσσαλικὴ γυνή. Aristoph.

In ueneficas malarum quæ peritas artium dici solitum, propterea quòd ea gens præter cæteras hoc nomine notata est.

Ἐπεφλώισμλίκη.

Dicitur iam propinqua partui. Sumpta metaphora à fici post immissos psenas maturescentibus.

FOCVS.

Focus luculentus in ædibus. Homerus.

Primum domus ornamentum est ut luceat focus. Proinde qui in ædes immigrant nouas, aut in diuersorium

ingrediuntur, ante omnia ignem iubent incendi. Quod ex Homerico sumptum uidetur:

πῦρ νῦν μοι πρώτιστον ἐνὶ μεγάροισι γενέσθω.
Nunc ante omnia mi luceſcat in ædibus ignis.
Αἰθομένῳ δὲ πυρὸς γεραρώτερος· ὄπλον ἰδέσθαι.
Scilicet accenſo domus eſt ornatior igni.

FORMA, DEFORMITAS.

Ominabitur aliquis te conſpecto.

Σὲ δ' οἰωνίσεται τ' ἄρτιος ἰδών.

Qui te conſpexerit, augurium poterit capere. Dici conſueuit in deformes, fœdoq; aſpectu. Veteres exprimo hominis occurſu ſumebant omen. Occurrere formoſo, fœlix omen habebatur: Occurrere deformi, nigroq; contrà.

A furijs oriundus. Ἐξηυρύωπ ἀποξέξ.

Id eſt, A furijs profectus. Olim dicebatur tetra, fœdaq; ſpecie. Item quòd noxium & exitiale ſit, id à furijs ortum aiunt.

Martialis. *Leporem non edit.*

Antiquitus ſuperſtitioſe creditum eſt, eſu leporinæ pulpæ conciliari formam.

Plinius. *Myconius caluus.* Μυκόνιος φαλακρός.

Strabo refert, uulgò Myconios caluos dici ſolitos, quòd in ea inſula uicium hoc quaſi gentilicium ſit, atq; omnibus fermè commune.

Piſtillo caluior. κτέρυ φαλακρότερος.

De magnoperè glabris. Nam ima piſtilli pars calui cranium referre uidetur.

Multam ſyluam geſtas.

Λόχμιον πολλὴν φορεῖς.

Id eſt, Syluam multam portas. Dictum in Phormionem militem quendam hirſutum, denſaq; pilorum obſitum ſylua. Quadrabit, in agreſtem & ſtupidum.

Ariſtoph. *Pronomi barba.* Προνόμου πώγων.

De prælonga dicebatur. Pronomus tibicen quispiã fuit. prolixa barba, gestamine non admodum apposito profestioni. Quandoquidem tibicinum mollicie etiam proutrbia notãr. Conuenit igitur in quosdam, qui alioqui mollissimi uultus, uestiumq; seueritate, uitæ continentiam præferunt.

Nauiges Trœzenem. Eustathi⁹

Πλεύσειας Τροιζῆνα.

Dici solitum in eos, qui quum mento imberbi essent, tamen apositicijs pilis barbam uirilem mentirentur. Inde natum quòd Trœzenis portus quispiam uulgò celebratus sit nomine Barba.

Perdicis crura. Πέρδικος σκέλος. Aristoph.

Id est, Perdicis tibia. Perdix caupo quispiam erat claudus, ab Aristophane locis aliquot notatus. Dicebatur in crura gracilia distortáque. Perdicis pes in loripedes quadrat.

Καλλίπυγοι.

Καλλίπυγοι, Id est, Callipygi, Dicebantur eleganti forma præditæ.

Quod pulchrum, idem amicum.

Τὸ καλὸν φίλον. Idem.

Inter prouerbia conciliantium amicitiam, refertur & hoc apud Platonem in Lyside: Καὶ κινδυνεύῃ κατὰ τὴν ἀρχαίαν παροιμίαν, τὸ καλὸν φίλον εἶναι. Id est, Ac propemodum apparet iuxta ueterem prouerbium, quod pulchrum est, amicum esse. Qui commodi gratia amat, non amat uere, sed quod pulchrum est per se amatur.

Ex ouo prodijt. Ἐξ ᾠοῦ ἐξήλθεμ.

Id est, Ex ouo emersit. Aiunt dici solitum de magnopere formosis ac nitidis, quasi neges communi hominum more natos, sed ex ouo, more Castoris & Pollucis. Siquidẽ est in poëtarum fabulis, Ledam Tyndari filiam, ex Iouis concubitu duo peperisse oua, è quorum altero prodiêre gemini Castor & Pollux, insigni forma iuue-

nes. Ex altero nata est Helena, cuius forma literis omnium est nobilitata.

Plutarch. *Pulchrorum etiam autumnus pulcher est.*

Τῶν καλῶν ⟨◇⟩ ὀπώρη καλή.

Vernis enim mensibus, nihil non tenerum ac nitidum quum omnia adhuc in flore sunt aut in herba. Cæterùm autumni tempore posteaquam iam in culmos aut caulem excreuerunt horridior uidentur. Quadrat igitur in ea, quæ cum natura sit egregia, ne tum quidem fastidienda uidentur, quum maturuerũt. Dicetur non inelegãter in hos, qui bellè portant ætatem.

Lucianus. *Simia est simia, etiam si aurea gestet insignia.*

Admonet fortunæ ornamenta non mutare hominis ingenium. Natum uidetur à simijs illis Aegyptijs, saltationẽ humanã imitantibus. Lucianus refert Apologi.

Thersitæ facies. Θερσίτειον βλέμμα.

Suidas. Id est, Thersitica facies. De prodigiosè deformi dici solitum, quòd Homerus scripserit hunc omnium, qui ad Troiam uenissent, fœdissimum fuisse.

Zenodot. *Corytheo deformior.* Κορυθέως εἰδεχθέστερος.

Aiunt Corytheum quempiam fuisse hominem insignitè stultum ac uecordem, ad hoc forma infelicissima fœdissimaq́, cui liberi item fuerint omnes patrem referentes. Vnde uulgaris dictus est iocus in hominem bardum ac deformem, &c.

Plato. *Simiarum pulcherrima deformis est.*

Τῶν πιθήκων εὐμορφότατος δύσμορφός ἐστι.

Si quis dicat lenonem integerrimũ esse periurum, aut honestissimum histrionem infamem.

Lucilius. *Monogrammi.* Μονόγραμμοι.

In homines macie prętenues aut decolores. Monogrammos appellat Cicero informes, nullaq́ specie.

Simia in purpura. Πίθηκος ἐν πορφύρᾳ.

In hos

In hos, qui tametsi magnifico cultu sint ornati, tamen cuiusmodi sint, ex ipso uultu moribusq; cognoscitur. Vel in eos etiam quibus dignitas additur indecora. Lepidius erit si longius transferatur, uelut in eos qui barba pallioq; simulant sanctimoniam.

FORTITVDO.

Masculum. Varro.

Masculus apud ueteres non semper significat sexum, sed interdum quicquid uegetum solidum ac robustum est, Masculum dicitur. Lepidius erit si ad incorporea transferatur, ueluti cum excelsum fortemq; animum Masculum appellamus.

Adamantinus. Ἀδαμάντινος. Plato.

Pro eo quod est, Inexorabilis, infatigabilis: huic prouerbio incredibilis huius lapidis duricies locum fecit.

Adsimia sunt:

Naxia cos.		Ferreus, aheneus.
Cornea fibra.	Achilles.	Achilleum argumentum.

Aut manenti uincendum, aut moriendum.

Ἢ μένοντα ἀποθανεῖν, ἢ νικᾶν.

Id est, Oportet aut manentem uincere, aut interire. Dici solitum, ubi certa stat sententia, aut negocium aliquod absoluere, aut immori.

Ἢ τᾶν, ἢ ἐπὶ τᾶς.

Celebrarum est cuiusdam Lacenæ apophthegma, quæ filio tradens clypeum dixerit: Ἢ τὰν ἢ ἐπὶ τᾶς. Id est, Aut hunc, aut super hunc. Laconicè significans aut referendum clypeum, aut in eo moriendum.

Thurium lema. Θούριον λῆμα.

Dicebant animum intrepidum & ad bellum paratum. Λῆμα Græcis sonat uoluntatem, animum, siue propositum, aut dignitatem & autoritatem. Thurion autem dicitur quicquid est uehemens ac bellicum.

Inflige plagam ab aratro.

Παῖε τὸν ἐπ' ἀρότρου.

Id est, Inflige plagam aratri, siue impinge uomerem. Cum iubebimus strenuè pugnare, licet sine arte.

Mœnia ferrea, non terrea.

Innuit non oportere, tu tamẽtum ciuitatis in mœnibus collocare, sed in uiris armatis: quorum cõsensus, murorum inexpugnabilium uice ciuitatẽ optimè tuetur. Horatius: Hic murus aheneus esto.

Homerus. *Præbere uiros.*

Ad fortiter agendum ferendum'ue adhortabimur hoc carmine Homeri ex Iliad. P.

Ἀνέρες ἐστὲ φίλοι, μνήσασθε δὲ δούρατος ἀλκῆς. Id est,

Eia estote uiri, ualidasq; expromite uires.

Homerus. *Reijcientis autorem formidinis.*

Territanti, metumq; inanem iniscienti, uersum hunc occinere licebit, quo Sthenelum alloquitur Diomedes:

Μήτε φόβον δ' ἄγορευε.

Ne trepidandi mihi autor sis.

Homerus. *Vnum augurium optimum, tueri patriam.*

Abijt in prouerbium etiam hic uersus Homericus:

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. Id est,

Vna auis optima, pro patria pugnare tuenda.

In Lipsydrio pugnas. Επι λειψυδρίῳ μάχῃ.

Lipsydrium locus erat haud procul à Parnethe, quem mœnibus cinxerant tyranni, qui profugerant ex urbe. Prouerbium dictum in strenuos & bellicosos uiros.

Solæ Lacænæ uiros pariunt.

Plutarch. Μόναι λάκαιναι ἄνδρας τίκτουσι.

Apud Lacedæmonios fortissimi uiri nascebantur, & apud eosdem matres seuerè natos educabant.

FORTVNAE COMMVTATIO.

Lucianus. *Testulæ transmutatio.* Ὀστράκου πρόσωπον. Id est,

Id est, Testulæ conuersio. De rebus repentè in diuersum commutatis, non absurdè uideri potest dictũ adagium. De lusu ostracorum quære in Chiliadibus magnis.

Alia uita, alia diæta.

Ἄλλος βίος, ἄλλη δίαιτα.

Id est, Alia uita, alia uiuendi ratio. In eos quadrabit, quĩ commutata in melius fortuna, pariter & uitæ rationẽ, mores q; commutant. Translatum ab ijs, qui lautius inci piunt uiuere, ubi res lautior obtigit.

Nunc pluit & claro, nunc Iuppiter æthere fulget. Theocrit.

Χ' ὦ ξεύς ἄλλοκα μὲν τέλει αἰθριος ἄλλοκα δ' ὗδ.

Id est, Nunc pluit, & claro nunc Iuppiter æthere lucet. Huic affinis est allegoria Pindarica. Nõ semper eosdem flare uentos, sed nunc hos, nunc illos.

Cum Deo quisq; & gaudet & flet. Sophocl.

Σὺν θεῷ τοῖς τε γελᾷ κοὐ δύρεται.

Id est, Deo uolẽte, quisq; ridet atq; flet. Admonet adagiũ rerum humanarum celerem esse commutationem, neq; in nobis situm, ut res perpetuò secundæ sint.

Ipsa dies quandoq; parens, quandoq; nouerca est. Hesiodus.

Ἄλλοτε μὲν θέλει ἡμέρα, ἄλλοτε μήτηρ.

Eo uersu significatum est, non omni die bene esse posse, sed isto bene, atq; alio malè. Inde translatum, quòd ma tres bene uolunt liberis, nouercæ oderunt priuignos.

Omnium rerum uicißitudo est. Terẽtius.

Quæ sententia significat, in rebus mortalium nihil esse perpetuum, nihil stabile, sed omnia uelut æstuario quo dam fluxu, refluxuq; decedere atq; accedere. Variæ fortunæ uires, & nunc læta, nunc tristia contingunt unicuique.

Multæ rotæ uoluentur.

Πολλοὶ κινήσονται ἔτι τροχοὶ ἅρματος ἵπποι.

Id est, Permultis uoluetur adhuc rota mota caballis,

Multum adhuc temporis restat, multæq; rerum incidēt mutationes.

Fortuna æstuaria. Τύχη εὔριπος.

Id est, Fortuna euripus siue uolubilis, quod uidelicet nūc huic fauere soleat, nunc illi.

Cicero. *Fors domina campi.*

In creandis magistratibus non semper uincebat, qui potior esset, sed cui fortuna fauebat. Nam à populi suffragijs res omnis pendebat. M. Tullius in Pisonem: Sed omitto ut sit factus uterq; nostrūm: sit sanè Fors domina campi, magnificentius est dicere, quemadmodum gesserimus consulatum.

Cicero. *Multa in medio.*

Antea commemorauimus, *Multa cadunt inter* calicem *supremaq; labra.* Idem alia metaphora extulit M. Tullius ad Atticum libro sexto: Non quò me aliquid iuuare posses, quippe res in manibus: tu autem abes longè gentium.

Πολλὰ δ' ἐν μεταιχμίῳ
Νότου κυλίνδει κύματ' εὐρείης ἁλός.

Ita sentit Cicero multas rerum nouationes exorituras antequam Atticus, qui procul aberat, possit opitulari. Senarij sunt, quos ita uertas licet:

Sed interim in medio notus.
Multas patientis uoluit undas æquoris.

Inter manum & mentum.

Fest. Pōp. Festus Pompeius indicat esse prouerbium apud Latinos, sed ex illo Græco ductum: πολλὰ μεταξὺ τοῦ κύλικος καὶ χείλους ἁκροῦ. Cuius originem ita refert: quum Chalchas uitem sereret, quidam augur uicinus præteriens, dixit illum errare. Non enim ei fas esse nouum uinum degustare. Prouerbium admonet nihil certi esse in hominum uita. Nam sæpenumero fit, ut quod nos maximè tenere credimus, casus aliquis inopinatus interuertat. Veluti cum quis manu tenet poculum, minimumque spatij sit inter manum & mentum: tamen interdum fit

fit, utis moriatur antequam bibat, &c.

Huc pertinent alibi citata.

Bene natus turpe est malè uiuere.

Mars communis. Dolia duo.

Circulus res mortalium. Iucunda uicissitudo rerum.

Victoria. Ετθραλκὴς. Homerus.

Homerus locis aliquot appellat τετραλκὲς ἀνίκην. Id est, Victoriam alternatim nunc his, nunc illis obtingentem.

Res in foro nostro uertitur. Plautus.

Id est, Fortunas nostras commutari in diuersum intelligo. Traductum à mercantibus, in quibus rerum precium pro tempore sæpenumero commutatur. Cognatum illis: Vti foro.

Flos cinis.

Dici solitum uidetur in fugacitatem humanæ uitæ, hodie floret iuuentus, cras erit in sepulchro.

Catastrophe fabulæ. Lucianus.

Cuiuslibet exitum rei, prouerbiali figura catastrophen uocamus.

Vbi non sis, qui fueris, non est cur uelis uiuere. Cicero.

Sumptum est à communi mortalium affectu, qui nihil minus tolerandum putant, quàm ut inter eos neglecti, aut etiam notati uiuant, apud quos aliquãdo cum splendore atq; autoritate fint uersati.

Ad pristina præsepia. Plautus.

In eos dicebatur, qui è uita quapiam lautiore excussi, ad pristinam tenuitatem rediguntur. Translatum ab animantibus, quibus nota familiaria atq; præsepia gratissima solent esse.

A remo ad tribunal.

Ἀπὸ κώπης ἐς δ' βῆμα.

Dici solitum, ubi quis repentè ab infima conditione prouehitur ad honesti muneris administrationem.

Dionysius Corinthi. Διονύσιος ἐν κορίνθῳ. Cicero.

Pro-

Prouerbialis allegoria, qua significamus aliquem è summa dignitate atq; imperio, ad priuatam humilemq; redactum fortunam, quemadmodum Dionysius Syracusanorum tyrannus expulsus imperio, Corinthi pueros literas ac inuficam mercede docuit.

Plautus. *Citius, quàm formicæ papauer.*

De subita rerum consumptione, non aliter, quàm si papauer obiicias agmini formicarum. Mox enim distrahitur aceruus, dum unaquæq; suum arripit granulum.

Plinius. *Nemo mortalium omnibus horis sapit.*

Sensus uel citra interpretem liquet: nempe neminem esse, qui non aliqua parte uitæ desipiat.

Zenodot. *Pitana sum.* Πιτάνη εἰμί.

Zenodotus indicat dici solitum de iis, qui in extremas redacti calamitates, ab eisdem denuo in pristinam felicitatem restituuntur. Sic enim euenisse quondam Pitanæ Aeolitæ ciuitati.

Plautus. *Quod alius condiuit coquus, aliter condit.*

Vbi quis rem omnẽ nouat ac pertur bat, conueniet Plautinum illud.

Publius. *Bona nemini hora est.*

Bona nemini hora est, quin alicui sit mala. Ita fortuna euerauit res mortalium, ut quod huic lætum est, alii parat dolorem. Nisi mauis pro alicui legere alicubi.

Fest. Põp. *Osculana pugna.*

Festus Pomp. indicat, Osculanam pugnam prouerbio dici solitam quoties uicti uincerent.

Aulus Hirtius. *Per manus tradere.*

Quod successione quadã ab aliis ad alios deuenit. Quod trãslatum uidetur ab his, qui nauim aut plaustrum exonerant.

Cicero. *De manu in manum.*

A superiore non usquequaq; dissimile est. Traduntur & qui commendantur. Terent. Hanc in manum dat:

Atheni-

Athenienſium inconſulta temeritas.

Ἡ τῶν Ἀθηναίων Δυσβουλία.

Quadrat in eos, quibus malè conſulta uertunt bene. Nam id olim uulgò tributum eſt Athenienſibus, quòd ipſi quidem ſocorditer conſultarent, parumq; proſpicerent, uerùm Minerua ciuitatis præſes, illorum malè inſtituta bene uertere conſueuit. Simile eſt huic: Eſt fortunatior quàm prudentior.

Dormientis rete trahit.

Εὕδοντι κύρτος ἁιρεῖ.

Id eſt, Dormienti rete capit. In eos, quibus contra conatum obtingunt ea, quæ cupiunt. Natum ex euentu, quòd aliquando acciderit, ut dormientibus piſcatoribus, piſces fortè retibus inuoluti caperentur. Citatum alibi quoque.

In nihil ſapiendo iucundiſſima uita. Sophocl.

Sophocles in Aiace:

Ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν ἥδιστος βίος.
Τὸ μὴ φρονεῖν γάρ, κἀπὸ τ' ἀνωδύνου κακοῦ. Id eſt,
Suauiſſima hic eſt uita, ſi ſapias nihil.
Nam ſapere nil, doloris expers eſt malum.

Huic concinit illud Eccleſiaſtæ dictum: In multa ſapientia, multa indignatio. Et qui addit ſcientiam, adijciet & laborem.

Malum uas non frangitur.

Κακὸν ἄγγος οὐ κλᾶται.

Simili metaphora dicũt hodie: Malam herbam non perire. Qui deterior, is nonnunquam uiuacior, & in periculis tutior.

FRAVS AB AMICO.

Κύκλῳ περιέλκειν.

Qui arte circumagit quempiam, ut quũ ſe putet aliquid egiſſe, nihil egerit, aut in idem recidat unde uolebat extricari, κύκλῳ περιελκτὸς dicitur.

Vallus

Aristoph. *Vallus uitem decepit.*

Ἠχάραξ τὴν ἄμπελον ἐξηπάτησεν.

Vbi quispiam ab eo fallitur aut luditur, à quo pẽdebat, cuiusq; fide nitebatur.

Canis mendico auxilians.

Κύων γὰρ πτωχῷ βοηθῶν.

Vbi quis nobis aduersatur, & diuersis studet partibus, is cuius auxilio nitebamur. Nam canes infesti sunt mendicis uelut ὁμοτίχνοις, nisi quando frusto panis eorum puntur.

FRVGALITAS.

Suidas. *Acolo non fico.*

Ἀκόλῳ τὰ χείλη οὐ σύκῳ βύσας.

Id est, Acolo, non ficui immergere labra. Prouerbium hortatur ad uictum tenuem. Nam ἀκόλους Græci uocant minutas offulas.

μῦσικνῶφι.

Dicebatur agere, qui durè ac ficcè uiuerent. Vox ficta uidetur à mure & palea, quòd mus in re pusilla uehementer laboret.

Allium in retibus. Σκόροδον ἐν δικτύοις.

De sordido commeatu dicebatur.

Phormionis thori. Στιβάδες φορμίωνος.

Suidas. De stratis sordidis ac frugalibus, minimeq; delicatis, qualia sunt cubilia militaria. Refertur à Suida. Phormio dux fuit quispiam militum.

Cilicij imperatores. Κιλίκιοι στρατηγοί.

Diogenianus. Id est, Cilicũ duces. Dicebantur homines hirsuti & pilis obsiti. Vnde & saga pilis contexta, cilicia uocantur.

Vita doliaris. Ζωὴ πίθου.

Id est, Vita dolĩ, Prouerbio dicitur uita frugalis, parca, ab omni strepitu atq; ambitione semota, breuiter talis, qualem Diogenes nobilis ille Cynicus Athenis egisse legitur

ginur. Poterit torqueri & in eos, qui *nimium* sordidè, nimis durè atq; immundè uiuunt.

Tanquam in phiditijs.

Ὡσπερ ἐν φειδιτίοις.

Vbi quid parcius nimiumq; frugaliter actum significabimus. Lacedæmonij publica loca habebant, in quibus cibum caperent. In his accipiebant hospites ac legatos suos, sed apparatu perparco.

Hecatæ cœna.

Veteres cœnam perparcam & impendio frugalem, Hecatę cœnam appellabãt, quòd apud inferos tenuissimo uictu, minimoq; cibo, eoq; uilissimo uiuuntur.

Oliuam ne comedas. Chrysip.

Adagij usum non uideo, nisi si quando significabimus extremam uictus parsimoniam, ut nec urticę quicquam adhibeatur condimenti.

Sicyon arrodens, uxor lucernam texe.

Τὸν σικυὸν τρώγουσα γύναι, τὴν λαμπάδα ὕφαινε. Id est, Athenęus.

Arrodens Sicyon uxor subtexe lucernam.

Verba mariti iubentis, ut uxor tenui cõtenta uictu, peragat opus suum. Sicyon seu Sicyos bubi genus est, aut certè peponis: nonnulli putant cucumeris.

Thymbra uictitans. Θυμβροφάγοι.

Id est, Thymbra uictitantes. Adagio dicebantur, uel qui tutius ac liberius uitam agerent, uel qui moribus essent parum blandis, uel qui hilariter citraque solicitudinem paruo contenti uiuerent, quòd thymbra herbæ genus sit, &c.

Salem lingere. ἅλα λείχειν.

Dicuntur, qui perquam tenuiter uictitant. Diogenes Plautus. quum à Cratero prædiuite quodam inuitaretur ut ad se ueniret, usurus hospitio suo, suáque liberalitate: respondit, se malle salem Athenis lingere, quàm apud illum opiparis mensis frui.

Si caseum haberem, non desiderarem opsonium. Plutarch.

Εἰ τυρὸν

Εἰ τυρὸν εἶχον, οὐκ ἂν ἐδεόμην ὄψου.

Id est, Si caseum haberem, non egerem opsonio. Dicendum, ubi quis minimis utilissimisq; contentus est.

Stobæus. *Xenocratis caseolus.* Ξενοκράτους τυρίον.

De cibo qui perquam diu durat priusquam absumatur. Appositè dicetur in sordidos quosdam, quibus hic mos est, omnem penum eduscq; seruare, quoad fuerit corruptus. Sumptum adagium ab admirabili Xenocratis frugalitate.

Homerus. *Aspera uita, sed salubris.*

In uitæ rationem, duriusculam quidem, sed tamen adrectam morum institutionem idoneam, conuenit illud Homeri ex Odyss. I.

Τραχεῖ ἀλλ' ἀγαθὴ κερτομίφ. Id est,
Aspera, sed iuuenum nutrix bona.

Plinius. *Salem & caseum edere.*

Consimile hoc cum præcedentibus.

FRVSTRATA SPES.

Coruum delusit hiantem.

Horatius. In captatorem spe sua frustratum utitur Horatius. Nam hæc quoq; auis cadaueribus imminet.

Lucianus. *Thesaurus carbones erant.*

Ἀνθρακες ὁ θησαυρός τοι ἔφυκεν.

In eos competit, qui spe sua frustrãtur, quicq; magnificis rebus expectatis, meras nugas reperiunt. Ex euentu quopiam natum uidetur, quo quispiam thesauri spe fodiens, carbones defossos inuenit.

Terentius *Bolus ereptus è faucibus.*

Dicitur, quoties commoditas aliqua, quæ iam propemodum tenebatur, præter expectatiõem subitò præripitur. Terent. Crucior bolum tantum mihi esse ereptum subito è faucibus.

Murem pro leone ostendit.

Mus

Μῦμ ἀντὶ λέοντος ἀπέδειξε.

Prouerbiali schemate dictum, pro eo quod est, ingentia pollicitus & fortia, longè diuersa exhibuit.

Concupiuit assam farinam. Ἤρατο ὀπτῶ ἄλευρω. Theocri.

In eum dicebatur, qui domesticam tenuitatem pertæsus, apud alios lautiorem uitam quæsisset: farinam assam & nouam, lautiorẽ uictus ratiõem uocat, propterea quòd priscos illos pulte duntaxat uictitasse legimus, uidelicet clibano coquendi panis usu nondum reperto.

Ne per somnium quidem. Οὐδ' ὄναρ. Lucianus.

Id est, Ne in somnio quidem. Græcis prouerbialiter dictum est pro eo, quod est: Nulla ratione, nullo tempore, ne sperare quidem audeas.

Aliena iacis. Ἀλλότρια βάλλεις. Diogeni.

Quoties res parum ex animo sentẽtia cadit. Trãslatum ab ijs, qui ludunt aleam, quibus iacientibus interdum ea cadunt, quæ minimè sunt ad uictoriam accommoda.

Larus parturit. Κέπφος ὠδίνει. Aristoph.

Id est, Cepphus parturit. Aiunt Cepphum auiculam esse, quam nonnulli Larum appellant, plumis ac pennis esse copiosis, corpore pusillo: quũ parturit uociferari. Hinc natum prouerbium, Larus parturit, ubi quis magna præ se fert, pusilla præstiturus.

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. Aesopus.

Ὠδίνεν ὄρη· εἶτα μυῶν ἀπέκτεκεν.

Id est, Mons parturibat, deinde murem prodidit. Dici solitum in homines gloriosos & ostentatores, qui magnificis promissis, tum uultus, uestitus & autoritate miram de se mouent expectationem. Verùm ubi ad rem uentũ est, meras nugas adferunt.

Lupus circum puteum chorum agit. Zenodot.

Λύκος περὶ φρέαρ χορεύει.

In eos dicetur, qui sumpta inaniter opera, spe sua frustrantur. Aiunt enim lupo morem esse, ut si quando sitiat,

tiat, nec tutò se possit demittere, circum puteum oberret, frustra inhians aquæ, quam non possit contingere.

Lupus hiat. Λύκος ἔχανεν.

Aristoph. Dicebatur, si quis re multum sperata, multumq; appetita, frustratus discederet. Aiunt enim lupum prædæ inhiantem rictu latè diducto occurrere, quasi frustretur obambulare hiantem.

Aurificem te futurum credebas.

Χρυσοχόον σ' ἤου.

Id est, Aurificem te futurum arbitrabare. Inualuerat ali quando fama apud uulgus Athenienſium, in Hymetto monte magna auri fragmenta uideri, quæ à formicis illis pugnacibus seruarentur. Itaq; quidam credulitate sumptis armis exierunt illas expugnaturi. Qui cũ re infecta, frustraq; sumpto labore redirent in urbem, irrisi sunt à cæteris ciuibus illud obiectantibus, &c.

Suidas. *Quærens opsonium, uestem perdidi.*

Ζητῶν γὰρ ὄψον ἱμάτιον ἀπώλεσα.

Id est, Opsonium dum quæro, uestem perdidi. Vbi res pessimè cadit, aut quum puſilla quædam captãtes maiora perdimus. Est ab euẽtu profectum, quo fur quispiam dum studet cibum tollere, comprehẽsus, uix pallio quoque relicto effugit.

Cadere in cursu.

Cadere in cursu, est expetita laude frustrari, quẽadmodum si quis ad lauream theologicam contendens, emoriatur, priusquam ad summum eius nominis fastigium peruenerit.

Phurnut⁹ *Ne quære mollia, ne tibi contingant dura.*

Μὴ τὰ μαλακὰ μώεο, μὴ τά σκληρὰ ἔχῃς.

Id est, Ne quære mollia, ne dura feras. Congruit in eos, qui dum nimis improbè ac morosè petunt, quæ uolunt, offensis ijs, à quibus petunt, accipiunt ea, quæ nolunt. Aut in eos, qui dum præter modum captant uoluptatem, incidunt in molestiam.

Duos

Duos insequens lepores, neutrum capit.

Ὁ δύο πῶκας διώκων, οὐδὲ ἕτερον καταλαμβάνει.

Idest, Qui duos insectatur lepores, neutrum capit. Huius prouerbij sensus est: Qui simul duplex captat commodum, utroq; frustratur.

Hic funis nihil attraxit. Aristoph.

Αὕτη μὲν μύζινθος οὐδὲν ἕλκυσεν.

Idest, Funis quidem iste piscium attraxit nihil. Quo significabant operam frustra sumptam, nec ex sententia euenisse, quòd quis conabatur.

Inani spe flagrat. Κεναῖσιν ἐλπίσι βρμαίνει.

Id est, inanibus spebus incenditur. In eum, qui frustra sibi magna pollicetur.

Fluuius non semper fert secures.

Οὐκ ἀεὶ ποταμὸς ἀξίνας φέρει. Aesopus.

Non protinus tibi speres idem, quod alijs fœliciter cessit. Natum ab apologo Aesopico: Cuidam cædenti syluã, securis è manibus excidit, Mercurius inuocatus reddidit argenteam, &c.

Spem precio emere. Terẽtius.

Est lucrum incertum, & in euentu situm, certo affectare damno. Terentius in Adelphis: Ego spem precio non emam.

Semper agricola in nouum annum diues.

Ἀεὶ γεωργὸς εἰς νέωτα πλούσιος.

Id est, Agricola semper diues annum in proximum. De ijs dictitatum, qui spe futuri compendij diuites sunt, ac sibimet expectatione rerum amplarum blandiũtur. Dictum à colonis, qui semper proximæ æstatis uberiorem prouentum sibi pollicentur, eáq; spe iam sumptus non nullos audent facere.

Cretenses sacrum. Οἱ κρῆτες τὴν θυσίαν. Zenodo.

Id est, Cretenses sacrum, scilicet faciunt, aut simile quippiam. Dicetur, ubi quis non fruitur his, quæ parauit.

Nucleum amisi, reliquit pignori putamina.

Plautus. Plaut. in Captiuis duobus: Verba sunt Hegionis, ubi resciuisset sibi impositum esse, & herum amissum pro seruo, & seruum pro domino retentum. Is enim ex quo fructus expectabatur, aufugerat eo relicto, ex quo nihil emolumenti poterat capi. Allegoria per se liquet.

Prævertit ancoræ iactum Deus.

Ἀλλ' ἀντέπεσσε πλὼς ἐπ' ἄγκυραν θεός.

Id est, Sed anteuertit ancoræ iactum Deus. Quum res præter spem euenit. Traductum à nautis, quibus accidit sæpenumero, ut quum parant sese ut ancoram iaciant, in portum appulsuri, repellantur à uentis, & in mediam tempestatem reuocentur.

In caducum parietem inclinare.

Hadrian. imperator. Qui senis præsidio nititur, qui forma superbit, qui in caducis fortunæ bonis uitæ præsidia collocat, rectè dicetur in caducum inclinare parietem.

Fœdum est & mansisse diu, uacuumq; redisse.

Homerus. Homerus Iliados 2. libro:

Αἰσχρόν τοι μίμνειν, κἠνίον τε νέεσθαι. Id est,
Turpe est & mansisse diu, uacuumq; redisse.

Conueniet, ubi quis longam de se concitauit expectationem, cui postea non respondeat. Veluti si quis studij causa diu peregrinatus, domum redeat nihilo doctior.

Idem. *Non omnia eueniunt, quæ in animo statueris.*

Ἀλλ' οὐ Ζεὺς ἄνδρεσι νήματα πάντα τελεύτᾳ.

Iuppiter haud animo quicquid conceperis, illud
Perficit extemplo.

Rectè utemur, quoties significabimus non euenire protinus, quicquid spe, uotisq; conceperimus.

Esaiæ, 36. 4. Reg. 18. Ezech. 29. *Scipioni arundineo inniti.*

De eo, qui spes suas figit in his, qui non solum non possunt

sunt esse præsidio, uerùm etiam noceant destituto. Siquidem arundineus scipio non modo non sustinet innitentem, uerùm etiam manum penetrat ac uulnerat.

FVERVNT NON SVNT.

Sæpè etiam est holitor ualde opportuna loquutus. Gellius.

πολλάκι Ϛ κυπωρὸς ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν.

Quo quidem admonemur, non esse fastidiendam salutarem scientiam propter autoris humilitatẽ. Cicero: Sæpè est etiã sub pallio sordido sapientia. Plautus: Vt summa sæpè ingenia in occulto latent.

Effertur & ad hunc modum, & rectius fortasse.

πολλάκι τοι κ, μωρὸς ἀνὴρ κατακαίριον εἶπεν.

Sæpè etiam stultus fuit opportuna locutus.

Summaria indicatura. Ρωπικὸν ὤνιον. Diogeni.

De rebus uilibus, magno tamen empris. Quemadmodũ fit nonnunquam in auctionibus, quum non expẽditur sigillatim uniuscuiusq; rei precium, sed multa simul cõgesta pariter æstimantur.

Nam iam illi non sunt: at qui sunt, mali.

Οἱ μὲν γὰρ οὐκ ἔτ' εἰσὶν, εἰδ' ὄντες κακοί.

Id est, Partim haud quidem iam sunt: at ij qui sunt, mali. Dici solitum, ubi quis requirit ea, quæ quondam quidem extiterunt, uerùm temporum culpa perierunt. Veluti si quis inter principes, Codros, Camillos, Fabricios, Epaminondas hac tempestate requirat.

Fuêre quondam strennui Milesij.

πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.

Hoc senario notabant eos, qui à pristina fortuna defluxissent, aut à maiorũ moribus degenerassent. Breuiter in omnes quadrabit, qui desierunt esse quod erant, facti deteriores.

Fuimus Troës. ἤμεν τρῶες. Vergilius.

Eo utemur, ubi perisse quempiam significamus. Vergilius: Fuimus Troës, fuit Ilium & ingens

Gloria Teucrorum.

FVCVS.

Lecythum habet in malis.

Aristoph. Ἔχει μ' λήκυθον πρὸς τὰς γνάθους. Id est, Lecythum habere ad malas, tectum & ænigmaticum est conuicium in anus, quæ rugas illitis pigmentis dissimulant. Lecythum appellat uasculum unguentarium unde fucatur facies.

Schœnicolæ.

Plautus. Festus Pompeius indicat Schœnicolas olim appellata scorta plebeia aculia, ab unguento uilissimo quo obliuntur. Plautus in Pœnulo: Miseras, schœno deliburas, schœnicolas sordidas.

Oleo nitidius.

Idem. Olei nitor adeò uenerat in prouerbium, ut mysticè quoque literæ iubeant facie oleo uncta dissimulare tristitiã ieiunii. Plaut. in Truculento de amica pulchrè comptã: Feruidè utrota floret, ut oleum nitidè nitet. Oleum nitorem ac lucem addit rebus omnibus.

GARRVLITAS.

Archytæ crepitaculum.

Ἀρχύτου πλαταγή.

In hominem uehementer garrulum & obstreperum iaciebatur. Archytas crepitaculi genus æreum excogitauit quòd pueris lusitantibus daretur, ne quid interim ex uasis domesticis contingerent.

Menãder. *Arabicus tibicen.*

Ἀραβικὸς αὐλητής.

Aut Arabicus nuncius. In eos dici solitum, qui à semel cœptis nunquam desistunt. Adagium hinc nãtum existimant, quòd tibijs canendi artem nõ discebant ingenui, tanquam sordidam, sed hanc sola mãcipia exercebant, quæ plerunq; ex Arabia producebantur.

Thy-

Turture loquacior. Aristoph.

τρυγόνος λαλίστερος.

Ingarrulos & impendio loquaculos homines dici solitum. Sumpta metaphora ab auis natura, quæ uocem cedens etiam caudam mouere uiderur.

Prolixius Iliade. Iul. Poll.

Μακρότερα τῆς ἰλιάδος λαλῶν.

Id est, Prolixiora Iliade loquens. Est autem Ilias nobile opus Homeri, quo Troiæ captæ historiam libris XXIIII. explicat, quum Vergil XII. libris complexus sit, quod ex utroq; opere uisum est decerpere.

Cornicari. Persius.

Quin & Græci prouerbio κραύζειν dicunt, pro eo quod est, Inhiare prædæ, aut ineptè garrire, cornicum more. Persius Satyra V. Nescio quid tecum graue cornicaris ineptè.

Musarum aues. Μουσῶν ὄρνιθας. Theocrī.

Musarum aues, non absq; prouerbij specie, Theocritus in Thalysia appellat poëtas, quòd luscinijarum in morem assiduè canãt sua poëmata. Scholiastes admonet omnes aues canoras, musarum aues appellari. Sentit autem sibi displicere poëtas, qui cuculorum more audent Homero occinere.

Tam multa, quàm sapiens. Homerus.

Aristoteles libro Rhetoricorũ tertio, Admonens ne Orator crebris enthymematibus utatur, sed tantum intermiscear, subijcit hoc carmen Homeri ni fallor, ceu uulgò iactatum:

ὦ φίλ' ἐπεὶ τόσα ἴσθι, ὅσ' ἄν τις πεπνυμένος ἀνήρ. Id est,

Quandoquidem nobis tam multa locutus amice es,
Quàm multa prudens uir diceret atq; peritus.

Conueniet in hominem multa loquentem potius, quàm opportuna.

Daulia cornix. Δαυλίαν κορώνην.

Id est, Dauliam cornicem. Luſciniam uocant poëtæ: ſiue quòd Tereus in Daulide Phocidis cum ea uixerit, ſiue q illic Philomela mutata ſit in auem. Dictum eſt in garrulos aut canoros.

Hirundinum muſea. Χελιδόνων μυσεῖα.

Ariſtoph. Conuenit hoc in imperitos & tamen garrulos. Hirundines enim inepto garritu plus tædĝ auditoribus adferũt, quàm uoluptatis.

Luſciniæ nugis inſidentes.

Ἀηδόνες λέχαις ἐγκαθήμεναι.

Conuenit hoc ad eruditos, qui tamen immodicè ſuo ſtudio delectentur, quod genus ſunt Poëtæ potiſſimum. Plinius lib X. cap. XXIX de Luſcinia.

Dodonæum æs. Δωδωναῖον χαλκόν.

Menãder. Id eſt, Dodonæum cymbalũ aut tintinnabulũ. In hominẽ dici cõſueuit improbæ atq; importunæ loquacitatis.

Caute loquacior. Ραχίας λαλίστερος.

Prouerbialis hyperbole. In hoïem immodicè ac permoleſtè garrulũ. Sumpta metaphora à cautibus, quæ quoniã aſſiduis fluctibus tũduntur, multo reſonãt fragore.

Littore loquacior. Ραχίας λαλίστερος.

In rabulam & obſtreperum dicebatur. Nam ῥαχία Græcis littus appellabatur, præſertim ſcopulis ac rupibus aſperum quod aſſiduis tunditur fluctibus non ſine fragore. Vnde & Græca uox ducta uidetur.

Cicada uocalior. Τέττιγος εὐφωνότερος.

Id eſt, Cicada uocalior. Dicebatur in hominem impendio garrulum, aut admodum muſicum, propterea quòd hoc inſectum rore duntaxat uiuens, cantu potiſſimum delectetur.

Non eſt eiuſdem & multa, & opportuna dicere.

Χωρὶς τὸ τὰ εἰπεῖν πολλὰ καὶ τὰ καίρια.

Id eſt, Seiuncta ſunt hæc, multa & apta dicere. Admonet uitandam multiloquentiam, quòd ferè labi neceſſe ſit, qui-

quisquis multum loqui conetur. Extat & in Hebræorum prouerbijs, in multiloquijs non abesse peccatum. Prouer. 10

Homo semper contradicens. Galenus.

Galenus refert hanc sententiam ut uulgò celebratam: Οὐδὲν ἐστιν ἀπιραντολογώτερον ἀνθρώπου. Id est, Nihil est pertinacius ad contradicendũ, quàm homo. Conuenit in eos, qui nunquam fatentur se uictos.

Os infrene. Ἀχάλινον στόμα.

Os infrene uocant os petulans & maledicum. Sumpta metaphora ab equis nullo freno coërcitis. Competit in multos concionatores, non Euangelicos, sed sycophanticos ac meros adulatores.

Tanquam suber. Ὡς φελλός. Pindarus.

De his, qui non norunt dissimulare. Tractum à natura ligni, quod non solum ipsum non mergitur, uerùm etiam alligatum alijs ne fidant sustinet. Vnde retibus assuitur.

Telenicia echo. Τελενίκιος ἠχώ.

Rectè dicetur oratio fatui. Sic enim uocant crepitum uasculorum inanium.

Balneator. Βαλανεύς. Diogeni.

Siue balnei caupo. Id nominis uulgato conuicio diceba tur in hominem alienarum rerum plus satis curiosum, propterea quòd huiusmodi genus hominum, quoniam in ocio uiuit, neq; suis negocijs distinetur, aliena curare consueuit. Cuiusmodi sunt & tonsores.

Battologia Laconismus.

Battologia Græcis multiloquium uocatur, à Batto quopiam inepto Poëta, qui hymnos quosdã conscripsit prolixos, in quibus eadem crebrius iterabantur. Hinc uox etiam conficta βαττολογεῖν. Ed uerso λακωνισμός. id est, Laconismus, in breuiloquentiæ significationem abijt.

Moschus canens Bœoticum.

Μόσχος ἄδων Βοιώτιον.

Quadrabit in multiloquos, sed tamen ineptè loquaces:

Horatius. *Si coruus poßit tacitus pasci.*

Horatius: Sed tacitus pasci si posset coruus, haberet
Plus dapis, & rixæ multò minus, inuidiæq;.
Quadrabit in eos, qui si quid bonæ rei nacti sunt, continuò iactant, ostentantq;, atq; ad eum modum efficiunt ut alij tum obsistant, quò minus eiusmodi cõmoda nanciscantur, tum quæ nacti sunt interuertant.

Cicero. *Quicquid in linguam uenerit.*

Plato. *Quicquid in buccam uenerit.*

Quoties liberè quospiam ac turò loqui significamus, incircunspectè, & quicquid fortè fortuna in animum inciderit.

Plutarch. *Citra uinum temulentia.* Ἄοινος μέθη.

Id est, Ebrietas absq; uino. Vulgò panariam ebrietatem appellant arrogantiam, licentiamq; morum, quæ secundis rebus comes esse consueuit. Horatius insolentiam ebrietatem uocat: Fortunaq; dulci ebria.

Meliacum remigium. Τὸ μελιακὸν πλῆθος.

In futilem, & rimarum, ut ait Terentius, plenum, hacatque illac perfluentem, dictitatum uidetur.

Intersecta musica. Ἐκκεκόφθαι μουσική.

Id est, Interrupta musica. Veteres in conuiuijs eruditis confabulationibus uti consueuerunt. Post cantores, histriones, saltatores induci cœpti. Vnde quidam molestè ferentes interrumpi sermones suos, dicebant, intersecta est musica. Quæ uox in prouerbium traducta est, quoties aliquis interueniens, sermonem institutum intercipellaret.

Suidas. *Lingua quò uadis?* (Γλῶσσα πῆ πορεύῃ; πόλιν ὀρθώσουσα, ἢ πάλιν ἄνω
Lingua quò uadis? Erectum ciuitatem, eandem denuò subuersura. Docet linguam plurimum utilitatis adferre mortalibus, & eandem rursum plurimam adferre perniciem.

Alij

Ἀβυζόγλωττος.

Dicitur cui est os intemperās atq; improbum: annexum superius citato. Os infrene.

Cane Tellenis Cantilenam. Ἀσὰ τὰς Τέλλνος. Zenodo.

Id est, Cane cantiones Tellenis. Quidam dici putant de dicacibus, mordacibusq;, quidam de ineptè loquaculis.

Ad uimum diserti. Cicero.

Cicero in oratione pro M. Cælio, aduinum disertos appellat, qui ad ferias causas agendas inepti, inter pocula multa garriunt, ubi nihil est opus.

Leuissima res oratio.

Κυφότατον πρᾶγμα λόγος. Synesius.

Id est, Leuissima res oratio. Apud Homerum passim obuium est illud: Ἔπεα πτερόεντα προσηύδα. Verba uolucria dixit. Verba alata cognominat, quòd facilè euolent, atq; reuolare nesciant. Proinde Horatius:

Et semel emissum uolat irreuocabile uerbum.

Farcire centones. Plautus.

Plautus, Vin tu, inquit, aliũ queras cui centones farcias? Id est, quẽ tu gloriosis mendaciis & cõsarcinatis fabulamẽtis expleas? Solẽt enim homines gloriosi mẽdacium aliud ex alio connectere, nullũ facientes, neq; finẽ, neque modum. Centones autem dicuntur uestes à uariis panniculis, ac diuersis etiam interdum coloribus consarcinatæ.

Sine capite fabula. Ἀκέφαλος μῦθος. Zenodot.

Id est, Sine capite sermo. Dicitur imperfectus ac mutilus. Apud Cretenses festum quoddam nouis & absurdis cæremoniis agebatur. ostenso hominis simulachro sine capite. Hunc aiebant Homerioni patrem fuisse, qui constuprata per uim nympha, sine capite fuerit repertus.

GRATITVDO.

Qui egent lucerna, infundunt oleum. Anaxago ras.

Plutarchus in uita Periclis refert Anaxagoram Periclirem in administranda repub. magno adiumento fuisse, uerùm

rum ubi iam grauaret senectus, & à Pericle publicis intento negocijs negligeretur, decreuerat inedia finire uitã. Id ubi resciuit Pericles, adcurrit ad ædes philosophi, precibusq; & lachrymis conatus est illũ ab instituto reuocare, idq; sua ipsius causa magis quàm Anaxagoræ. At ille iam agens animã dixit: ὦ Περικλῆς καὶ τοὺς λύχνους χρῄζοντες, ἔλαιον ἐπιχέουσιν. Id est, O Pericles, & quibus lucerna est opus, infundunt oleum: exprobrans illi neglectum amici, unde non uulgarem capiebat utilitatem, quum qui egent lucerna, ob usum qualemcunq; ferant illam, abstergentes atq; infundentes oleum.

Aristoph. *Lingua seorsum inciditur.*

Aristophanes in Pace:

Ἡ γλῶττα χωρὶς τίμνεται.

Lingua ipsa seorsum inciditur.

Interpres admonet allusum esse ad prouerbiale dictum Ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι. Id est, Lingua præconi. Quo refertur, bimur usuri cum præmij nõnihil deberi significabimus, qui in conficiendo negocio pro sua uirili in partem iumento fuit, aut εὐαγγέλιον dandum læta nunciãti. enim Homerus uocat mercedulam, quæ dari consuer lætum adferentibus nuncium.

Ἀντιπελαργεῖν.

Apud Græcos est, mutuam officij uicem rependere, m ximè nutricandi, fouendiq; eos, à quibus aliquando teris enutritus aut institutus. Vt si liberi parentes fessos uicissim alant, foueantq;, aut si discipulus præceptorem inuicem erudiat. A ciconiæ natura sumpta, Græcè pelargus dicitur. Ea inter aues una pietatis symbolum obtinet.

Suidas. *Pro bonis glomi.* Ἀντ' ἀγαθῶν ἀγαθίδες.

Dici consueuit, ubi quis beneficium, quod in alium cu rulisset, cumulatè cũ fœnore reciperet. Agathides enim Græcis glomi dicuntur, uerùm allusionis decus in uoc Græca est, quod in sermone Latino reddi nõ potest. M m. uit Suidas.

Sylo

Syloſontis Chlamys. Ησυλόσωντος χλαμύς. Diogeni.

Dici ſolitum in hos, qui ſe cultu, ueſtitu{q} iactitant ac uenditant. Videtur haud abſurdè dici poſſe & in eos, qui bus munus exiguum in tempore, magno cum fœnore redd{i}t. Hiſtoriæ, quæ prouerbij dederit occaſionem, meminit Herodotus in Thalia, & Strabo Geographiæ libro XIIII.

HAEREDIPETAE.

Si uultur es, expecta cadauer. Seneca.

Captatores teſtamentorum & hæredipetæ, uulgata metaphora, uultures appellantur, quòd ſenibus orbis, ceu cadaueribus inhient. Nam huic aui proprium, cadaueribus tantum uiuere.

Eidem inhiantes teſtamento. Homerus.

Dictum hoc de Græcis ac Troianis, pro Patrocli cadauere dimicantibus. Torquetur ad hæredipetas, eundem ſenem, uelut idem cadauer certatim captantes:

Sic illi exiguo diſcrimine utrinq{ue} cadauer
Hinc atq{ue} inde trahunt.

HONOS INDIGNO HABITVS.

Bos in quadra argentea. Suidas.

Βοῦς ἐπὶ τετρακοσ ἀργυροῦς.

In eos, qui perſonam ſuſtinent, officium aliquod egregium pollicentem, nec ulli tamen ſunt uſui, niſi ad uoluptatem aut faſtum.

Fato Metelli. Aſconius Pedianus.

Aſconius Pedianus in oratione pro Milone refert Neuij poëtæ Senarium iactatum in familiam Metellorum, q{uo}d conſules deſignarentur arbitrio fortunæ, quæ campi domina dicitur, uerius quàm in ſuis meritis:

Fato Metelli & Romæ fiunt conſules.

Dictum facetè & contumelioſè in Metellos, torqueri poterit in eos, qui præter meritum ſuum ad opes ac dignitates prouehuntur.

Me-

Augusti. *Malus choraules, bonus symphoniacus.*

D. Augustinus in epistola ad Aurelianum commemorat uulgò illud iactatum: Malus choraules bonus symphoniacus: ubi quis in suo genere contemptus in praestantiore habetur precio: ueluti si quis poëta ineptus profiteatur medicinam, & inter præclaros medicos habeatur, &c.

Tullius. *Strumam dibapho tegere.*

Strumam dibapho tegere dixit M. Tullius ad Attic. pro eo quod est, infamiam aliqua dignitate obliterare. Vatinij, inquit, strumã sacerdotij dibapho tegere. Dibaphon appellat purpuram bis tinctam. Struma est tumor corporis, ueluti gibbus. Ea deformitas interdum purpura dissimulatur.

Eusebius. *Asinus in pelle leonis.*

Abibit nobis quidem philosophus, cæterùm asinus leonis tectus pelle. Lucian. Tantum temporis non animo uerticum sub leonis exuuio, ridiculam quãdam simiam tectam habere.

HOSPITALITAS ET CONTRA.

Haudquaquam arcet ostium.

Οὐ δέ ποτ' ἴσχει θύρα.

Interpres Aristophanis parœmiam admonet esse de his qui impendio sunt hospitales, quorum fores semper patent, neminem excludunt.

Semper aliquis in Cydonis domo.

Suidas. Ἀεί τις ἐν Κύδωνος.

Cydon Corinthius quispiã erat, adeò insignis hospitalitate, ut etiam prouerbio locum fecerit.

Scindere penulam.

Cicero. Pro eo quod est, Impensius retinere hospitem, atq; inuitare prolixius, quod qui faciunt, manu in penulam iniecta, quasi ui conantur remorari. Id adagium ex antiquitate fluxit.

Foris

Fores habet tritas, ut pastorum casæ. Diogenianus.

Θύρας ἔχει τετριμμένας, ὥσπερ αἱ τῶν ποιμένων.

Idest, Ostium habet tritum, ut sunt casæ pastorum. Ironia prouerbialis in homines inhospitales, aditu difficiles, sibi uiuentes semper occlusis foribus, quòd pastores procul ab hominum commercio semotos, uix unquam quisquam interuisat.

IGNAVIA ET INSCITIA.

Neq; compluitur, neq; sole aduritur. Aristoph.

Οὔθ' ὑετῷ οὔτε ἡλίῳ.

Neq; compluitur, neq; sole aduritur. De eo dici solitum, qui procul ab omni incommoditate semotus, uitam ageret. In hominem delicatum, & ad labores ferendos inhabilem quadrabit.

Neq; natare, neq; literas. Sueton.

Μήτε νεῦν, μήτε γράμματα.

Subaudiēdum, nouit. In eos, qui supra modum indocti sunt, nihilq; prorsus bonarum artiū in puericia didicerunt. Nam hæc duo statim discebant pueri Athenis, atq; adeó Romæ quoq;.

Ne tria quidem Stesichori nosti.

Οὔτε τὰ τρία Στησιχόρου γινώσκεις.

De uehementer indocto & imperito dici solitum. Adagium sumptum hinc existimant, quòd pleraq; Stesichori poëmata Epodica sunt, quæ tribus constant, στροφῇ, ἀντιστρόφῳ, καὶ ἐπῳδῇ. Strophe est prima series uariis metrorum generibus incedens. Antistrophus est iteratus per eadem fermè genera recursus. Epodus est diuersi carminis accentio. His & alij tragici poetæ nonnunquā utuntur potissimum in choris.

Inelegantior Libethrijs. Zenodot.

Ἀμουσότερος Λιβηθριέως.

Idest, Indoctior Libethrijs. In hominem admodum idio-

idiotam, & ab omni musarum commertio prorsus alienum. A gentis huius agresti imperitia sumptum est proverbium.

Barbarus ex triuio. Βάρβαρος ἐκ τριόδου.

Lucianus. In hominem dicebatur extremæ humilitatis, ac prorsum nullius precij, perinde quasi dicas, extremũ atq; uilem seruulum alicunde è triuijs emptum, non donatum, aut domi natum. Lucianus: Qualis penè barbarus quispiam è triuio.

Αμυσὶ πίνειν.

Αμυσὶ πίνειν dicuntur, qui haustim auidèq; bibunt, nec inter bibendũ spiritum reciprocant, sed potũ in alium non secus atq; in dolium infundũt. Sonat autem ἄμυσις, quasi dicas, citra fuctum. Traduci poterit ad eos, qui sine monem nullo delectu, nimis auidè accipiũt. Aut qui immodica lectione obruunt ingenium, quum magis expediat subinde cogitationem admiscere lectioni. Similis potatio Græcis dicitur ἄμυσις, quòd inter bibendum labia non claudantur.

Cicero. ### *Nec sibi, nec alijs utilis.*

Qui prorsus inutiles sunt, & fruges cõsumere nati, schemate proverbiali, nec sibi, nec alijs utiles dicuntur.

Idem. ### *Claudi more tenere pilam.*

Proverbium congruit in eos, qui quicquid à præceptoribus acceperint, siue id doctum sit, siue indoctum, nullo delectu, nulloq; iudicio tenere solent, ac sequi. Sumpta metaphora à claudo diffidente suis pedibus.

Plutarch. ### *Equi senecta.* Ἵππου γῆρας.

Proverbium in eos dici solitum, qui præclaris rebus gestis in iuuenta, postea quàm consenuerint, ad sordidas curas semet abiiciunt. Allegoria sumpta à generosis equis, qui senio facti segnes, in pistrinum, aut carrum, aut aliud id genus opus detruduntur, olim in precio habiti, dum uiribus integris essent.

Asinus, uelut equus profundam habebis fossam.

γῆρας

γραῦς ὥς τις ἵππου τὸ χάσμα τάφου ἔξεις.

Idest, Anus, uelut equus, altè hiantem habebis ac nigrũ specum sepulta. De ijs, qui penitus abijciuntur, tanquam prorsus inutiles.

Ab asino delapsus. Ἀπ' ὄνου καταπεσών. Plato.

In eos dicitur, qui inconsultè quippiam agunt, & imperitè: aut in eos, qui à præsentibus commodis, quibus ob insciti am uti nesciunt, excidunt. Vtitur hoc adagio Plato libro de Legib. III.

Ἀμοῦσοι.

Inelegantes & indoctos Græci uocant amusos, hoc est, à musis alienos. Antiquitus enim nihil eruditum habebatur sine musica.

Liberæ capræ ab aratro. Zenodo.

Ἐλεύθεραι αἶγες ἀρότρου.

Id est, Immunes capræ ab aratris. Dictum olim ab ijs, qui se ab onere quopiam, aut molestia laboratos gloriarentur.

Ne Aesopum quidem triuisti. Suidas.

Οὐδὲ τὸν Αἴσωπον πεπάτηκας.

De uehemẽter stupidis & imperitis. Nam antiquitus Aesopi fabellas etiam uulgus idiotarum tenebat. Has igitur qui non legisset, nihil scire uidebatur.

Nullam hodie lineam duxi. Plinius.

Τήμερον οὐδὲ μίαν γραμμὴν ἤγαγον.

Id est, Hodie nullam lineam duxi. Ab Apelle pictore natum adagium. In eos quadrat, quibus cessatum ab exercitio studij artisq; suæ. Id refertur à Plinio lib. XXXV. capite X. &c.

Neglectis urenda filix innascitur agris. Horatius.

Horatius Satyra III. mira admonuit allegoria, animum honestis excolendum disciplinis, alioqui futurum, ut in uili sylua uiciorum occupetur. Filix enim herba inutilis agricolis.

Zenodo. *Ameles angulus.* Αμελὴς γωνία.

Dicebatur is, qui supinus & oscitabundus desideret, nihil bonarum rerum tentans. Aiunt in Libya locum esse, qui securus angulus Græcè dictus est, ob id fortassis, quòd neglectus & incultus iaceret.

Theocri. *Ignauis semper feriæ sunt.*

Qui uacant ocio, feriari dicuntur, & ociosi feriati, & ocium feriæ, quæ metaphoræ tanquam in prouerbium receptæ sunt. Theocritus in Bucolicis:

Ἀεργοῖς ἀεὶ ἑορτά. Id est, Semper feriæ inertibus.

Mulieris podex. Γυναικὸς πυγή.

In ignauum ac desidiosum dicebatur. Ignauum animal mulier, & quo minus habet mentis, hoc inhonestis uoluptatibus est addictius. Amat ocium, & fucorum instar, quemadmodum ait Hesiodus, uirorum laboribus quæsita, sibi insumit.

Qui domi compluitur.

Τὸν εἰκοθεν βρεχόμενον οὐδ' θεὸς οἰκτίρει.

Id est, Qui domi compluitur, huius ne Deum quidem misereat, uulgò Græcis iactatum. Sensus est: eum modis omnibus suo malo uideri dignum, qui sit usque adeò ignauus, ut nec domi suæ possit à pluuia tutus esse.

Theocri. Idillio 4. *Ne uidit quidem oleum.*

Conueniet in eos, qui sint artis alicuius prorsus rudes & imperiti. Veluti si quis profiteatur rem medicam, qui nunquam didicerit quicquam illius artis, uenustè notabitur hoc uersu:

Καὶ πόκα τὴν ἔλαιον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὀπώπει. Id est, Et quando ille oculis, oleum conspexerat unquam. Vngebantur enim Athletæ, quo membris euaderent diuturioribus, unde per oleum significat certamen.

IGNORATIO.

Plautus. *Nullius coloris.*

Alibi commemorauimus de modis omnibus ignotos solere dici, albus an ater sis, nescio. Huic similimum est quod

quod ait Harpax apud Plautum. *Quem Pseudolum, quas tu prædicas mihi fallacias. Quem ego hominem nullius coloris noui.* Vehementius est, *quàm si dixisset, alibus an ater: Et paulò post pro eo, quod dici solet, non noui hominem: Nec ipsum, inquit, Pseudolũ mortalis, noui, nec scio.* Rursus in eadem: *Qui suũ repetunt, alienum reddunt nato nemini.*

Iuxta cum ignarissimis. Idem.

Non sine prouerbij specie Simo senex apud Plautum in Pseudolo rogatus à Ballione: *Iam ne scis quæ sit hęc res,* respondet: *Iuxta cum ignarissimis.* Sentiens se nihil omnino scire nihilo'q; plus quàm hi qui maximè sunt ignari. Consimilis forma sermonis frequens est apud ueteres: ad personam, *Tam mihi charus es, quàm qui charissimus.* ad tempus: *ut, Pamphilus amabat, ut quum maximè.* ad rem: *Istud officium tam mihi fuit gratum, quàm quod est gratissimum. Tam odi temulentiam, quàm qui maximè.*

In alio mundo. Ως ἐν ἄλλῳ κόσμῳ.

Id est, Tanquam in alio mundo. De ijs, qui longè late'q; dissident à moribus aliorum, aut quibus omnia noua uidentur, aut qui longè dissiti sunt à patria. Solet autem hoc usu uenire plerisq; mortalibus: ut si quãdo noui hospites in regionem longulè à suo nido dissitam peruenerint, nihil non horreant, non stupeant, non admirentur, perinde quasi in alium delati orbem.

In alieno foro litigare. Martialis.

Pro eo quod est, In re noua, cui'q; nondũ assueueris uersari. Habent enim diuersa fora diuersas litium formulas, uarias'q; tractandarũ causarum rationes, quarum, qui rudis sit, is tanquã hospes in peregrina regione multa desideret necesse est.

In tua ipsius harena.

Id est, In tua ipsius arte. Sumptum à gladiatoribus, solitis in harena digladiari. Nec'q; uerò parui referebat horum, nota an ignota dimicarent harena.

Tullius. *Albus an ater sis, nescis.*

Solet dici de homine uehementer ignoto. Horatius in extrema epistola: Vultu mirabilis albus Et ater, pro eo, quod est, bonus & malus.

Non nouit natos.

Tullius. Similima huic figura est, natum non noui, pro eo, quod est, prorsus ac modis omnibus ignoro. Plautus in Euclione: Non magis me respicias, quàm si natus nũquam fiem.

Ne pictum quidem uidit.

Idem. De uehementer ignoto dicimus. Multas enim urbes & res atq; etiam homines nunquam nobis conspectos, ex pictura utcunq; nouimus.

Nomine tantum notus.

Homerus. De homine nobis mirum in modum ignoto.

Suidas. *Late uiuens.* Λάθε βιώσας.

Id est, Falle uiuens. Admonet adagium in humili fortuna uitam esse fœliciorem, iis, qui obscurè uiuunt, à publicis negocijs ita semoti, ut cùm uita decessissent, nemo illos uixisse sentiret.

Arrepta candela, candelabrum quærere.

Dicimus quum res improuidè geritur. Oportuit enim candelabrum esse paratum, antequam candelam attingeres.

Aristoph. *Prius ouem lupus ducat uxorem.* Aristoph.

Πρὶν κεν λύκος οἶν ὑμέναιος.

Id est, Antè lupus sibi iunget ouem. De his inter quos insanabile dissidium est. Consimili figura dixit Horatius: Sed prius Apulis Iungentur capreæ lupis.

Suidas. *Prius duo echini amicitiam ineant.*

Πρὶν δύο ἐχῖνοι εἰς φιλίαν ἔλθειεν, ὁ μὲν ἐκ πελάγους, ὁ δ' ἐκ χέρσου.

Prius

Prius duo echini inierint amicitiam, alter è mari, alter è terra. De ijs, qui moribus ac studijs sunt inter se discrepantiores, quàm ut spes sit aliquando inter eos necessitudinem coituram. Venustius erit ad rem deflexum: Malè conuenit theologorum spinis cum bonis literis: Citius echino marino cum terrestri conueniret. Nam est echinus marinus, de quo multa Plinius & Aristoteles. Et est terrestris, quem alio nomine uocant erinaceum: illud commune, quòd uterque spinosus est. Refertur à Suida.

Prius locusta bouem pariet. Ennius.

M. Varro de lingua Latina Lib. III. refert ex Ennio uersum hũc: Atq; prius pariet locusta lucam. Nam lucas antiqui boues appellabant, ob magnitudinem.

Mare prius uitem tulerit. Diogeni.

Τὸ πέλαγος πρότερον οἴσῃ ἄμπελον.

Id est, Mare prius uitem ferret. De ijs, quę nullo pacto fieri possint. Nam salsitudo uitibus inimicissima.

Prius testudo leporem præteruerterit. Idem.

Πρότερον χελώνη πηδήσαμεν Δασύποδα.

Id est, Prius testudo leporem cursu præterierit. De re neutiquam uerisimili, Testudine nihil tardius: lepus autem celeritate præcellit.

Sursum uersus sacrorum fluminum feruntur fontes. Euripides

Prouerbialis allegoria, qua quippiam præposterè fieri significamus, legitimasq; rerum uices inuerti: quod genus sit, si puer senem admoneat, discipulus præceptorẽ docere conetur.

Fontes ipsi sitiunt. Cicero.

Ironia prouerbialis in eos, qui petunt ab alijs, & ipsis affatim abundet domi.

Citius in naui cadens à ligno exciderit. Lucianus.

Θᾶττον ἂν ἐκ τῆς νεὼς ἐμπεσὼν διαμάρτοι ξύλου.

Id est, Citius alicui in nauigio cadenti lignum defuerit. Hyperbole prouerbialis, qua tantam ubiq; copiam significamus, ut quocunque te uerras, occurrat quod quæris. Etenim quum nauis ipsa undique sit lignea, non potest non in lignum incidere, quisquis in ea cadit.

Aquilam testudo uincit.

Accipi potest per ironiam, aut simpliciter, ubi quis potentiorem arte uincit, & quod uiribus non potest, assiduitate conficit.

Suidas. *Terra uolat.* Ἡ γῆ ἵπταται.

De re uehementer absona, quę; nullo pacto fieri queat.

Citius elephantem sub ala celes.

De ijs, quæ dissimulari nullo pacto possunt, quin noceãt aliquibus prodant animi morbum.

Plutarch. *Capram portare non possum, & imponitis bouem.*

Vbi quis quod leuius est recusat, & quod multò sit intolerabilius, imponi sibi postulat.

Ab asino lanam.

De ijs, qui stultè quærunt ea, quæ nusquam sunt.

Simul sorbere & flare difficile.

Plautus. Huic affinia uidentur: Nemo potest duobus dominis seruire, Nemo potest Deo seruire: & mammonæ. Item illud Phocionis, Adulatore & amico non potes eodem uti. Ad hæc senarius ille: Amare & sapere uix Deo concedi tur.

Idem. *Sine pennis uolare, haud facilè est.*

Plautus in Penulo: Locum habet, quum deesse significamus adminicula, sine quibus negocio peragi non possit.

Impossibilia captas. Ἀδύνατα θηρᾷς.

Id est, Quæ fieri non possunt, uenaris. In eum, qui molitur quod efficere non queat. Sumptum ab aucupio, seu uenatu prædarum. Interpres indicat hunc esse sensum, ne quis tentet maiora suis uiribus.

Scarabeum citius faciet mel.

Ad

Ad τῶν ἀδυνάτων classem pertinēt, quæ referuntur in Epigrammate Palladæ. Citius mel faciet scarabeus, aut lac culex: Θᾶττον κοπρου μέλι κάνθαρος, ἢ γάλα κώνωψ. Id est, Mel citius faciet scarabeus, & antè culex lac.

Statuam faucibus colas. Ανδριάντα γλῶττα λίχνος. Id est, Statuam colas gutture. De re maiorem in modum absurda, quæq; fieri nullo pacto possit. Velut si quis hominem præpotentem & inuictum, frustra conetur opprimere. Nec enim liquescit statua.

Nunquam efficies, ut rectè ingrediantur cancri. Aristoph. Quod à natura sit insitum, nullo corriges negocio. Nam cancris genuinum, obliquè ingredi.

Sambucam citius. Persius.

Adagij speciem præsegerit Persianū illud carmen: Sambucam citius caloni aptaueris alto. Cuius usus incidet, si quādo significabimus aliquē à disciplina percipienda, siue munere gerendo nimis alienum esse. Siquidem Sambuca organum est musicorum, quod haudquaquam congruat caloni. Calones autem uocantur militum ministri, qui uallos ac ligna gestabant. Porrò cum milites sint imperiti musices, multò magis calones.

Lenticulam angulo tenes. Φακὸν γωνίας κρατεῖς. Suidas. Id est, Lentem angulo tenes. De negocio, quod fieri nullo pacto queat, propterea quòd hoc leguminis genus angulis careat. Refertur à Suida.

Ex harena funiculum nectis.

Ἐξ ἄμμου χοινίδα πλέκειν.

Id est, Ex harena funiculum nectere. Est frustra conari, quod nulla ratione possit effici.

Asini cauda. Οὐδ' ὀυρὰ πιλίαν ὄυ ποιεῖ. Id est, Asini cauda nō facit cribrum, ubi quis ad hoc aut illud dicetur inutilis. Cribrum è pilis equinis fieri consuetum, non è uillis asininæ caudæ.

Augiæ stabulum repurgare. Αὐγείου βουσταθμία. Lucianus.

Id est, Augiæ bubile. Allegoria prouerbialis in hominem, aut in rem maiorem in modum inquinatam. Lucianus in Pseudomante: Et Augiæ bubile, si non omne, at certè pro mea uirili conabor submouere. Ostendit autē huius stabula tantum habuisse congesti fimi, quantum ter mille boues pluribus annis reddere potuerint.

Veste circunfers ignem.

Ἱματίῳ δ' ὣς πῦρ περιφέρεις.

Id est, Veste circunfers ignem, ubi quid ridiculè fit, aut ubi quis suum ipsius malum fouet, ueluti scortum, aut adulatorem, aut fictum amicum.

Plautus.

Lupo agnum eripere postulat.

Vbi quis frustra conatur prædam recipere, cui semel manus iniecit rapax aliquis.

Luciniæ deest cantio.

Idem. Perinde quasi dicas: Mulieri desunt uerba, poëtæ uersus, oratori color, sophistæ cauillum. Plautus in Bacchidibus: Ego quoque pol metuo ne luciniolæ defuerit cantio.

Quid si cœlum ruat? Τί δ' εἰ οὐρανὸς ἐμπέσοι;

Terētius. Ironia in eos, qui tutissimis etiam in rebus, ridiculè timent. Terentius in Heautontimorumeno: Quid si nunc cœlum ruat?

Bos porrecto ultra Taygetum capite.

Plutarch. Ταῦρος ὑπερκύψας δ' ταΰγετον ἀπὸ τ' εὐρώτα ἔπιεν.

Id est, Taurus porrecto ultra Taygetum capite, bibit ex Eurota. De re uehementer absurda.

ILLECEBRA MALI.

Lotum gustauit. Λωτὸν ἔφαγες.

Id est, Lotum gustasti. De iis dicebatur, qui diutius in peregrinis regionibus hærerent, uelut obliti reditus. Nec inconcinnè dixeris in eos, qui simul atq; semel uoluptatem inhonestam degustarint, ad pristina studia reuocari non

cari non queũt. Sumptum à fabula Lotophagorum. Est autem lotus arbor, de qua Plinius lib. XIII. Tam dulcis ibi cibus, ut nomen etiam genti, terræq; dederit, nimis hospitali, aduenarum obliuione patriæ.

Periculosum est canem intestina gustasse. Theocri.

Χαλεπὸν χορίων κύνα γεῦσαι.

Id est, Periculosum, canem intestina gustasse. Admonet adagium haud facilè temperare à peccando, qui semel illecebram illam uelut autoramentum uiciorum degustauerit. Quemadmodum, qui semel scortum attigerit, qui semel periurio rem auxerit, qui semel aulicam uitam fit expertus. Effertur & ad hunc modum apud Lucianum: Neque canis desiturus est, qui semel corium edere didicerit.

IMPERITIA.

Dulce bellum inexpertis. Vegetius.

Γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος.

Id est, Dulce bellum inexperto. Vegetius de re Militari lib. III. cap. XIIII. Sunt quædam in rebus mortalium, quæ quantum habeant discriminis ac malorum, non intelligas, nisi facto periculo. Dulcis inexpertis cultura potentis amici, Expertus metuit.

Pedum uisa est uia. Terẽtius.

Τῶν ποδῶν ἑώρατο ὁδός.

De negocio, cuius aliquando periculũ feceris. Sumptum à uiatoribus. Terent. in Phorm. Ah non ita. Factum est periculum, iam pedum uisa est uia.

Operarij. Tullius.

M. Tullius lib. de Oratore primo non absq; prouerbij specie operarios appellat, qui citra philosophiæ cognitionem causas agũt. Architectus ex arte rationem operis præscribit: operarij uerò non iudicium suum, sed tantum operam adhibent, iuxta præscriptum. At qui philosophiam callet, ex se paratus est de quauis re rectè dicere, M. Tullius de Mnesarcho loquens. Hos quos nos ora-

tores uocamus, nihil esse dicebat, nisi quosdam operarios, lingua celeri & exercitata: oratorem autem nisi qui sapiens esset, esse neminem. Huius generis oratores libro de claris oratoribus appellat uocales. Transferri poterit ad concionatores, qui quod parum exercitati sunt in sacris literis, è collectaneis ediscunt quod apud populum multo clamore, multaq; corporis iactatione, deronent: Aut qui in templis ingenti boatu canunt non intellecta, Non concionatores, sed operarii, non cantores, sed operarii.

Vocales.

IMPOSTVRAE.

Terentius

Dare uerba.

Passim obuiũ est apud omnes autores, pro eo quod est, fallere. Persius Satyra IIII. *Vt mauis, da uerba, & decipe neruos.* Terentius: *Cui uerba dare difficilè est.* Quidius: *Verba dat omnis amans.*

Plautus.

Addere manum.

Pro eo quod est, ludibrio habere. Trãslatum opinor ab iis, qui manu ad aurem porrecta, motaq; quempiam irridebant. Plautina uerba sunt hæc: *Quomodo de Persa manus mihi addita est?*

Idem.

Os sublinere.

Pro eo quod est, Dare uerba, & arte quadam illudere, reperitur aliquoties apud autores. Nonius Marcellus tractum putat à ridiculo quodã lusus genere, quo dormientibus ora pinguntur.

Idem.

Obtrudere palpum.

Est arte, fucoq; decipere. Vnde & palpari pro adulari, & palpones adulatores uocamus, à simili metaphora, tracta ab equisonibus, qui ferocientibus equis, plausu manus adblandiuntur.

Terẽtius.

Facere fucum.

Impostura facere, & artificiosa dissimulatione deludere. Medicamentum illud, quo cuti superinducto muliercularum uicia formæ dissimulant quasiq; personam assumunt, fucum uocant.

Cir-

Circumtondere comam. Lucianus.

Περικείρειν τὰς κόμας.

Græcis in prouerbio est, pro eo quod est, *Iudibrio habere*. Nam id lusus gratia fieri solet stupidis, *ut iis non sentientibus*, cæsaries circuntondeatur.

Noua hirundo. Νέα χελιδών.

Suidas ait dici solere, quoties uerba darētur alicui. Sumptum à ioco pueruli. Nam hi data opera, nouam hirundinem adsimulantes uidere sese, ostendunt aliis, deinde, contemplantibus illis, & intentis, interim quod uolunt, surripiunt. Proinde quadrabit in eos, qui falsa spe quapiam iniecta, fallunt ac nocent.

In laqueum inducere.

Et in casses inducere, est arte sic concludere quempiam, *ut iam nullum sit effugium.*

Ephesiæ literæ. Ἐφέσια γράμματα. Diogenī.

Dictum uidetur de iis, qui mira fœlicitate, tanquam diuina uirgula, quicquid optarent, assequerentur. Aiunt enim Ephesios notulas quasdam & uoces magicas fuisse, quibus utentes in omni negocio uictores euaderent.

IMPROBI. 3 Diogenī.

Lydi mali, post hos Aegyptij.

Λυδοὶ πονηροὶ, δεύτεροι δὲ Αἰγύπτιοι.

Τρίτοι δὲ πάντων κάκιστοι ἠχωλέσατοι.

Id est, Lydi improbi, post hos secundi Aegyptij, tertiò Cares perditissimi omnium. Tempestiuiter utemur, si quando mali cum malis conferuntur, & collatus cum sceleratioribus, ita demum minus illaudatus aliquis uidetur.

Lerij mali. Λέριοι κακοί. Strabo.

In eos rectè dicetur, qui pariter omnis gentis uicio sunt improbi. Leriorum enim populus ob insignem morum improbitatem in prouerbium abiit, autore Strabone libro Geograph. X.

Mali

Aristoph. *Mali commatis.* πονηροῦ κόμματος.

Dicebatur improbus, cõtemptus, & reiiculus quispiam. Sumpta metaphora à reprobatis nomismatis. Aristophanes in Pluto: Εοικε δ' εἶναι πονηροῦ κόμματος. Videtur esse non probati commatis. In sycophantam dictũ, iam ad pauperratem, famemq; redactum. Interpres ostendit comma esse uilissimi nomismatis genus.

Adulterimus. Κίβδηλος.

Quod simplex non est neq; syncerum, id uulgato uerbo Græci κίβδηλον uocant. Hinc ducto uocabulo, quod aliud præ se ferant: aliud tegant. Conueniet igitur in amicitiam insynceram & fictam, aut in hominem blando uultu, sed animo uirulento. Aut in eum, qui sanctimoniam habitu præ se ferat, quum uita sit impia.

Cicero. *Bipedum nequissimus.*

De homine uehementer improbato, quicq; uel pecude nequitia superet. Cicero torserat in Clodium, in oratione pro domo sua.

Stephan⁹ *Tenedius tibicen.* Τενέδιος ἀυλητής.

Dicebatur testis falsus & calumniator. Hinc natum, q Philonome tibicinem suum subornarit, qui testaretur apud Cygneum, ipsam à Tenne de stupro fuisse interpellatam, ac ui etiam tentatam.

Lucianus. *Phrynondas alter.* Φρυνώνδας ἄλλος.

De improbo. Huius meminit Lucianus in Pseudomanti inter nobiles facinorosos. Quoties insigniter malum & sceleratum accipi uolebant, Phrynondam appellabãt. Fuit enim is homo uersutissimus, maleficus, impostor, summus malarum rerum artifex.

Noui Symonem, & Symonme.

Vide similitudinis.

Fest. Põp. *Bestia bestiam nouit.* *Ibidem.*

Ambrones.

Ambrones enim uulgò dicebantur, qui rapto, malisq; arti-

artibus uiuerẽt. Originem indicat Festus Pompeius, ad monens eam Galliarum gentem fuisse, quam cum mare inundans finibus suis depulisset, per aliena oberrantes rapinis ac prædationibus se suosq; alere cœperunt.

Ballio. Tullius.

Nomina quædam ob insignem improbitatem abierunt in prouerbium, quod interdũ à ueris, interdum à fictis in Comœdia personis sumitur. Nã M. Tullius in actionibus suis subinde C. Fannium Chœream quendam Ballionem appellat. Ballionem inducit Plautus in Pseudolo, lenonem impurissimum, rapacissimum, improbissimum: nomen confictum est à βάλλειν, quod semper aliquid prædæ uenetur leno: uel à βαλλίζω, quod lasciuiæ ac saltationum sit architectus.

Βῆργαῖζμι.

Stephanus scribit βίργην esse ciuitatem Thraciæ, siue ut Strabo refert uicum. Eius gentis improbi mores in prouerbium abierũt, ut dicerentur βιργαίζειν, qui nihil sani loquerentur. Tota enim natio Thracum multis nominibus malè audiebat, sed præcipuè ob morum truculentiam ac perfidiam.

Eurybatizare. Εὐρυβατεύειν. Lucianus.

Est improbis uti moribus. Eurybatus ex Cercopibus unus fuit insignitæ improbitatis homo. Huius meminit Lucianus in pseudomante ultra Cercopas, ultra Eurybatum aut Phrynondam, aut Aristodemum, aut Sostratum.

Tria cappa peßima. Τρία κάππα κάκιστα.

Iactatum & hoc olim ænigmatis uice, quo trium gentium mores notati sunt, Cappadocum, Cretensium & Cilicum.

Duplex cappa. Διπλοῦν κάππα.

Velut ænigna quo malum aliquod significabant. Siquidem gemino κ scribuntur κακός. Simili figura Plautus furem, trium literarum hominem appellauit.

Βῶμα-

Aristoph. Βωμολοχός. Βωμολοχεύεσθαι.

Bomolochi prouerbiali conuicio dicebantur scelesti & improbi. Dicuntur autem βωμολοχοί, qui quum res diuina peragitur, non faciunt uota diis, sed nugas inanes blaterant. Qui mos hodie magnatibus magnopere placet.

Suidas. *Inexploratus homo.* Ἀβασάνιστος ἄνθρωπος.

Id est, Inexpẽsus, inexercitatus, nõ probatus. Subest metaphora in ἀβασάνιστος. Βάσανος enim coticula est, qua solet aurum explorari. Latini uocant indicem.

Diogoras Melius. Διαγόρας ὁ Μήλιος.

In sceleratum ac fœdifragum & impium. Hic capra Mela, uixit Athenis, & Atheniẽsium sacrorum mysteria uilique adeo contempsit, ut complures auerterit à religione, deterruerit q; ne iam uellent initiari, &c.

Lupi decas. Λύκου Δεκάς.

Dictum apparet in eos, in quos inhonesti lucri pars aliqua tametsi pusilla rediret. Aut in eos, qui largitionibus essent corrupti, alios ue corrumperent.

Cum sacco adire.

Non dubium est, quin hic sermo fuerit uulgò iactatus de quouis, qui postulat ut statim exhibeatur, quod petit.

Plutarch. *Onobatis.*

Apud Cumanos mulier in adulterio deprehensa ducebatur in forum, ut illic lapidi insistens, omnibus esset conspicua. Deinde impositam asino, atq; ita per totam ciuitatem circunductam, reducebant ad lapidem, ut ibi rursus esset omnibus spectaculo. His actis habebatur infamis per omnem uitam, & ignominiæ gratia ὀνοβάτης dicebatur, quòd asinum equitasset. Quadrabit in quamuis prostitutæ famæ.

Cercopum cœtus. Ἀγορὰ κερκώπων.

Id est. Cœtus Cercopum. De conciliabulo, conuentuq; uersutorum & improborum hominum dicebatur. Narrant enim Cercopes quosdã in Epheso fuisse notæ fraudulen-

dulentiæ uiros, qui suis dolis conati fint ipsi Ioui impo-
nere. Hos admonuerat mater, ne in Melampygum incí-
derẽt, id quod euenit. Nam post ab Hercule uincti sunt,
iussu Omphales.

Cercopissare. Κερκωπίζειν.

Cercopissare dicuntur, uel qui lasciuiunt, aut qui adu-
lantur. Metaphora ducta ab animãtibus, quæ mota cau-
da adblandiuntur, ut Chrysippo placet, Suida teste: uel
qui molesti sunt, obturbantq; & obstrepunt. Vt uox de-
flexa sit à Cercopibus illis Lydijs, quos Hercules, quòd
sibi cum Omphale cubanti petulãtius obturbarẽt, ami
cæ iussu uictos de claua suspendit.

Κλιτύειν.

Vulgò dicebatur, qui per uim raperet aliena. Natum ex
euentu huiusmodi: Temporibus Aetolici belli, tanta fru
mẽtariæ rei penuria incidit Athenienſibus, ut pauperes
coacti fame captiuorum farinam diriperent. Inde uox
traduci cœpit ad hominem quocunq; modo sceleratũ.

Ferre iugum. Plautus.

Plaut. in Curcul. Iam ne fert iugum? De puella per con-
tatur quispiam, num iam per ætatem uirum reciperet.

Magis impius Hippomene. Diogeni.

Ασεβέστερος Ἱππομένης.

Id est, Magis impius quàm Hippomenes. Hic Athenien-
sium princeps, filiam à ciue quopiam uiciatam unà cum
equo ferocì conclusit in domicilio, nec huic, nec illi ci-
bum præbens. Equus igitur fame in rabiem actus, puel-
lam adortus confecit: deinde perijt ipse quoque, pabuli
uidelicet inopia. Post hæc pater domũ est demolitus, lo-
co nomen inditum, equi & puellæ. Recenset adagium
Diogenianus.

Mare proluit omnium mortalium mala. Eustathius

Θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά.

Id est, Hominum uniuersa proluit pelagus mala. Natum
est ab euentu huiusmodi: Refert Diogenes Laërtius Eu-
ripidem

ripidem Platoni comitem fuisse peregrinationis, quum Aegyptum adiret. Ibi quum morbo suo corriperetur commitiali, ni fallor, sacerdotes Aegyptij inersione marina sanauerunt hominem. Quin hodie morsos à cane rabido, si nouies mergantur in mare, putant à rabie liberari.

Qui omni in re, & omni in tempore.

Gellius. Sed enim qui omni in re, atque in omni tempore, omni laude uacat, is illaudatus est. Admonet paroemia ferme minem esse tam deplorati ingenij, qui non aliquãdo dicat faciatue quod laudem promereatur.

Seruilis capillus.

Ἀνδραποδώδη τρίχα ὠθίζεται.

Seruilem capillum præ se ferre dicuntur, qui agrestibus & inelegantibus sunt moribus. Inde ductum, ꝙ Athenis serui manumittendi, capitis pilos deradebant.

Horatius. *Vlyßis remigium.*

Homines nequam & uoluptatibus addictos Horatius epistolis Vlyssis remigium appellauit, prouerbiali nimirum figura: Remigium uiciosum Ithacensis Vlyssi.

Dij tibi dent tuam mentem.

Martialis. In insanum congruit, & sua dignum mente. Martialis Dij mentem tibi dent tuam Philœni.

Non est laudandus, ne in cœna quidem.

Οὐκ ἐπαινεθείκε, οὐδ' ἐν πρώτῳ πίνοντι.

Id est, Non queas laudari, ne in parentalibus quidem. In hominem dicebatur uehementer illaudatum.

Compendiaria res improbitas.

Σύντομον ἡ πονηρία, βραδεῖα ἡ ἀρετή.

Id est, Compendiaria res improbitas, uirtus longa. Qui semel addixit animum uicijs, is quiduis flagitij facilè patrabit. At singulæ uirtutes magno sudore parandæ.

Insania non omnibus eadem.

Mo

Μανία δὴ πᾶσιν ὁμοία.

Idest, Haud est eadem uesania cunctis. Sensus est, nullum esse mortalem, qui non in aliqua re desipiat. Quanquam alius alio morbo laboret, hic auariciæ, ille libidinis: hic ambitionis, ille inuidiæ, &c.

IMPVDENTIA.

Lingua non redarguta. Plato.

Plato in Theæteto: Ατὰρ ὡς ἔοικεν ἦ̓ν ὅτι ἐσὶν, Εὐριπίδῃ ξυμβήσεται, ἡ μὲν γλῶτ̓α ἀνέλεγκτ⊙· ἡμῖν ἔσαι, ἡ δὲ φρὴν οὐκ ἀνέλεγκτ⊙. Id est, At ut uidetur si posse responderis, Euripi deum quiddã nobis accidet, lingua quidẽ nobis erit irredarguta, mens aũt non erit irredarguta. In eos quadrat qui rationibus conuicti, non cedunt tamẽ, sed tergiuersantur reclamantes, aduersus suã ipsorũ conscientiam.

Faciem, os perfricare. Frontis perfrictæ. Plinius.

Dicuntur, qui pudorem omnem dedidicerunt, uelut abstersо manu à uultu pudore.

Dea impudentia. Θεὸς ἡ ἀναίδ̓ια. Zenodo.

Dici solitum, ubi quis ex audacia inuerecundiaq; sua lucrum atq; emolumentum ferret. Nam inutilis, ut ait Homerus, uerecundia uiro egenti, complures'que mortales uideas, quibus magno bono fuerit, nihil omnino puduisse.

Nudo capite. Γυμνῇ κεφαλῇ. Plautus.

Nudo capite facere quæpiam dicuntur, qui palàm ac citra pudorem omnem faciunt. Qui rem pudendam faciebant, ijs mos erat centonibus caput operire.

Atticus aspectus. Αττικὸν βλέπ⊙ν.

Perinde est quasi dicas. Os impudens. Nam hoc uicio notati sunt Atticorum mores.

IMPVDICITIA.

Huc spectat etiam paulò antè citatum, Onobatis.

Osce loqui.

Osce loqui ueteres prouerbio dicebantur, qui turpiter parumq; pudicè loquerentur. Ab Oscorum moribus alienis

R. lusione

Iusione sumpta, quòd apud eum spurcarum libidinum impunitus usus fuerit.

Suidas. *Aegis uenit.* Αἰγὶς ἔρχεται.

Suidas indicat prouerbio dici solitum de ijs, qui petulanter & impudenter agerent.

INANIS METVS.

Cicero. *Panicus casus.*

Panicon ueteres uocabãt subitum animorũ tumultum, sed inanem. Veteres enim existimabãt, Panem Deum repentinos terrores & animi consternationes immittere, lymphaticis similimas, usqueadeo impotentes, ut nõ ratione modò, uerùm & mente careant.

Aristoph. *Da lapidi uolam.*

Interpres Aristophanis indicat pueros si quando uiderint aues, dicere solere, Da lapidi uolam, & cadẽt omnes. Conuenit ubi quis sectatur quæ non possit assequi, minatur ijs, quibus non potest nocere.

Plutarch. *Metum inanem metuisti.* Δεδιὼς δεδίας δέος.

Id est, Inanem metuis metum. Vbi quis formidat non tuta. Vergilius: Omnia tuta timens.

Multa in bellis inania.

Πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου.

Id est, Multa belli inania. De inani suspicione, aut panore sine causa oborto, quem Græci φαντὸν uocant. Panomiam hinc manasse putant, quòd huiusmodi Panici terrores solent plerunq; in bellis accidere.

Theagenis hecateum. Θεαγένους ἑκάτειον.

In superstitiosos ac ridiculè meticulosos dictum est. Hic Theagenes legitur usq; adeò fuisse superstitiosus, ut domi haberet Hecates simulachrum, nec usquã pedem moueret, nisi illo consulto.

Q. Curt. *Canes timidi uehementius latrant.*

Thrasonum est, turgidis minis dira moliri, at Chremes ad rem gerendam promptior. Sic & Athenienses ad bene dicere-

dicendum quàm ad gnauiter agendum accommodatiores fuisse leguntur. Denique mulieres lingua melius quàm uiri belligerantur.

Aſperſiſti aquam. Plautus.

Aſperſiſti aquam dicitur, qui dicto quopiam reddiderit animum, ac metum ademerit. Mutuo ſumptum ab ijs, qui in deliquio aſperſa in faciem aqua, ad ſui ſenſum reuocantur.

Vtre territas. Ἀσκῷ γ' ἠ ἀσκίῳ μορμολύττεσθε.

Id eſt, Vtre terrere ſiue terreri. Dici ſolitum, quoties inanem formidinem aut concipit aliquis, aut incutit. Sumptum ab ijs, qui uaſorum inanium huiuſmodi ſonitu puerefaciunt pueros, uel potius, qui uaſorũ huiuſmodi ſonitu propellunt aues. Putant idem ualere τῇ σκιᾷ μορμύσσου, id eſt, Vmbra territas.

Leonem larua terres. Diogenĩ.

Μορμολυκίοις ἐκφοβεῖς τὸν λέοντα.

Id eſt, Laruis terres Leonem. Conueniet de minis inanibus ac terriculis dendendis.

INANIS OPERA.

Aſinum tondes. Τὸν ὄνον κείρεις. Ariſtoph.

De ijs, qui rem abſurdam atque inutilem aggrediuntur, quum aſinus lanam non habeat.

Ab aſino lanam. Ariſtoph.

Cui finitimum eſt illud: Οὐ τῶν ὄνων ζητεῖς. Id eſt, Aſini lanã quæris. De ijs, qui ſtultè quærunt ea, quæ nusq̃ ſunt. Effertur adagium etiam ad hunc modum: Aſini lanæ.

Vtrem uellis. Ἀσκὸν τίλλεις.

Adagio, Vtrem cædis, ſimilimum, uel quòd non ſentiat, uel quòd pilis careat.

Caluum uellis. Φαλακρὸν τίλλεις.

Vbi quis inanem operam ſumit, aut ubi quis auferre conatur, quo uacat is à quo petitur: Veluti ſi quis à pauperè conetur extundere pecuniam, ab indocto literatu-

ram. Idem: Nudo ueſtimenta detrahere.

Lucianus. *Aethiopem lauas.* *Aethiopem dealbas.*

Αἰθίοπα σμήχῃς.

Natiuus ille Aethiopum nigror, quem Plinius ex uicini ſyderis uapore putat accidere, nulla abluitur aqua, neq; ulla ratione candeſcit.

Mortuum flagellas. Νεκρὸν μαστίζῃς.

In eos, qui obiurgant illos, qui nihil prorſus obiurgatione commouẽtur: aut qui uita defunctos inſectantur ac lacerant.

Plautus. *Aquam è pumice poſtulas.*

Pro eo quod eſt, Fruſtra ab alio petere, cuius ipſe à quo petis, maximè ſit indigus. Nihil enim pumice lapide ſiticuloſius, nihil ſiticuloſius. Perinde ac ſi quis ab indoctiſſimo doceri poſtulet, ab inconſultiſſimo conſilium expetat, ab egeno munus, ab inope præſidium, deniq; ab auaro atq; tenaci pecuniam.

Idem. *Mortuo uerba facis.*

Νεκρῷ λέγουσα μῦθους εἰς οὖς.

Mortuo ad aurem fabulã narrans. Plautus: Mortuo uerba nunc facio. Terentius: Verba fiunt mortuo. Rurſus Plaut. Nihilo pluris refert, quàm ſi ad ſepulchrum mortuo dicat iocum.

Littori loqueris. Αἰγιαλῷ λαλῇς.

Dictũ in eos, qui fruſtra ſuadent uel orant, perinde quaſi ſurdo loquantur. Nam littora propter aſſiduum fluctuum fragorem ſurda dicuntur.

Aquilam uolare doces.

Ἀετὸν πτῆσιν διδάσκῃς.

In eos qui monere quempiam conantur in ea re, in qua quum ſit ipſe exercitaſſimus, nihil eget doctore.

Delphinum natare doces.

Ἐλφῖνα νήχεσθαι διδάσκεις.

Diuer-

Diuersa metaphora sententiam eandem declarat. Quod enim Delphin inter pisces, id aquila inter uolucres.

Delphinum cauda ligas.

Δελφῖνα πρὸς τὴν οὐραῖον λέγεις.

Id est, Delphinum cauda alligas. In eos, qui quippiam incassum conãtur, propterea quòd delphinus cauda sit lubrica, nec ea parte teneri queat. Quadrabit & in eos, qui ea uia quempiam aggrediũtur, qua nequaquam possit superari.

Nebulas diuerberare. Νεφέλας ξαίνειν. Diogenĩ.

Dicitur, qui uel in re stulta, uel quæ fieri non queat frustra sumit operam.

Asini caput ne laues nitro.

Ὄνου κεφαλὴν μὴ πλύνειν νίτρῳ.

Ne multum sumptus operæ'ue impendas in rem uilem ac sordidam.

Ad fractam canis. Πρὸς ἔξεστρωγυῖαν ἄδειν. Suidas.

Subaudi, uel chordam uel citharam. Suidas ostẽdit dici solitum de ijs qui frustra laborãt. Quanquam non insciẽ accõmodabitur, ubi nõ respondetur officijs alicuius, aut ubi quis suadet obstinato, aut orat inexorabilem.

De fumo disceptare.

In philosophos dictum, qui de rebus nihili, nimium anxiè disputant.

Harenam metiris. Ἄμμον μετρεῖς.

Id est, Harenæ modum quæris siue metiris, hoc est, rem infiniti laboris atq; inexplicabilem inceptas. Aut frustra conaris, quod nequeas efficere.

Harenæ mandas semina. Εἰς ψάμμον σπείρεις. Ouidius.

Propterea quòd steriles harenæ, maximè littorales, nec idoneæ ad sementem. Ouid.

Quid facis Oenone, quid harenæ semina mandas?
Non profecturis littora bubus aras.

Atqui in nostra Brabantia sunt agricolæ tam industrij,

qui sitientissimas harenas cogant & triticum ferre.

Horatius. *De lana caprina.*

Natum ab euentu apparet, de duobus contentiosè decertantibus, utrum lanam haberet caper an seras. Loquuntur de morosis in amicitia, qui quantumlibet friuola de causa litem cum amico suscipiunt.

Lucianus. *In aqua scribis.*

Hoc est, Nihil agis.

Inscribo uino, si qua iurat fœmina. Item Catul.

Mulier cupido quod dicit amanti,
In uento & rapida scribere oportet aqua.

Reti uentos uenaris. Δικτύῳ ἄνεμον θηρᾷς.

Id est, Reti uentos captas. De frustra laborantibus, quorum inanem inaniter captant.

Ignem dissecare. Εἰς πῦρ ξαίνῃς.

Aristides. Id est, ignem diuerberare. Aristides: Non intelligebant tetpsum omnibus illis prouerbijs obnoxium esse, quòd ignem diuerberares, quòd lapidem elixares, quòd in saxis sementem faceres?

Isthmum perfodere.

Isthmum perfodere dicebantur, qui magno quidem conatu, sed irrito molirentur aliquid. Ductum ab Isthmo Corinthiaco, qui efficiebat ut naues longo & ancipiti ambitu iuxta peninsulam circumagerentur. Isthmus ea terræ structura est, quæ in duo maria iter porrigit. Sunt autem duo Isthmi, Achaicus ceu Corinthiacus, & Thracius.

In harena ædificas. Εἰς ψάμμον οἰκοδομεῖς.

Ad quod Euangelica parabola uidetur alludere: Non consistit, quod super harenam struxeris. Proinde rectè usurpabitur, ubi quis negocium aggreditur inutile futurum, utpotè non rectè iactis antè fundamentis.

Plautus. *Parieti loqueris.* Πρὸς τὸν τοῖχον λαλεῖς.

Plautus in Trucu. usurpat pro eo quod est taciturno loqui: Ego, inquit, ero paries, loquere tu.

Cri-

Cribrò aquã haurire. κοσκίνῳ ὕδωρ ἀντλεῖν ἢ ἐπιφέρειν id est, Cribro aquam haurire. Quod etiam in obliuiosos non inconcinnè dicetur. Sumptum à fabula Danaidum puellarum, quas Plato scripsit apud inferos hoc genus pœnæ pendere, ut assiduè aquam in doliũ pertusum, uasis item pertusis inferant. Effertur & ad hũc modum: In dolium pertusum aquam hauris.

In aquam sementem iacis. Εἰς ὕδωρ σπείρεις. Id est, In aquam sementem iacis. Loquitur de ijs, qui beneficiũ conferunt in ingratos atq; improbos homines.

In saxis seminas. Κατὰ πετρῶν σπείρεις. Id est, In saxis sementem facis. Quo quidem allusisse credi potest allegoria Euangelica de semine quod in petras inciderit. Nam hoc terræ genus ferè sterile est, quia non potest aratro proscindi.

Et operam & retiam perdere. Plautus.

Plaut. in Rud. Iam nunc & operã ludos facit & retiam. Id quidem citra tropum dictum est à sene, qui Grippum seruũ piscatũ miserat, cum esset noctu orta tẽpestas grauissima. Venustius erit si tropo adhibito dicatur in captatorẽ, cui nõ succesſit aucupiũ. Porrò retiã Plautus antiquè dixit pro rete. Affine illi, Oleum & operam perdidi.

Sterilem fundum ne colas. Plato.

Στεῖρον ἀγρὸν μὴ σπείρῃς. Id est, Agrum sterilem ne colas. Hoc est, ne doceas indocilem, ne fœlicitatem quæras in diuitijs. Non enim pariunt homini beatitudinem.

Vtrem mergis uento plenum.

Ἀσκὸν βαπτίζεις πνεύματος πλήρη.

Cõpetit in eũ, q fruſtra conatur, ut q castiget inemendabilẽ, ꝙ inflatꝰ uter quantũuis immergas, rursum emicet.

Cauam Arabiã ſerere. τὴν κοίλην Ἀραβίαν σπείρειν. Lucianus.

Pro fruſtra ſudare, aut in re difficili nec admodum frugifera operam ſumere. Lucianus in Apologia: Vt cauam Arabiam ſerere aggrediatur. Significat autem paluſtrem Arabiæ partem neutiquam idoneam ſementi.

Basilius. *Aranearum telas texere.*

Τὰ ἀράχνια ὑφαίνειν.

Est in re friuola nullius frugis, infinitum atq; anxium capere laborem. Cuiusmodi sunt rationes Dialecticæ.

Arare littus. Αἰγιαλὸν ἀρᾶν.

Ausonius Est sterilem operam sumere. Ausonius in Theonem:

Quid geris extremis positus telluris in oris,
Cultor harenarum uates, cui littus arandum?

Huius peculiaris usus erit, quum officium impenditur in eum, à quo nihil fis fructus aliquando percepturus.

E multis paleis, parum fructus collegi.

Ἐκ πολλῶν ἀχύρων ὀλίγον κῶνον συνέλεξα.

Id est, *Multo labore non multum emolumenti sum consequutus, aut è uerboso sermone paululum bonæ sententiæ, ex ingenti uolumine minimum doctrinæ retuli.* Translatum ab excussoribus tritici.

Diogenianus. *Ouum adglutinas.* Ὠὸν κολλᾷεις.

Id est, Ouum glutino compingis. Ridiculè laborat, qui fractum oui putamen glutino sarcire & coagmentare conetur.

Homerus. *Penelopes telam texere.*

Est inanem operã sumere, & rursum destruere quod effeceris. Natum ex Homeri Odysseæ II. Fingit Penelopen Vlyssis uxorem procos iam urgentes hac conditione eluisse, ut tum se promitteret nuptură, ubi telam quam habebat in manibus, absoluisset. Quam cõditionem postea quam illi accepissent, mulier astuta quod interdiu texuisset, id noctu retexere cœpit.

Plautus. *Oleum & operam perdidi.*

Quicquid insumpsi seu rei seu laboris, id frustra insumptum est. Metaphora ducta est à gladiatorũ ac palæstritarum certaminibus, in quibus certaturi unguentis quibusdam oleaceis perungebantur.

Hieron. *Bos ad ceroma.*

Diuus

Diuus Hieronymus ad Pammachium, uidetur huic adagio uelut alterum quoddã adagium subtexuisse: Oleum perdidit & impensas, qui bouẽ mittit ad ceroma. Siquidem hoc ipsum, bouem ad ceroma mittere, prouerbium sapit, pro eo quod est docere indoctum, aut ad id muneris quempiam ascisc ere ad quod obeundum minimẽ sit idoneus, uidelicet ingenio repugnante. Nam ceroma dicitur unguentum, quo olim Athletæ ungebantur, id ex oleo certis{que} terræ generibus conficiebatur. Porrò ad certamina bos inutilis est.

Nihil agere. Cratinus.

Suidas hunc uersiculum citat è Cratini fabula, cui titulus Horæ:

Καὶ ταῦτα πράττων φάσκ' ἀνὴρ οὐδὲν ποιῶν. Id est,

Atq; ista faciens quidam ait, faciens nihil.

Admonet{que} subesse prouerbium, quod quadret in eos, qui frustra laborant. Celebratur & illud Attilij: Satius est otiosum esse, quàm nihil agere.

Perijt sus.

Ἀπόλωλεμῦς Ⓒ τάλαντον Ⓒ γάμος.

Id est, Perijt mihi sus, & talentum, & nuptiæ. Dici consuetum, ubi quis frustratus perdidisset operam & impensam.

Quid opus erat longis canere tibijs?

Τί γὰρ μεῖδε μακροῖς αὐλοῖς αὐλεῖν;

Id est, Quorsum attinebat me longis canere tibijs? Id aiunt conuenire in eos, qui sumpsissent inanem operam aut sumptum.

Ollas ostentare. Χύτρας ἐπιδείκνυσθαι. Plutarch.

Est rem per se ridiculam ac sordidam, perinde ut maximam efferre.

Cum dijs non pugnandum. Homerus.

Qui monebit non esse pugnandum cum genio, cum superis, cum magnis principibus, usurpabit illud Homeri, Verùm homines dijs inferiores. Hanc sententiam sic ex-

tulit Pindarus: Oportet aduersus Deum non cõtendere.

Horatius. *Asinum sub freno currere doces.*

Hoc est, doces indocilem. Nam equus ad cursum idoneus, asinus ad equestrem cursum inutilis. Horatius:

Infœlix operam perdas, ut si quis asellum
In campum doceat parentem currere freno.

Plautus. *Apud nouercam queri.*

Qui deplorant infœliciratẽ suam apud eos, qui nihil auxilij sint laturi, uel gauisuri magis conquerentiũ malis.

Ferrum natare doces.

Σιδηρον πλεῖν διδάσκεις.

Id est, Ferrum fluitare doces. De ijs, qui rem conantur, quæ repugnante natura nequaquam fieri possit.

Cauda tenes anguillam.

Απ' οὐρᾶς τὴν ἔγχελυν ἔχεις.

Id est, Cauda tenes anguillam. In eos, quibus res est cum hominibus lubrica fide, perfidis{que}.

Plautus. *Austrum perculi. Aërem uerbero.*

Id est, Operam lusi. Est apud Plautum in Epidico. Quo quidem adagio non est grauatus uti Paulus in Epistolis suis. C.

Plato. Σκιὰμαχεῖν.

Olim, qui inaniter laborabant, σκιαμαχεῖν dicebantur, hoc est, cũ umbra pugnare. Plato: Sed necesse est omnino, ut cum umbra pugnem, simul & defendens & accusans, quum nemo respondeat.

Milium terebrare. Κέγχρον τρυπᾶν.

Milium perforare dicuntur, qui in re difficili, sed prorsus inutili laborant.

Plato. *Vacuam inhabitare.* Κενὴν ἐνοικεῖν δόμον.

Vacuam habitare domum dicuntur, qui speciem rei magnificam ostentant, quum ipso bono uacui sunt.

In frigidum furnum panes immittere.

Επὶ

Επὶ ψυχρὸν ἰπνὸν τοὺς ἄρτους ἐπιβάλλω.

In frigidum furnum immittere panes dicũtur & hodie, qui docet indocilem, qui monet auersum, aut qui alioqui sumit inanem operam.

Lapidi loqueris. Λίθῳ διαλέγῃ. Terentius

Lapis pro stupido bruto q̃ homine ponitur.

Linum lino nectis. Λίνον λίνῳ σωάπτεις.

Linum lino cõnectis. Huius adagij duplicem apud Græcos interpretes sensum inuenio. Quorũ alter est, Infirmis infirma copulas, friuola friuolis. Alter, Eadem nõ ijsdem rationibus facis, aut dicis.

Surdo oppedere. Πρὸς κωφῷ ἀποπροΐεμι.

Id est, Apud surdũ crepitum êdere. Dicitur ubi quid frustra fit. Siue quum conuicijs incessitur is, qui perinde negligit, quasi non audiat.

Laterem lauas. Πλύνθον πλύνεις. Terentius

Quo operam inanem significamus.

Anthericum metere. Τὸν ἀνθέρικον θερίζω.

Dicebantur, qui laborem inanem ac sterilem caperent. Anthericus herbæ genus, quod meti non possit, sed uelli manibus necesse est, ueluti & linum. Antherices uocantur summa spicarum fastigia, siue atheres.

De asini prospectu. Ὀνου προσώπου.

Dici solitũ in eos, qui ridendo titulo quempiam calumniantur, aut de friuolis rebus aliquem in ius uocant.

De asini umbra. Ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς. Aristoph.

Id est, Super asini umbra. Pro eo quod est, De re nihili.

Lapidem decoquis. Λίθον ἕψεις. Idem.

Pro eo quod est, Inaniter laboras. Neque unquam mollescit lapis quantumuis diutina coctione. Speciatim conuenit in hominem durum, nullisque precibus mollescentem.

Surdo fabulam narras. *Surdo canis.* Horatius. Vergilius.

Κωφῷ

Plautus. Κωφῷ ἄδεις.

Verg. Non canimus surdis, respondent omnia syluæ.
Horatius: Narrare putaret asello Fabellam surdo.

Verberare lapidem.

Aptè dicetur, ubi quis obiurgat incastigabilem.

Laborem serere. Πόνον σπείρειν.

Vulgò dicebantur, qui frustra laborarent.

A lupi uenatu. Ἀπὸ λύκου θήρας.

Dici solitum, ubi quis protinus re infecta discedit, aut de negocio molesto & agresti. Neq; enim tutum est lupum insequi, neq; is facilè capitur, quum reliquarũ ferarum uenatus non uulgarem adferunt uoluptatem.

Plautus. *Alienum arare fundum.*

Ἀλλοτρίαν ἄρουραν ἀροῦν.

Id est, Alienum aruum arare. Pro eo quod est, Alienum agere negocium, aut cum alienis uxoribus habere rem. Plautus: Fundum alienum arat, suum incultum deserit.

Vergilius. *Hylam inclamans.* Ὕλαν κραυγάζειν.

De frustra uociferantibus, aut in genere, de nihilo proficientibus. Id fuerit uenustius atq; concinnius, ubi quis rem absentẽ frustra desiderat, uel deplorans, uel optans. Vnde natum sit, habes apud Vergilium Aegloga 6.

Hic funis nihil attraxit.

Αὕτη μὴν μάταιος οὐδὲν ἕσπασεν.

Id est, Funis quidem iste piscium attraxit nihil. Quo significabãt operam frustra sumptam, neq; ex sententia euenisse, quod quis conabatur. Translatum ab humato funiculo piscantibus.

Plato. *Hydram secas.* Ὕδραν τέμνεις.

Hydram incidere, est ita unum aliquod incommodum tollere, ut in eius locum plura alia recipias. Adagium natum à fabula hydræ Lernææ, cum qua multum, diuq; cõflictatus est Hercules, propterea quòd uno recisо capite plura

plura renascerentur. Accommodari poterit ad eos, qui litibus inuoluuntur nunquam finiendis. Lis enim litem parit.

Cotem alis. Ἀκόνῳ στιτίζεις. Hermol. Barba.

Dicitur in homines edaces, plurimiq; cibi, qui nihilo tamen habitiores inde reddantur. Nam in cotis macilentiam hodiéque uulgò iactatur adagium, quum aiunt: Tam pinguem quàm cotem, macilentum quempiam, significantes. Hermolaus Barbarus interpretatur hoc adagium, pro malè collocare beneficium, unde non sit reditura gratia.

Cum Coryco luctari. Πρὸς κόρυκον γυμνάζεσθαι. Cicero.

Aduersus Corycum luctari dicebatur, qui sumeret inanem operã. Opinor Corycum palæstriten fuisse quempiam inuictum.

Cum dijs pugnare. Θεομαχεῖν.

Dicũtur, qui uel naturę repugnãt, uel aduersus fatalem necessitatem reluctantur. Sumptum à gigantum fabula. Cicero: Quid enim gigantum more bellare cum dijs, nisi naturæ repugnare?

Quum plurimum laborauerimus, eodem in statu sumus.

De frustra laborantibus. Quod euenit ijs, qui post diuturnum studium nihilo reperiũtur eruditiores, post longam negociationem nihilo ditiores.

Cum laruis luctari.

Cum laruis luctari dicuntur ij, qui uita defunctos insectantur maledictis, qua re nihil esse potest indignius in genuo uiro. Plinius.

Undas numeras. Κύματα μετρᾷς. Theocri

Id est, Rem infiniti laboris incœptas.

Inaniter aquam consumis.

Ἀλλως ὑγραλίσκεις ὕδωρ.

Id est,

Id est inaniter aquam consumis. In eos quadrabit, qui frustra suadent.

Zenodot. *In cœlum iacularis.* Εἰς τὸν οὐρανὸν τοξεύεις.

Id est. In cœlum sagittam torques. De ijs, qui frustra laborant, aut qui audent eos lacessere, quos non possunt lædere.

Lucianus. *Voluitur dolium.* Κεκύλισται ὁ σίθος.

Id est. Reuolutum est dolium. In eum, qui commouetur alieno exemplo siue instinctu, ad stulte quid faciendum. Nam dolium facili impulsu, quò uelis, uoluitur. At sapiens semper fixus est & immotus.

Tullius. *Vlulas Athenas.* Γλαῦκας εἰς Ἀθήνας.

Subaudiendum, portas, aut mittis. Conueniet in stultos negociatores, qui merces eò comportant, ubi per se magis abundant. Vt si quis in Aegyptum frumentum, in Cilicium crocum inuectet.

Terentius. *In eodem hæsitas luto.*

In eos cõpetit, qui sic implicantur negocio cuipiam ut se nequeant extricare. A uiatoribus translatum, qui simul atq; in lutum inciderint, quum alterum pedem extrahuntur educere, altero altius immerguntur.

Horatius. *In syluam ligna ferre.*

Est aliquem ijs rebus augere uelle, quibus ipse maxime abundet. Eadem ratione dicimus: In mare deferre aquam.

Pausanias *Contorquet piger funiculum.*

Cratinus fingit quendam apud inferos funem torquentem, asinum autem arrodentem ea, quæ ille iam torsisset, atq; ita tam inaniter laborare, qui torquebat.

Zenodot. *Tranquillum æthera remigas.*

Ἀιθέρα νλώεμον ἐρέσσεις.

Id est. Aërem tranquillo remigas. De incassum laborantibus, quasi dicas, aërem uerberas.

Idem. *Ventos colis.* Ἀνέμους γεωργεῖς.

Colis autem dico, pro eo quod est, agricolationẽ exercens.

ces. Dicitur in eos, qui è suis laboribus nihil fructus reportant.

Vento loqueris. Ἀνέμῳ διαλέγῃ. Suidas.

Pro eo quod est, Inaniter. Nam uetus omnia dissipat. Consimili figura apud Athenæum legitur: Cœlo & terræ loqui.

Nugas agere. Aristoph.

Rem friuolam ac nihili facere, seu frustra conari, λῆρον λήρας, Atticis familiare, id est, Nugas nugaris.

Actum agere. Terētius.

A iudiciorum consuetudine sumptum, qua fas non est iterum agere causam, de qua iam sit pronunciatū. Plautus: Rem actam agis, id est. Incassum laboras. Tullius de Amicitia indicat dici solitū de negocio, quod præposterè geritur.

Aquam in mortario tundere. Lucianus.

Ἰδωρ ὑπέρω πλήσσειν.

Id est, Aquā pistillo tundere. In eos, qui laborant inaniter. Siquidem aquam si quis uel ætatem contundat, nihil aliud erit quàm aqua. Quantūuis doceas, ὄνον λύρας, quantumlibet admoneas stupidum, sui similis esse pergit.

Volantia sectari.

De ijs, qui nullum certum uitæ scopum sibi proponunt, sed ex tempore uiuunt, ad quamuis occasionem mutabiles.

Vorsuram soluere. Terētius.

Vorsuram soluere dicitur, qui sic è præsentibus malis extricat sese, ut alijs grauioribus impediatur. Nam Donato, Vorsuram facere, est æs alienum ære alieno soluere, aut minore fœnore maiorem acceptam pecuniam occupare. Hinc ducta uoce, ut autor est Festus Pompeius, quòd uertat creditorem.

Saxum uoluere. Idem.

Saxum uoluere dicuntur, qui inexhausto quopiam atq; inu-

inutili labore fatigantur. Tractum à notissima Sisyphi fabula, saxũ apud inferos sursum ac deorsum uoluẽtis.

Ex inanibus paleis.

Diogeni. Ἀτὰρ ἐκ καθαρῶν ἀχύρων τε ξύγκρασιν ποιῶν.

Id est, Atqui è puris paleis trituram frumẽti facis. Id est, operam sterilem & infrugiferam sumpsisti. Natum à rusticis.

Frustra canis. Ἄλλως ᾄδῃς.

Lycophron. De ijs, qui frustra suadent. Effertur etiam ad hunc modum: In uanum cantas. Frustra pulsas chordas.

Pau. Apo. *Frustra currit.* Εἰς κενὸν τρέχῃ.

Pro eo quod est, Frustra laborat. Sic usus est D. Paulus. Sumptum ab his, qui in stadio cursu certant.

Milium torno sculpere.

Suidas. Τὰς κέγχρους ἀποτορεύειν.

Milij grana torno sculpere dicebantur, qui rem abiectam moliretur. Milium enim minutius est, quàm ut de quicquam descalpi possit.

Memorem mones, doctum doces, & similia.

Idem pollet illud Græcanicum:

Λαλεῖς πρὸς ἔχοντα τὴν ἐπιστήμην.

Id est, Loqueris ei, qui ipse rem calleat.

Obturbas frustra uelut unda.

Ὀχλεῖς μάτην με κυμ᾽ ὅπως.

Id est, Turbas me ut unda inaniter, id est, incassum mihi molestus es.

Cancrum ingredi doces.

Κάνινον ὀρθὰ βαδίζειν διδάσκεις.

Id est, Cancrum rectè ingredi doces. De eo, qui docet indocilem.

Suidas. *Apud fimum odorum uaporem spargis.*

Εἰς κόπρον θυμιᾷς.

Id est,

Id est, In fimum aromatum odorem spargis. Nam perit omnis fragrantia, fimi fœtore uincitur.

Inuitis canibus uenari.

Hoc adagio significatum est, non sat fœliciter succedere quòd à nolentibus extorquetur. Plautus.

Inuitos boues plaustro inducere. Theognis.

Simile dictum etiam hodie perseuerat uulgò celebratũ, incommodum esse, bubus inuitis plaustrum ducere.

Contra torrentem niti. Augu. contra Hier.

Dicuntur, qui frustra certant cum ijs, quos uincere non queant. Sumptum à natantibus, qui solent secundo natare flumine.

Contra stimulum calcas. Πρὸς κέντρα λακτίζεις. Terẽtius.

Id est, Contra stimulos iactare calcem. Est frustra repugnare ijs, quos uincere nequeas: & incommodum quod euitare non queas, impatienter ferendo non solum non effugere, uerùm etiam cõduplicare. Donatus paræmiam esse admonet cum eclipsi. Deest autem iactare, quod unico uerbo Græci dicunt λακτίζειν.

Senis mutare linguam. Hierony.

De frustra atq; intempestiuè laborantibus. Hieronymus præloquens in quatuor Euangelia: Pius, inquit, labor, sed periculosa præsumptio, iudicare de cæteris ipsum ab omnibus iudicandum, senis mutare linguã, & canescentem mundum ad initia retrahere paruulorum. Quo significatur adultã ætatem ad omnia minus esse tractabilem, quàm rudes illos ac teneros annos. His finitimum est: Serum esse, canes uetulos loris assuescere. Et hoc: Senex psittacus negligit ferulam.

Senis doctor. Γέροντα διδάσκαλον.

Conuenit in eum, qui in re sera atq; intempestiua frustra sumit operam. Siquidem ut est iuuenta docilis, atq; in quemuis habitum sequax, ita senecta intractabilis, tarda atq; obliuiosa.

Herculei labores. Ἡρακλεῖοι πόνοι.

Dicuntur plurimi atque ingentes, quique uires desiderent Herculanas. Vel qui alijs quidē maximas adferunt commoditates, cęterum autori suo nihil fermè fructus adducunt, præter aliquantulum famæ, plurimum inuidiæ. Id quod ita fato quodam accidisse Herculi putant, & quarta luna natus credatur.

Asinum balneatoris. Ὥσπερ ὄνον βαλανέως.

Plutarch. Id est, Vt asinus balneatoris. Dictum in eos, qui ex suis laboribus ipsi nihil fructus caperent.

Mare exhauris. Θάλασσαν ἀνθλεῖς.

De eo qui conatur, quod effici non possit.

Exurere mare.

Propert. Propert. Tu prius & fluctus poteris siccare marinos.
Aliaque mortali detrahere astra manu.

Muscas depellere.

Aristoph. Dicitur, qui iocoso atque inutili fungitur officio.

Conchas legere.

Summi ocij est, conchas & umbelicos legere in littoribus, qui lusus esse solet puerorum.

Aues quæris. Ὄρνις ζητεῖς.

Rem uagam & captu difficilem sequeris. Persius:
An passim sequeris coruos, testaque lutoque.

Zenodot. *Humi hauris.* Χαμαὶ ἀντλεῖς.

De inaniter laborante dicebatur. Nihil enim est quod è solo haurias. Apparet dici posse, quoties exhausta copia non multum supersit, quod haurias.

Influit quod exhauritur.

Ἐπιῤῥεῖ τὸ ἀπαντλούμενον.

Id est, Adfluit quod exhauritur. Vbi quis frustra sumi operam in re quapiam.

E Tantali horto fructus colligis.

Ταντάλου κήπου ξυγάζεις.

Id est, Ex Tantali horto fructum colligis, id est, ea con-

lecta-

sectaris, quæ nusquam sunt, aut quibus frui non licet. Quod quidem appositè dicetur in mundanis addictos uoluptatibus.

Dentem dente rodere. Martialis.

Dicitur, qui carpit eum, qui neq; lædi queat, neq; sentiat. Aut qui mordet pari mordacitate præditum quempiam. Martialis: Quid dentem dente iuuabit
Rodere? carne opus est, si satur esse uelis.

Oresti pallium texere. Aristoph.

Ὀρέστῃ χλαῖναν ὑφαίνειν.

Dicebatur, qui munus pararet abusuro. Nam Orestes per insaniam uestes dilacerabat.

Ver ex anno tollere. Herodot.

Ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ τὸ ἦρ αἴρειν.

Dicebatur, qui id quod in negocio quoniam erat præcipuum, tolleret. Ver enim anni præcipua pars est. Potest deflecti longius, ut dicantur uer eximere anno, qui linguarum ac bonarum literarum peritiam sustollant è scholis.

Bulbos quærit. βολβοὺς ζητεῖ. Aristoph.

Iocus prouerbialis in eos qui iuxta Persium,
Obstipo capite defigunt lumina terræ.

Nudus nec à centum uiris spoliatur. Chrysost.

Adducit prouerbium uulgò iactatum D. Chrysostomus, quo significabitur conatus inanis. Apuleius Asinius effert in hunc modum:
Nudus nec à decem potest palæstricis spoliari.

Inter lapides pugnabant, nec lapidem tollere poterant. Plutarch.

In eos qui præsenti cõmodo non fruantur, uel ob ignauiam, uel ob peruersam de rebus opinionem, ut qui uel saxum graue ueniens ex aceruo tollere, quo repellant aduersarium. Torquebitur non inuenustè etiam ad inanem operam.

Aristoph. *Vtrem cædis.* Ἀσκὸν δέρεις.

Sumptũ uel à Bacchi sacris, uel ab ijs, qui percussis utribus inanem mouent strepitum.

Impete peritum artis.

Βαλλ' ἐς ἔχοντα τὴν ἐπιστήμην. Id est, Iaculare in eum qui nouit artem, ubi quis conuicium facit homini, qui norit & ipse retorquere conuicium, aut qui carpit uelut imperitum, qui non inferior sit in artis scientia. Sũpta metaphora uidetur ab ijs, qui iaculo aut saxis petunt eum, qui calleat ictum uel declinare, uel in iaculantem retorquere.

Canis. Ἀδὲς ἔχων.

Pro eo ǫd est, nugaris, ineptis, frustra loqueris. Etenim qui canunt, non agunt rem seriam, sed tantum ut aures deliniant uoluptate mox peritura.

Diogeni. *Vtre territas.*

Dici solitum quoties inanem formidinem, aut concipit aliquis, aut incutit. Sumptum ab ijs, qui uasorum inanium strepitu pauefaciunt pueros, aut alioqui formidolosos.

Senex psittacus negligit ferulam.

Eundem calceum omni pedi inducere.

Coruus albus. *Senis doctor.*

Mortuo mederi. *Vmbra territus.*

Senis mutare linguam. *Senem admonere.*

Enarrauimus alibi suo quoq; loco.

Mari aquam addere.

Est aliquem ijs rebus uelle augere, quibus ipse maxime abundet.

Inanis conatus.

Vbi sentiemus, frustra sumi operam, neq; quicquã promoueri diutinis laboribus, non ineptè, quadrabit illud Homeri Iliad. B.

Ἀπρηκτον πόλεμον πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι. Id est, Pugnam

Pugnam infrugiferam & inutile ducere bellum.

Quasi Sutrium eant. Diogen.

Phrynichi lucta. Τὸ φρυνίχου πάλαισμα.

Excubiarum causa canens. Φρυγῶν ἄδων.

Tractauimus alibi quoq.

Gyrgathum spiras. Γύργαθον φυσᾷς.

In insanum frustraq uociferantem iaciebatur. Gyrgathus lectus est, in quo paralytici mentecq capti, quiq uocantur dæmoniaci uincti iactant sese, multa minitantes, sed frustra.

INAEQVALIS PENSATIO.

Ne uerba pro farina. Μὴ λόγους ἀντὶ ἀλφίτων.

Id est. Ne uerba pro farinis. Aduersus eos iaciebatur, qui beneficium uerbis, non re dabant. Veteres quicquid ad uictum pertineret, ἄλφιτα uocabant.

Pro perca scorpium. Ἀντὶ πέρκης σκορπίον.

Vbi quis optima captans, pessima capit. Nam perca piscis est uel maximè laudatus. Scorpius lætalis piscis est: quanq est & piscis huius nominis contempti saporis.

Vmbra pro corpore. Σκιὰ ἀντὶ τοῦ σώματος.

Quoties aliquis magnum quiddam uidebitur assequutus, quum nihil tamen adferat præter titulum aut spes meras. Mutuo sumptũ ab Aesopica fabula de cane, qui dum umbram carniũ quod ea maior appareret, captat, ueras amisit carnes.

Palumbem pro columba. Φάτταν ἀντὶ πτερδᾶς. Plato.

Subaudi uerbum ad sententiam accommodatum. Conueniet, ubi quod deterius est & adulterinũ, pro eo quod est, præstantius ac legitimum, supponunt.

Pilos pro lana. Τρίχας ἀντὶ ἐρίων.

De re uehementer inæquali, aut de negocio supra modum absurdo.

Pro malo cane suem reposcis. Diogen.

Ἀντὶ κακῆς κυνὸς σῶν ἀπαυτῆς.

Id est, Pro re uili pretiosam. Sus enim esculentus, canis haudquaquam uescus est.

Suidas. *In parte uel ignem prædetur aliquis.*

Ἐντὸς μέρη τις κἂν τὸ πῦρ σκυλτόσατο. Id est, Prædetur aliquis per uices ignem quoq;

Dictum de his, qui parum æqua referant in commune. Quid enim non prædetur, qui prædatur ignem, qui sic est natura communis, ut ipse nihilominus possideas, postea quàm & alijs fueris impartitus?

Homerus. *Diomedis & Glauci permutatio.*

In prouerbium abijt, quoties inæqualem commutationem significamus, hoc est, deteriora pro melioribus reddita, scilicet ærea pro aureis. Vel quoties officium aut munus longè impari munere pensatur, aut contrà. Aut quoties aliquis rem pecuniariam auxit, sed dispendio animæ. Admissus est ad amicitiam principis, sed excidit ab amicitia Christi.

Suidas. *Si uinum postulet, pugnos illi dato.*

Ἂν οἶνον αἴτῃ κονδύλους αὐτῷ δίδου.

Id est, Si uina poscat ille, pugnos porrige. Vbi pro bonis rebus expectatis, diuersa accipiuntur. Putant metaphoram à pueris ductam, qui petentes non petenda, nonnunquam colaphos recipiunt.

INCERTVS EVENTVS.

Mars communis.

Incertum aduarium belli euentum notabant hoc dicto, Ἄρης κοινός. Id est, Mars communis.

Gellius. *Inter os & offam.*

Quasi dicas: Inter os & cibum. Quod à sumendis cibis sumptum est: In eadem sententia adagium est quod sequitur.

Gellius. *Multa cadunt inter calicem, supremáq; labra.*

Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου.

Hos

Admonemur, nihil tam certum sperari, neq; quicquam tam esse uicinum, quod non repentinus aliquis casus queat interuertere. Adeoq; non esse tutum uenturis fidere, ut uix etiam illa fint tuta, quæ manibus tenemus Natum ab Alcæo, qui uini sui calicem in manibus habẽs ut biberet, ne gustauit quidem, ut qui ab apro interijt, dum eum uineto expellere conarentur. Ancæo Ancæo

In herba esse. Ouidius.

Vbi spem immaturam indicamus, ac longius adhuc abesse ut consequaris, in herba esse dicimus. Sumpta metaphora à segetibus teneris adhuc & herbescentibus.

Nescis quid serus uesper uehat. Menippꝰ.

Quo salubriter admonemur, ne præsentium successuum prosperitate elati, futuri curam abijciamus.

Nullo scopo iaculari. Ἀσκόπα τοξεύειν. Lucianus.

Absque scopo iaculari dicuntur, qui nihil certi propositum habent quod sequantur, & ad quod instituti consilijq; sui rationes referant.

Si crebro iacias, aliud aliâs iecceris. Aristotel.

Quo significatum est oportere rem sæpius tentare, neq; defatigari protinus, si quando parum ex animi sententia ceciderit. Futurum enim, ut iterum atq; iterum pericitanti, fœlicius aliquando cadat. Sunt qui putãt metaphoram à sagittarijs, non ab aleatoribus esse ductam.

INCITARE.

Cithara incitat ad bellum. Plutarch.

Plutarchus libro de fortuna Alexandri secundo, declarat hunc uersiculum apud Lacedæmonios solere decantari:

Ερπει γὰρ ἄντα τοῦ διὰ χρῳ τὸ καλῶς κιθαρίσδειν.

Vergit ad letale ferrum, lepidè cithara canere.

Quo significabant certis citharæ modis sedari motus animorum, alijs addi uigorem ad prælium.

Alas addere. Aristoph.

Ἀναπεραν uulgò dicebatur, qui uerbis alicui adderent animum, inq; bonam ſpem erigerent.

Frigidam aquam ſuffundere.

Plautus. Pro eo quod eſt, inſtigare clanculum. Tranſlatum ab officinis ærariis, ubi fabri ſubinde frigidam aquam in ignem aſpergunt, quo ignis ſit uehementior.

Homerus. ### *Modis omnibus incitat.*

Vbi quis omnibus modis animũ alterius ſollicitat, nunc precibus, nunc blanditiis, nunc iurgiis, nũc minis, uſurpare licebit illud Homeri:

Multum ille, ſcutica q; cita celerare iubebat,
Multum idem blande affatus, multum q; minatus.

Feri puer.

Athenæus lib. Dipnoſoph. 15. demonſtrat olim prouerbio ſolitum acclamari ἱκ πεσών, quo ſignificãt quẽpiam ſuo munere defunctum. Itidem fermè illud, quemadmodum nos abſolutæ uirtuti gratulantes dicere ſolemus: Macte animo, macte uirtute.

Ignarium dare.

Dicebatur ignarium dare, qui ſuggereret quod dolore quodam reuocaret hominem à peccando, quemadmodum lapis digito additus, uel pondere, uel attritu non ſinit hominẽ obliuiſci, cuius gratia ſumpſerat eum. Ignarium autem nonnulli lapidem pyriten uocant, quòd habeat plurimum ignis, ut attritu digitos adurat, alioqui ponderoſiſſimus.

INCONSTANTIAE, PERFIDIAE, VERSVTIAE.

Cicero. ### *Chimæra.*

Hominem inconſtantem ac uariis moribus, aut opus ſibi non cohærens M. Tullius deſignat feſtiuiter illo uerſu Homerico:

πρόσθε λίων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χιμαίρα. Id eſt, Quid dicam neſcio, nam ita deplorat primis uerſibus manſionem ſuam, ut quemuis mouere poſſit: ita rurſus remit-

remittit, ut me roget, ut annales suos emendem atque edam.

Epistolam sibi inæqualem, appellat Chimæram.

De statu demigrare. Tullius.

Quemadmodum de gradu deiici dicuntur, qui depelluntur à proposito, ita M. Tullius ad Atticum lib. 4. dixit, de statu demigro, pro eo quod erat, recedo à uitæ instituto. Translatum uideturue l ab Athletis, uel à prælijs, ubi laudi erat non cessisse loco.

Modo palliatus, modo togatus. Idem.

In hominem inconstantem ac lubricæ fidei diuersarũq; partium elegãter torquebitur: ueluti si quis subinde mutato uitæ genere, nunc Cidarim gestet Theologicã, nunc cum paludamento militari incedat, &c.

Trochi in morem. Aristoph.

Βίμβικος ἀλίτροπος. Id est, Trochi in morem, de uersatilibus & inconstantibus dici solitũ. Est enim Bembix trochus quem pueri flagello circumagunt.

Vespertilio. Vlpianus.

Vespertiliones uidentur appellari, qui grauati ære alieno, luce domi se continent, ne à creditoribus appellentur, noctu prodeunt, &c. Prisci ea uoce secus usi sunt, uidelicet pro homine ancipitis fidei, qui nec huius ordinis sit, nec illius, cum utroq; tamen colludat, eò quòd uespertilio sic est utriusq;, ut nec inter uolucres, nec inter mures habeat locum. Alas habet, sed pennas non habet: uolitat, sed sub uesperam. Dentes habet, quod auium nulla. Varro in Agathone: Quid multa? factus sum uespertilio, neq; in muribus planè, neq; in uolucribus sum. Vespertilionis conuicium torqueri poterit & in amantes, qui noctu uolutant, quos Plaut. in Trinummo uocat tenebricolas.

Venti campus. Ἀνέμων πεδίον. Diogeni.

In hominem instabilem, leuem & inconstantem diceba tur. Nam in planicie uenti liberius huc atque illuc diuagantur.

Panagæa Diana. Ἡ πανάγαια ἄρτεμις.

Dicebatur olim peregrinationem impensius amans, errabundus, instabilis, nulla certa sede consistens. Siquidem Diana uagari dicitur apud poëtas, & per nemora mõtesq; oberrare. Quin domicilium etiam subinde mutat, nũc apud superos agens, nunc apud inferos. Ne specie quidem semper, sed nunc pleno orbe, nunc mutila, nunc nulla.

Tullius. *Lachryma nihil citius arescit.*

Marcus Tullius lib. de Inuen. priore, præcipiens ne orator, posteaquam iudicis animum commouit ad misericordiam, diutius commoretur in quæstione, adducit Apollonij dictũ: οὐδὲν θᾶσσον ξηραίνεται δάκρυον, id est, lachryma nihil citius arescere, quod uehemens affectus facilè uertitur in tædium.

Athenæus. *Mutabilior Metra Erisichthonis.*

Μεταβλητότερος μήτρας ὁ Ἐρισίχθονος.

In eum congruit qui secum non cõstat, sed subinde aliã atq; aliam personam sumit. Erisichthon quidam Thessalus, absumptis facultatibus, ad extremam deuenit inopiam. Huic erat filia præstanti forma, nomine Metra: quam ubi prostituisset, adolescentes qui commeabant ad illam, uaria munera deferebant, alius equos, alius boues, alius uerueces. Porrò Thessali per iocum dicebant, Metrã Erisichthonis uerti in ea omnia, quæ illi ab amatoribus filiæ donabantur. Atq; hinc prouerbium.

Chamæleonte mutabilior.

Χαμαιλέοντος ἐυμεταβολώτερος.

Chamæleon commemoratur inter animantia, quæ colorem mutant, sicq; is nunc niger, nunc adsimilis crocodilorum, nũc pallidus, &c. Competit igitur adagium in hominem uersipellem, siue inconstantem.

Homerus. *Proteo mutabilior.* Πρωτέως ποικιλώτερος.

In uafrum & uersipellem competit. Fabula Prothei extat apud Homerum Odyss. 4. & apud Maronem 4. Geor-

gic,

gic. Simili figura dicetur & Vertumno inconſtantior. Nam hic Deus in omnigenam ſpeciem ſeſe uariat.

Polypi mentem obtine. πολύποδος νόον ἴσχε. Plutarch.

Quo iubemur pro tempore alios atq; alios mores, aliũ atq; alium uultum ſumere. Adagium natum à piſcis ingenio, qui ſcribitur colorem mutare in meru, &c.

Mulieris animus. γυναικὸς φρένες. Terẽtius.

Id eſt, Muliebre ingenium. Quadrat in imbelles & incõſtantes. Terent. Noſti mulierum ingenium? Nolunt, ubi uelis: ubi nolis, cupiunt ultrò.

Euripus homo. Εὔριπος ἄνθρωπος.

In inconſtantes ac moribus inæqualibus homines dicetur. Quadrabit & in fortunæ uices, quæ res mortalium uelut ęſtu quodam ſurſum ac deorſum iactat. Ducta metaphora à maris Euripi prodigioſa quadam reciprocandi celeritate.

Cnips in loco. Ὁ κνίψ ἐν χώρᾳ.

Id eſt, Cnips in regione. Dictum in eos, qui ſubinde ſedem mutarent, & aliunde alió migrarẽt. Eſt autem κνίψ ſiue κνιφ, uermiculus innaſcens materijs. Is eroſo ligno ſemper locum mutare nititur.

Cothurno uerſatilior. Suidas.

Εὐμεταβολώτερος κοθόρνου.

Dictum in hominem parum cõſtantem, lubricæq; fidei, quique incertę & ancipitis eſſet factionis, ſimilitudine ducta à calceamento, quod Latini cothurnum uocant, quo mos erat uti Tragœdiarum actoribus. Suidas addit huiuſmodi fuiſſe, ut uiris pariter ac mulieribus congrueret.

Aliud ſtans, aliud ſedens. Saluſt.

Quo licebit uti, quum ſummam inconſtantiam animi ſignificamus, quaſi tantillum momentum atq; interuallum commutet hominis ſententiam.

Duabus ſedere ſellis. Macrob.

Eſt incertarum eſſe partium & ancipiti fide, ambabus ſatisfa-

tisfacere uelle. Laberius Mimus in senatum à Cæsare lectus, quum à Cicerone ad consessum non reciperetur, dicente: Reciperem te, nisi angustè sederem, nimis mordaciter respondit: Atqui solebas duabus sellis sedere, obijciens tanto uiro lubricum fidei.

M. Curt.

Duos parietes de eadem dealbare fidelia.

Pro eo quod est, eadem re duplicem uelle inire gratiam, eademq; opera duos pariter demereri. Tractum uidetur ab his, qui parietibus opus albarium superinducunt.

Zenodot.

Duplices uiros. Διπλοῦς ἄνδρας.

Vocabant, qui essent lubrica & insyncera fide, quos nũc uulgò etiam bilingues appellant.

Tertul.

De toga ad pallium.

Cuius duplex erit usus, uel quum ad diuersum uitæ genus sese contulerit aliquis: uel quum de fortuna honestiore ad humiliorẽ. Veluti, si quis ex aulico fiat monachus, aut è præfecto pædagogus, è consule rhetor. Toga Romanorum erat, pallium Græcorũ. Post pallium cœpit esse gestamẽ philosophorum. Confine illi: Ab equis ad asinos.

Duodecim artium. Δωδεκαμήχανον.

Appellabant calẽdum, uersutum, uersipellem, uafrum, ac uarijs instructum dolis. Narrant scortum quoddam fuisse nomine Cyrenen, cui cognomẽtum inditum, duodecim artiũ, propterea quòd in peragenda Venere duodecim figuris usa fuisse dicatur, &c.

Suidas.

Thessalorum commentum.

Θεσσαλῶν σόφισμα.

Varias ad res accommodari scribit Suidas, tum adeos qui in acie locum deserunt, tum ad illos qui cultu delicatiore utuntur, tum ad hos qui dolis quempiam circumueniunt. A quibusdam sic refertur hoc adagium: Semper enim res Thessalorum infidæ.

Phœnicum pacta. Φοινίκων συνθῆκαι.

Phœnicum conuenta, Phœnices Carthaginem debellaturi

turñ postularunt à Libycis, ut sibi liceret diem & noctẽ hospitio terræ uti. Quod quum impetrassent, iamq; exacto concessi temporis spacio iuberentur excedere finibus, recusarunt, affirmantes se pactos, ut sibi fas esset illic noctes quoq; ac dies eõmorari, uidelicet ambiguitatem uocum ad suum commodum detorquentes. Vnde prouerbium esse natum aiunt, de pactis insidiosis & astutis.

Locrense pactum. Λοκρῶν σύνθημα. Zenodo.

Id est, Locrensium pactum. De fœdifragis dictum, cuius modi quondam habiti Locrenses, quod fœdere prodito quod cum Peloponesijs inierant, ad Heraclidarum partes defecerint.

Thracium commentum. Θρᾴκεια πλεύσεις. Idem.

Siue inuentum. Torquendum in eos, qui pacta eludunt callido uafroq; aliquo commento. Thraces pactis cum Bœotijs aliquot dierum inducijs, nihilo segnius incursiones agebant nocturno tẽpore. Hos quum propulsassent Bœotij, atque expostularent quod uiolassent inducias, responderunt Thraces, se nihil præter pacta fecisse: pactos enim esse de diebus, noctibus incursasse.

Thraces fœdera nesciunt.

Θρᾷκες ὅρκια οὐκ ἐπίστανται.

Id est, Thraces fœdera nõ norunt. Thracum barbariem & immanitatẽ perfidiamq; satis arguit interemptus à Polymnestore Polydorus, hospitij iure uiolato.

Τοῦτο ὑπόδημα, ἐξέρραψε μὲν Ἱστιαῖος ὑπεδύσατο δὲ Ἀριστάγορας.

Hoc calceamentum consuit Histiæus, Aristagoras induit. Diogeni.

Id est, Hoc calceamentum Histiæus quidem consuit, cæterũ Aristagoras induit. Diogenianus admonet dici solitum in eos, qui callidè sua malefacta in alios reijciũt. Videtur magis conuenire, quoties in astutis & impro-

bis

bis consiliis alteri alter auxilio est, multáque opera se iuuant.

Repariazare. Ἀνεπλίαταμ.

Id est, Repariassarunt. De iis dicebatur, quos pœniteret instituti, quique de conuentis discederent.

Quibus nec ara, neq; fides.

De uehementer perfidis. Dictum est in Spartanos, quorum perfidiam taxauit Euripides:

Spartæ incolæ dolosa consultamina.

Plautus. *Altera manu fert lapidem, altera panem ostentat.*

Qui coram blandiuntur, clam obtrectantes: palàm amicos agunt, clanculum nocent, aut qui hic prosunt, illicle dunt. Translatum ab iis, qui canes ostentato pane pelliciunt, deinde accedentibus saxum illidunt.

Idem. *Maritimi mores.*

Pro uariis & incōstantibus, quales ferè sunt amantium. Plautus in Cistellaria: Ita, inquit, mihi omnia ingenia sunt, quod lubet, non lubet iam id cōtinuò. Ita me amor lapsum animi ludificat, fugat, agit, appetit, raptat, retinet, iactat, largitur: quod dat, non dat, deludit. Modò quod suasit, dissuadet: quod dissuadet, id ostentat. Maritimis moribus mecum experitur.

Lingua iurauit. Ἡ γλῶσ' ὤμοσεμ.

Vbi quis non præstat fidem promissis, aut ubi non ex animo pollicetur.

Liuius. *Punica fides.*

Pœnorum perfidia in prouerbium abiit, quòd ea gens peculiariter periurij, uanitatisq; notata sit. T. Liuius de bello Punico libro secundo: Quæ Punica religione seruata est fides ab Hannibale, &c. Pœni fœdifragi semper habiti.

Plautus. *Græca fide.* Ἑλληνικῇ πίσει.

Reperitur pro certa item fide. Plautus Græcam fidem dixit, ubi non uerbis, neq; stipulationibus, sed præsente pecunia res agitur. Cætera quæ uolumus uti, Græca mercamur

amur fide, id est numerata pecunia.

Non idem sunt scriptura & Leucæus.

γραφὴ πὶ Λευκαῖ ὐ ταυτόμ.

Id est, Scriptura & Leucæus non sunt idem: aut nõ conueniunt, ubi quis aliud scribit, aliud facit aut dicit. Refertur iacitur in eos, qui stare pactis nolunt. Nam hæc plerunq; syngraphis constant. Aut in eos, quorum uita non concordat, uel congruit cum libris êditis. Coniicere licet, Leucæum fuisse malæ fidei scribam.

Dædali opera. Homerus.

Δαιδάλεα ωοιήματα.

Id est, Dædalia opera. Dicuntur quæ nouo artificio fabricata sunt & admiranda. Hinc natum, quòd quum ueteres illi plastæ formas animalium cæcas fingerent & immobiles, Dædalus insolito artificio, primus & oculos induxit, & neruis quibusdam additis, effecit ut huc atq; illuc mouerentur, adeò scitè ut spectantibus uiuere atq; ingredi uiderentur.

Admirabiles in nectendis machinis Aegyptij.

De uersutis, & (ut ait Plautus) consutis dolis dictitatum. Torqueri potest & in perplexas sophistarum argutias, ac syllogismorum inexplicabiles labyrinthos. Celebrabantur olim Aegyptiorum opera, ex uariis lignorum frustulis miro quodam artificio connexa.

Multa nouit uulpes, uerùm echinus unum magnum. Zenodo.

Dicitur in astutos & uariis cõsutos dolis, uel potius, ubi significamus quosdam unica astutia plus efficere, quàm alios diuersis technis. Nam uulpes multijugis dolis se tuetur aduersus uenatores, & tamen haud raro capitur. Echinus quem opinor erinaceum esse, unica duntaxat arte tutus est aduersus canum morsus. Siquidem spinis suis semet inuoluit in pilæ speciẽ, ut nulla ex parte morsu prendi queat.

Magnus uersator in re pusilla. Plutarch.

Μέγας κυλικτὴς ἐν μικρῷ γε πράγματι.

Id est, Versator ingens in negocio leui. Quadrat in eos, qui arte parum honesta sibi diuitias parant.

Diogen. *Simia non capitur laqueo.*

Ὁ πίθηκος οὐχ ἁλίσκεται βρόχῳ.

In callidos tergiuersatores dici solitum, qui coargui nō queunt.

Volaticum iusiurandum. Ταχυδάμους ὅρκους.

Ad eum modum appellabāt iusiurandum irritum, quod euaneſceret, auolaretq; simulatq; pronunciatum esset, cuiusmodi sunt amantium.

Semper affert Libya mali quippiam.

Ἀεί φέρει τι λιβύη κακόν.

Quod inde Romam monstra deportarentur. Hinc & in mores ingeniumq; gentis detorqueri potest, siquidem ut est regio uenenorum ferax, ita gentis pestilens ingeniū. Peculiariter conuenit in fœdifragos, &c.

Plinius. *Semper Africa noui aliquid apportat.*

Quod quidem ideo dicebatur, quòd in siticulosa regione ad unum aliquem riuum, plurimæ ferarū species bibendi gratia cōuenire cogantur, inibiq; uaria mixtura uoluptatæ Veneris, uarias monstrorū formas, subindeq; nouas nasci. Quadrabit in homines lubrica fide, semper nouarum rerum auidos.

Magis uarius quàm hydra.

Athenęus ποικιλώτερος ὕδρας.

De callidis ac dolosis, quòd hydra serpens sit uersicolori bus notulis distincta.

Sisyphi artes. Σισύφου μηχαναί.

Aristoph. Dicebantur uafra, uersutaq; consilia.

Σίσυφος ὅς κέρδιστος ἐπιχθονίων γένετ' ἀνδρῶν.

Sisyphus, in terris quo non astutior alter.

Idem. *Pyrrhandri commentum.* Πυρράνδρου μηχάνημα.

De cal-

De callido inuento. Hic Pyrrhander sycophanta quispiam fuit insignitè uersutus, notæq; maliciæ.

Megaricum machinamentum.

Μεγαρικὴ μηχανή. Aristoph.

Idest, Ars Megarensis. Dicitur, quum dolo & astu res agitur, non syncera fide. Olim enim Magarenses uulgò malè audiebant, tanquam fraudulenti ac ficti, quòd aliud sentire soleant, aliud loqui.

Expedit plurima habere cognomina. Idem.

Aristophanes in Pluto:

ὡς ἀγαθὸν ἦν ἐπωνυμίας πολλὰς ἔχειν. Id est,

Vt expedit si plura habeas cognomina.

Conuenit in eos, qui multa simul profitentur, quo quæstum faciant uberiorem: aut qui diuersarum sunt partium.

Vlysseum commentum. Homerus.

Ὀδυσσεῖον μηχανή.

Id est, Vlyssem inuētum, callidum, astutum & uafrum dicebatur. Vlyssem Homerus ubiq; uersutum facit.

Nouit uias, quibus effugit Eucrates. Aristoph.

Οἶδε τὰς ὁδοὺς ἃς ὥσπερ Εὐκράτης.

In eum quadrat, qui semper aliquā inuenit rimam, per quam elabatur, ut officium subterfugiat prætextu alicuo, si quando fides esset præstanda.

Libyca fera. Λιβυκὸν θηρίον. Diogeni.

Id est, Libyca bestia. Dicebatur in hominem uafrum, callidum, uersipellem, uariis moribus, ancipitiq; ingenio. Quod genus portentum Cicero Catilinam fuisse testatur. Inde natum, quòd in Libya uariæ ferarum species sæpenumero misceantur.

Ἀιγυπτιάζειν.

Dicebantur astuti & impostores. Sumptum à moribus eius gentis. De moribus Aegyptiorum testatur & illud ex Aeschylo, quod alibi retulimus.

Αἰγυπτίοι τελέουσι μηχανὰς ἀγύπτιας.

Aegyptij miri ſtruendis artibus.

E perforato poculo bibere.

Ἐκ τετριμμένης κύλικος πίνειν.

Dicuntur, qui futiles ſunt, parumq; continent fideliter arcana ſibi credita.

Zenodot. *Si leonina pellis nõ ſatis eſt, uulpina addenda.*

Ἀμὴ λεοντῆ μὴ ἀρκέσῃ, σὺ ἀλωπεκῆν πρόσαψον.

Id eſt, Si leonis exuuium non ſufficit, adde uulpinum. Quum uiribus res obtineri non poteſt, dolus adhibendus. Adagium natum eſt ex Apophthegmate Lyſandri, qui dicebat boni ducis officium eſſe, quò leonina pellis non attingeret, eò contendendum aſſuta uulpina.

Ariſtoph. *Non Chius, ſed Cius.*

Degentis inconſtantia ac uolubilitate, pro temporis ratione cõmutantis inſtitutum, ac idem ad fortunæ cõmoditatem accõmodantis. Ariſtophanis carmina è Ranis, ſunt hæc in Theramenẽ: Euolauit è malis, haud Chius, imò Cius: Quanquam hoc loco Ariſtarchus Cous legit, non Cius. Theramenes enim Cous fuiſſe legitur.

Suidas. *Dextrum pedem in calceo, ſiniſtrum in pelui.*

Δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς ποδόνιπτρον.

Subaudi uerbum ad ſententiam accommodatum, *mittit*, aut ponit. Dici ſolet in eos, qui ſe norunt commodè ad rei præſentis conditionem applicare, proq; loco, tempore, negocijs, aliam atq; aliam ſuſtinere perſonam.

Multa noris oportet, quibus Deum fallas.

Vbi quis fucum facere conatur ei, cui difficile ſit dare uerba propter aſtutiam ſingularem.

Anianus. *Ex eodem ore calidum & frigidum efflare.*

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος θερμὸν καὶ ψυχρὸν ἀφιέναι.

Bilingues, & qui eundem modò laudant, modò uitupe-

rant.

vant, ex eodem ore calidum & frigidum spirare dicuntur. Natum ex Apologo quopiam Aniani fabulatoris. Torquere licebit in Rhetores, qui eadem norunt laudare & uituperare, eleuare atq; attollere. Item in Iurisconsultos, qui causam eandem nunc tuentur, nunc impugnant. Esaias male ominatur iis, qui dicunt bonum malum, malum bonum, dulce amarum, & amarum dulce. Esaiæ 5.

Ex se finxit uelut araneus.

De homine ex seipso comminiscente mendacia. Aranei mox ut editi sunt, fila mittunt, non ex interioribus uelut excrementa, quemadmodum sentit Democritus, sed de summa corporis parte uelut corticem.

Obliquus cursus. Κάμπιος δρόμος.

Quoties res arte ac dissimulater agitur. Aut quoties aliud præ nobis ferentes, alio tendimus, & cuniculis atq; ambagibus pergimus ad id, quod assequi conamur.

Cantharo astutior. Καυθάρου σοφώτερος. Zenodo.

Aut callidior. Zenodotus ait Athenis cauponem fuisse quempiam, nomine Cantharum, quem ob maleficia & impostura ac proditiones, capitis affecerint supplicio. Proinde uulgo receptum, ut in uersutos ac impostores diceretur.

Cassioticus nodus. Κασσιώτικον γόμμα. Diogeni.

De moribus uafris ac uersutis dici consueuit. Cassion mons est, & eiusdem nominis ciuitas in Aegypto uicina Pelusio. Ei genti quasi genuinum ac gentilitiũ est, miros quosdam nodos nectere. Huic affine: Herculeus nodus, quo arctissimam atq; indissolubilem amicitiam significamus. In caduceo Mercuriali duo sunt serpẽtes, masculus & fœmina, qui medio corporum complexu nodum efficiunt Herculanum.

Pardi mortem adsimulat.

Θανατον παρδάλεως ὑποκρίνεται.

Id est, Pardi mortem simulat. Dicebatur, ubi quis astu perniciem alicui moliretur. In Marusia simiarum ingẽs

copia. Pardalis autem animal est natura simꝰ infestissimum, quas tamen utribus assequi non potest, dolis in eas utitur. Emori fingit sese. Deinde simiæ, ubi iam mortuam arbitrantur, descendunt de arbore, pardali insultantes ludibriꝰ causa. Postea repentè reuiuiscens, aliam dentibus, aliam unguibus corripit, dilaniat'que ac deuorat.

Sphondyla fugiens peßimè pedit.

Aristoph. Ὡς ἡ σφονδύλη φεύγουσα πονηρότατον βλεῖ.

Id est, Vt feles quoties fugitat, malè pedere sueta est. In eos quadrabit, qui discedunt non citra infamiã. Sphondyla insecti genus, odoris teterrimi. Plinius meminit Sphondylæ serpentis. Hesychius docet apud Atticos Sphondylen dici felem.

INCVLPATVS.

Suidas. *Purior clauo.* Ἀγνότερος πηδαλίου.

Id est, Purior gubernaculo. De re uehementer inculpata, aut moribus undequaqꝰ integris & incontaminatis. Clauus enim nauticus assiduis fluctibus abluitur.

A puro pura defluit aqua.

Theognis. Εἴ μ' ἐθέλεις Κλύνῃ, κιφαλῆς ἀμίαντον ἀπ' ἄκρης
Αἶψ' λευκὸν ὕδωρ ῥεύσεται ἡμετέρης.

Rursum aqua de summo mihi uertice defluet usqꝰ
Limpida, si innocuum fortè lauare paras.

Quadrabit in hominem usquequaqꝰ innocentem, quem etiam si quis aliquando uocet in crimen: tamen non solum fama illius non contaminatur, uerùm etiam illustrior redditur.

Aurum igni probatum.

Ὁ χρυσὸς τοῦ πυρὶ δοκιμαζόμενος.

Dicitur is, cuius fides rebus aduersis explorata, spectataꝰ est. Aurum omnibus metallis prælatum, quòd uni rerum nihil igni depereat, tuto etiam in incẽdiꝰ durante materia. Quinimo, quò sæpius arserit, hoc magis proficiet ad bonitatem.

Aurum

Aurum Colophonium. Χρυσὸς ὁ κολοφώνιος. Aristoph.

Apud Colophonios aurum optimum solet fieri. Venustius fiet, si longius deflectetur, uelut ad mores uehementer incorruptos, aut ingenium exquisitum & eximium.

IN DELICIIS.

Porcellus Acarnanius. Lucianus.

Χοιρίσκος ἀκαρνάνιος.

In molkem & amabilem, atq; in delicijs habitum dicebatur.

Mus albus. Μῦς λευκός. Suidas.

Id est, Mus albus. Apud Suidam: Μῦς κακὸς, id est, Mus malus, apud Diogenianum. In hominem lasciuum & libidinis immodicæ dicebatur. Nam mures domestici salacissimi sunt, præsertim albi.

Melitæa catella. Μελιταῖον κυνίδιον. Lucianus.

Quadrat in eum, qui habetur in delicijs, ac lautius in ocio alitur ad uoluptatem, non ad usum. Canes, qui animi causa nutriuntur, & ad lusum duntaxat muliercularum, hos μελιταίους appellant. Est in familijs diuitum huiusmodi ministrorum genus, quos illi non ad ministerium, sed animi causa domi habent.

Melitæus catulus. Μελιταῖος κυνίδιον.

Dicebatur is, cuius opera nulli seriæ rei conducebat, sed duntaxat animi causa alebatur. Atq; ij Melitæi uocantur ab insula Melita.

IN DEPREHENSOS.

Folio ficulno tenes anguillam.

Τῷ σκίῳ τὸν ἔγχελυν. Plutarch.

Id est, Folio ficulno anguillam. Subaudiendum, tenes. Vbi quis alioqui fugax & lubricus, arctiore modo tenetur, quàm ut possit elabi. Nam fici folium scabrum est, atq; ob id ad retinendam anguillam natura lubricam, uel maximè idoneum.

Medium teneris. Νῦν ἔχῃ μέσον. Aristoph.

Id est, Nunc medius teneris. De eo, qui sic tenetur, ut extricare sese nulla ratione possit. Translatum à palæstritis atque Athletis, qui si quem medium corripuerint, facilè uincunt.

Decipula murem cepit.

Ἕλκφερ ἥ παγὶς τὸν μῦν.

Id est, Laqueus murem cepit. Derectè, meritoq; deprehensis, & malo dignis.

In laqueos lupus. Εἰς πάγας ὁ λύκος.

Quum improbus quispiam tandem in extremum adducitur discrimen. Etenim quum lupus animal sit insidiosissimum, si quando contingat illum irretiri, protinus acclamant omnes, *in laqueos lupus.*

Zenodo. *In area latitas.*

Ἐν ἅλῳ λαθικάζῃς.

Id est, In area occultaris. De eo, qui in eo uersatur negocio, ut non possit non esse conspicuus.

Culleo dignus.

Tullius. Cum hominem enormiter scelerosum significare uolumus, eum culleo dignum dicimus. Hoc supplicium erat parricidis, hoc est, qui occidissent, &c.

Aristides. *In easdem ansas ueniſti.*

Quadrat in eum, qui sic irretitus est, ut quocunq; se uertat, teneatur: nec explicare sese possit.

Laqueus laqueum cepit.

Ἀτὴ ἁπάγκ ἔοικε λήψεσθ παγίῳ.

Id est, Laqueum laqueus, ita ut uidetur, ceperit. Vbi malus malum obseruat. Veluti adulter adulterum, fur furem, perfidus perfidũ: quod interdum usu uenit, ut dum duo sibi uicissim insidias tendunt, uterque deprehendat alterum.

Tullius. *Hinc illæ lachrymæ.*

Dicetur de rei causa, aliquandiu dissimulata, quæ uerè tandem deprehendatur. Veluti si quis dicat barbaros damna-

damnare Græcas Literas, ne scilicet ipsi parum docti uideantur.

Hydrus in dolio. ὕδρος ἐν θοίνῃ.

Natum de rustico hydrum in dolio reperiēte. Admonet Plin. Lib. X. cap. XXII. serpentes quanquam exiguo in digeant potu, tamen unum, quum est occasio, præcipuè appetere. Licebit usurpare, quum quis occulta calamitate premitur, causa atq; autore non extante. Aut quum diuturni mali tandem autor deprehenditur. Sabellic.

Tempus omnia reuelat.

Non discrepat Euangelicum dictum, apud Matthæum capite X. Nihil opertum, quod non reuelabitur, & occultum, quod non scietur. Tertul.

Cuculus.

Olim qui fuissent in re quapiam parum honesta deprehensi uulgari probro cuculi dicebantur. Plinius scribit probro solere obiici uindemiatoribus, si cuculus eos deprehendisset putantes uineam serius: nec hoc munus absoluissent prius, quàm audiretur ea auis, ueluti cessationem exprobrans agricolis. Plinius.

INDILIGENTIAE.

Princeps indiligens.

Indiligens pædagogus corrumpit puerum, malus præceptor uiciat discipulum, rex improbus populum. Adhāc sententiam facit illud Homeri: Homerus.

Αὐτὰρ μῆλα κακοὶ φθείρουσιν νομῆες.

At corrumpit oueis pastor malus.

Si quis iuxta ciuitatem clypeus. Plutarch.

Εἴτις περὶ πόλιν ἀσπίς.

Id est, Si quis circum urbem clypeus. Hoc scommatis iaciebant in eos, qui sparsim ac dissolutè ciuitatem obirēt palantes.

Malus ianitor. πυλωρὸς κακός. Idem.

Indiligens custos, aut præfectus.

Phani ostium. Ἡ φάνῦ θύρα.

Id accinebatur, ubi quis frustra seruasset aliquid, uelu ti si cuius uxorem adulterio uiciari contingeret, quam tamen ille multa zelotypia seruasset.

Seneca.

A limine salutare.

Plurimum uenustatis obtinebit hoc, si ad res incorporeas deflectatur. Veluti si quis dicatur theologiam à limine duntaxat salutasse. Translatum à uulgaribus istis amicis, qui non admittuntur in penetralia, sed procul atq; à limine salutant, ac deinde discedunt.

Cicero.

Lacinia tenere.

Qui leuiter rem tenent, lacinia tenere dicuntur, hoc est, extrema uestis ora. Idē dictum & hodie durat apud nostrates, si quem inuitant non ex animo.

Surculum defringere.

Idem. Est non callere totam disciplinam, sed ex ea paululum quod ad præsens faciat decerpere, quemadmodum iureconsulti nonnunquam sententiam aut fragmētum adducunt è theologorum disciplina.

Macrob.

Vt canis è Nilo.

Qui leuiter ac uelut obiter artem quampiam, aut autorem degustant, hi ceu canis è Nilo degustare dicētur. In Aegypto constat canes raptu crocodilorum exterritos bibere & fugere. Solinus ait eos non nisi currentes lambirare, ne deprehendantur.

Tullius.

Per transennam inspicere.

Pro eo quod est, non propius neq; figillatim, sed procul & summatim inspicere. Translatum à negociatoribus, qui mercibus cancellos obiiciunt.

Plautus.

Per nebulam, per caliginem, per somnium.

Quarū rerum ambiguam quandam, ac tenuem, peneq; euanidam memoriam aut intelligentiam obtinemus, eas res per nebulam recordari, per somniū meminisse, per caliginem uidere prouerbio dicimur.

Mori-

Moriendum priusquam, &c. Aristotel.

Aristoteles lib. Rhetoricorum 3. commemorat Alexandridæ dictum, ut uulgò celebre ac laudatum: Καλὸν γ' ἀποθανεῖν πρὶν ἄξιόν τι ποιῆσαι. Id est, Honestum est mori, priusquam aliquid morte dignum commiseris. Sensus est, ut ipse exponit Aristoteles: Decet mori morte indignum: siue, honestum est mori, cum nihil morte dignum admiseris.

Per Satyram.

Variarum rerũ mixturam, sparsim nullo ordine congestarum, ueteres Satyram appellabant. Apparet uocem primum deductam à lasciuia Satyrorum, temerè nunc huc, nunc illuc salientiũ. Hinc deflexa est ad cibi genus, quod ex diuersis herbarum formis conflatum est: præterea ad lancem uarijs rerum generibus onustam, quæ sic Dijs offerebatur, non dissimile illi poculo, quod Græci πεντάπλοον à quintuplici rerum differentia, siue κίρνῃ à mixtura uocabant. Festus ait Saturam siue Satyram dici cibum uarijs rerum generibus conditum, aut legem alijs multis confertam legibus. Itaq; in sanctione legum ascribi solere, ne ue per satyram derogato, aut abrogato, cum significant totam legem esse seruandam, &c.

Summo pede. Plato.

Ἀκρῳ ποδί. Id est, Summo pede eadem figura dictum est, qua summo digito. Negatur summo pede attigisse disciplinam, qui nunquam ingressus est, nec attigit limen illius.

In transcursu. Plutarch.

Plutarchus de liberis educandis: Ἀλλὰ ταῦτα μὴν ἐν περιδρομῇ μαθεῖν ὥσπερ εἰ γεύματος ἕνεκεν. Id est, Sed hæc quidem ex transcursu discere, ueluti degustandi causa.

Summis labijs. Lucianus.

Quum quis uerbis duntaxat simulat quippiam non autem ex animo facit. Hieronymus: Summis labijs hospitem inuitemus.

Idem. *Summis naribus olfacere.*

Τῇ ἄκρῃ ῥινὶ ὀσφραίνεσθαι.

Id est, Summa nare olfacere, pro eo quod est, Leui experimento coniectura{que} qualicunq; deprehendere.

Cicero. *Extremis digitis attingere.*

Pro eo quod est, Leuiter attingere: quod ita demum adagium uidebitur, si metaphora accesserit.

Idem. *Primoribus labijs degustare.*

Est breuiter quippiam attingere. Ductum ab ijs, qui cibum aut potum tenuiter degustant, nihil inde in stomachum transmittentes.

Idem. *Molli brachio. Leui brachio.*

Quum indiligentem operam significamus.

Plinius. *Suspensa manu.*

Pro eo quod est, Leuiter, parumq; accuratè.

Compressis manibus.

Compressis sedere manibus, dicitur in ocio sos, & nihil aliud, quàm sua fata deplorantes. In prouerbijs: Paulum conferens manus in ignauum, &c.

Solomon. *Pulmo prius uenisset.*

Dictum est olim in lẽros ac cessatores. Opinor quòd pulmo quum perpetuò moueat, nunquam tamen loco se promouet. Plautus: Dij immortales, soccos iussi adimere pedibus. Pulmo enim quod perhibent, prius uenisset, quàm tu aduenisti mihi.

INDVSTRIA.

Plautus. *Dij facientes adiuuant.*

Significat diuinam opem nõ cessantibus, sed industrijs, sed pro sua utrili conantibus auxilio esse solere.

Varrõ. *Cum Minerua manum quoq; moue.*

Hinc finitimum est, σὺν ἀθηνᾷ χεῖρα κίνει, id est, Auxiliante Minerua, manum interim moue. Monet adagium, ne fiducia diuinæ opis, industriam remittamus.

Ma-

Manum admouenti fortuna est implorãda.

Τὰν χεῖρα ποτιφέροντα δεῖ τὰν τύχαν ἐπικαλεῖν.

Id est, Manum admouenti fortuna inuocãda est. Admonet adagium ita fidendum esse diuino auxilio, ut nihilo segnius nostra admittamur industria. Huic qui laborat, adesse numen assolet.

Ni purges & molas, non comedes. Diogenianus.

Ἂν μὴ καθάρῃς καὶ ἀλέσῃς, οὐ μὴ φαγῇς.

Id est, Ni purges & molas, non comedes. Id est, Non continget tibi & uictus, nisi tuam item industriam adiunxeris.

Neq; mel, neq; apes. Tryphon.

Μήτε μέλι, μήτε μέλισσας.

In eos dici solitum, qui recusant incommodum ferre, q̃ sit cum commodo quopiam coniunctum. Veluti si quis apes quòd sint aculeatæ, nolint perpeti, is nec melle quidem quod optat, fruetur. Eodem pertinet illud Plauti: Fortiter malum, qui patitur, post potitur bonum.

Qui uitat molam, uitat farinam.

Ὁ φεύγων μύλον, ἄλφιτα φεύγει.

Id est, Qui fugit molam, fugit farinam. Qui refugit industriam, non fruetur emolumentis.

Industriam adiuuat Deus.

In aggrediendo negocio, quædam humana ratione prouidentur, quædam fortunæ commoditas, ipsaq; res suppeditat, apud Homerum Odyss. γ. Homerus.

Hæc partim ipse tuo perpendes pectore tecum,
Partim diuûm aliquis tibi suggeret.

Manum admouere.

Τῷ χεῖρα ἐπιβάλλειν.

Id est, Manum apponere. Dicebatur, qui sese insinuaret in rei cuiuspiam egregiæ communionem.

Opti-

Optimum opsonium labor senectuti.

Ὄψον ἄριστον πόνος γήρᾳ.

Laborandum in iuuẽta, quò seni suppetat commodius uiuẽdi facultas. Diogenes interrogatus, quid esse miserrimum censeret: respondit, senectutem inopem.

Apostoli. *Lutum nisi tundatur, non fit urceus.*

Ὁ πηλὸς ἂν μὴ δαρῇ, κέραμος οὐ γίνεται.

Id est, Lutum ni tundatur, non fit testa. Citra laborem nullus euadit in uirum absolutum.

Seneca. *Manu fugere.*

Est arte, curaq; formare. Metaphora sumpta ab ijs, qui è cera siue argilla fingunt imagines.

Columel. *Serere ne dubites.*

Quo monemur, ne quando pigeat eiusmodi rerum aliquid moliri, è quibus nihil omnino dispendij, sed plurimum emolumẽti possit proficisci: si non in præsens, certè in posterum: si non nobis, at saltem posteris.

Idem. *Qui arat oliuetum.*

Colum. lib. VI. de re Rust. Quin etiam, inquit, compluribus interpositis annis oliuetum putandum est. Namue teris prouerbij meminisse conuenit: Eum, qui aret oliuetum, rogare fructum: qui stercoret, exorare: qui cædat, cogere. Huic adagio locus fuerit, ubi significabimus fieri non posse, quin uoto potiatur is, qui curam exuremam impenderit.

Aristoph. *Quid tandem non efficiant manus?*

Τί δῆτα χεῖρες οὐκ ἂν ἐργάσαίατο.

Id est, Quid denique est, quod manibus effici haud queat? Admonet nihil esse rerum omnium, quod arte, quod industria non efficiatur.

Plautus. *Proba est materia, si probum adhibeas artificem.*

A Plauto dictum in Pœnulo: Egregia quidem indoles, si rectè instituatur: Fœlix ingenium, si præceptor contingat idoneus.

Artem

Artem quæuis alit terra. Sueton.

Τὸ τέχνιον πᾶσα γαῖα τρέφει.

Id est, Artem quæuis alit regio. Prouerbialis sententia qua significatum est, certissimum uiaticum esse eruditionem, aut artificium aliquod. Fertur etiam inter Græcorum sententias huiusmodi senarius:

Ars ipsa inopiæ portus est mortalibus.

Ex umbra in solem.

Ex umbra in solem educere, est rem prius abditam, & ociosam in publicum & in communem uitæ usum educere. Translatum ab Athletis, quibus mos, solis & pulueris patientia confirmare corporis robur. Delicatorum autem est, in umbra latitare.

Manus precium. Cicero.

M. Tullius actione in Verrem 3. Lapis aliquis cædendus & apparandus fuit, machina sua. Nam illo non saxum, non materia aduecta est: tantum operis & in ista locatione fuit, quantũ paucæ operæ fabrorum mercedis tulerunt, & manus precium, machinæ. Manus precium appellare uidetur mercedem, non quæ datur pro materia, sed quę artis nomine debetur Architecto. Detorqueri potest in eos, qui institutione formant ad uirtutem, aut corrumpunt discipulos.

Muli Mariani. Plutarch.

Muli Mariani castrensi prouerbio dicti sunt uaricosi milites, qui ex C. Marij ducis instituto, in furca tabella interposita, sua onera portare cõsueuerunt. Festiuius erit, si detorqueatur in hominem immenso studio aut perpetuis negocijs uehementer districtum.

INFACVNDIA.

Βατταρίζειν. Suidas.

Dicebantur uulgò, qui balbutirent, quibus & hæsitans esset & impedita lingua. Inde trãslatum ad eos, qui nugas deblaterãt. Vnde battarismon nugacitatem uocant, uocem à Batto quopiam Thebano mutuati, cui uox fuerit exilis.

Cane-

Plutarch. *Canere ad myrtum.* Ἀδὰμ πρὸς μυρσίνην.

Ad myrtum canere prouerbio iubebatur imperitus litterarum & infacundus, quique non posſit ad eruditos loqui. Hinc ſumpta metaphora, quòd apud ueteres mos eſſet, ut in conuiuijs ſinguli ſuam cantionem canerent: quòd ſi quis citharã accipere recuſaſſet, utpote muſices ignarus, is per iocum accepto ramo laureo ſeu myrteo, cogebatur ad eum canere.

Euripides *Ialemo frigidior.* Ἰαλέμου ψυχρότερος.

De cantione, oratione, argumento, ioco, aut eiuſmodi re quapiam ſupra modum frigida, rectè dicetur. Quidam aiunt Ialemon lugẽtis uocem fuiſſe. Nam ἰαλεμίζειν Græci dicunt pro complorare.

Peius Babys tibia canit. Κάκιον Βάβυος αὐλεῖ.

Id eſt, Peius Babys cantat. Hoc adagium dici cõſueuit in eos quorũ exercitatio ſemper uergit in peius. Quod genus ſunt oratores quidam, qui quò diutius dicunt, hoc dicũt indoctius. Ferunt Babyn, Appollinẽ ad canẽdi certamen euocaſſe. A quo quum eſſet uictus Apollo, Babyn adeò contempſit, ut cũ ne ſupplicio quidẽ dignum exiſtimaret, ſed ſuæ potius inſcitiæ iudicaret relinquendũ.

INFŒRTVNII SIVE EXITII.

Gellius. *Aſinus inter ſimias.* Ὄνος ἐν πιθήκοις.

Vbi quis incidit in homines naſutos & contumelioſos, ipſe ſtolidus à quibus impunè irrideatur. Quin & hodie ſimile quiddam dicunt: Noctua inter cornices, ubi ſtupidior aliquis in homines petulantes ac dicaces incidit.

Nouacula in cotem. Ξυρὸς εἰς ἀκόνην.

Dici ſolitũ in hos, qui fortè in eas res inciderunt, in quas minimè uolebant. Siquidem nouacula, ſi in molle quippiam inciderit, diſſecat: ſi in cotem, retunditur.

Suidas. *Victus ſpinoſus.*

Βίος ἀκανθώδης, id eſt, Vita ſpinoſa, aſpera, dura ac priſca, qualem agebant illi, quibus glandes erant loco placentarum. Suidas coniungit hoc Atticis prouerbijs, qui bus

bus mollem ac delicatam uitam declaramus, ueluti contrarium. Idem indicat eodem sensu dici, βίον ἀξιώτον, id est, uitam non uitalem, hoc est, tristē & insuauem. Nam Latinis interdū uiuere dicuntur, qui non spirant tantū, sed qui genialiter uiuunt. Contra Græcis ἀξιώτως ἔχειν dicuntur, quibus desunt uitæ præsidia. Potest intelligi & de accisis facultatibus.

Hodie nihil succedit. Plautus.

Plautinus Amphytrio in sui nominis fabula citat adagij titulo: Nihil est, ut dici solet, quòd hodie bene succedat mihi. Allusit autem ad uulgi superstitionem, cui quīdam dies credebantur rebus gerendis auspicati, quidam infœlices. Quod si unum atq; alterū parum successit ex sententia, hinc æstimantes totum diem, dicunt, hodie nihil succedet, & ab omnibus negocijs abstinent.

Tempestas rerum. Homerus.

Quum significabimus magnam rerum cōfusionem uti licebit his uersibus Homericis, quos usurpat M. Tullius lib. Epistola ad Q. Fratrem 3.

ἡματ' ὀπωρινῶ ὅτε λαζρότατον χέει ὕδωρ
Ζεὺς ὅτε δὴ γ' ἀνίρεσι κοτεσσάμενος χαλεπάνῃ. Id est,
Mensibus autumni uehementem Iuppiter hymbrem
Effundit, cum succensens mortalibus instat.

Aqua & terra reddamini. Homerus.

χθὼς & γαῖα χύοισθε.

Id est, In terrā uertamini, aquamq;. Pro eo quod est Redigaminī in nihilum ac pereatis. Hemistichium est Homericum.

Asinum inter apes. Ὄνος ἐν μελίτταις. Suidas.

Dici solitum, ubi quis infœliciter incidit in homines improbos atq; importunos.

In apes irruisti. Εἰς μελίτταις ἐκώμασας.

Vbi quis præter opinionem in ingens agmen, uelut examen malorum immergitur.

Dicas tria ex curia. Zenodot.

εἴποις

Εἴποις τὰ τῆια πρὸς θυλλῆς.

Antiquitus, qui iudicum sententijs fuissent ad capitale supplicium condemnati, priusquam ad mortem ducerentur, ea facultas concedebatur, ut uino cibo; expleti tria quædam quæcunq; lubitum esset dicerent. Quæ simulatq; dixissent, promulgata dānatione producebantur ad supplicium.

Ad aquam malus. Εφ' ὕδωρ κακός.

In infimæ sortis homines dicebatur, ac sordidissimis quæstibus addictos, propterea quòd antiquitus litigantibus aquam per clepsydras tenues quidam, ac nullius frugis homines, infundebant dispensabantq;.

Zenodot. *Canis in uincula.* Κύων ἐπὶ δεσμά.

Dicebatur, ubi quis seipsum in seruitutem, aut in malum aliquod iniiceret. Sumptum à canibus, &c.

Mitte in aquam. Βαλλ' ἐς ὕδωρ.

Plutarch. Hoc est, Aufer è medio. Dicitur in hominem, uel in rem exitio dignam. Tractum à supplicio quorundam, qui in profluentem aut mare præcipitabantur.

Ad Cynosarges. Ες κυνόσαργες.

Erat Cynosarges locus in Attica quispiam, *in quo* nothi, spurijq; exercebantur. Vnde uel contumeliæ causa dicebatur, εἰς κυνόσαργες, uelut in spurium: uel imprecando, quasi dicas: In malam crucem.

Ad coruos. Βαλλ' ἐς κόρακας.

Aristoph. Id est, Abi ad coruos. Perinde ualet, quasi dicas: Abi in malam crucem, in malam rem, atq; exitium. Aristophanes: Ocyus hinc ad coruos abeas.

In lapidicinas. Εἰς λατομίας.

Lucianus. Quum significamus quempiam è medio tollendum, & in rem malam aliquò auferendum. Natum à Philoxeno poëta dithyrambico, qui quum Dionysij tyranni poëmata nō probaret utpote indocta, in lapidicinas ab eo detrusus est.

In pu-

In puteo cum canibus pugnare.

Ἐν φρέατι κυσὶ μάχεσθαι.

Dici solitum, ubi cuipiam negocium incidit cum homine rixoso & contentioso, à quo se nequeat extricare.

In beatam. Βαλλ' εἰς μακαρίαν. Aristoph.

Id est, Aufer te in beatam, pro eo quod est, In malã rem. Pausanias refert Macariam esse paludẽ in Marathone, in qua magna uis Persarum perierit, ignoratione uiarum in ipsa prolapsa.

In Orci culum incidas. Ἀδ' πρωκτὸν πδιπέσοις. Diogenã.

Id est, In Orci culum incidas. Sermo perniciem & extremum exitium imprecantis.

Charontis ianua. Χαρώνειος θύρα.

Id est, Charontica ianua. De imminẽte capitis periculo, siue de re magnopere trifti. Sic enim antiquitus appellabatur unà de carceris ianuis, per quam damnati iudicũ sententijs ad supplicium educebantur.

Aurum habet Tolosanum. Gellius.

In eum, qui magnis ac fatalibus afficitur malis, nouoq; ac miserando exitio perit. Nam quum oppidum Tolosanum in Gallia Q. Cepio consul diripuisset, multumq; auri in eius oppidi tẽplis fuisset, quisquis ex ea direptione aurum attigit, misero cruciabilique exitu periit.

Equum habet Seianum.

Olim prouerbio dicebatur, in calamitosum, & ad extremam inopiam redactum.

Tragicum malum. Τραγικὸν πάθος.

Tragicum malum, dicetur ingens, cuiusmodi finguntur in Tragœdijs.

Mustelam habet. Γαλῆν ἔχει. Diogenã.

In eum quadrat, cui omnia sunt inauspicata, tanquam fatis ac dijs iratis, ut aiunt: Olim creditum est, hoc animal inauspicatum infaustumq; esse ijs, qui haberẽt, domiq; alerent.

Cadmea uictoria. Κάδμειος νίκη.

Sunt qui Cadmeam uictoriam appellabant infœlicem, etiam ipsis uictoribus.

Suidas. *Fortunatior Strobilis Carcini.*

Εὐδαιμονέστερος καρκίνου στροβίλου.

Ironia prouerbialis in infœlicem & improbum. Carcinus poëta quispiam fuit, cuius filij dicti sunt Strobilij. Iocus aũt sumptus est à nominum allusione. Nam Græcè Carcinus cancrum, Strobili cochleas significant. Vtrunq; genus distortum ac fœdum.

Issa. Ἴσσα.

Suidas. Issa, prouerbialis erat acclamatio in eos quibus (litera sorte cecidisset, quicq; modis omnibus essent infortunati. Coniectare licet eam literam in sortibus inauspicatam fuisse.

Genius malus.

Adagium apparet è priscorum opinione profectũ, qui singulis binos genios attribuunt, quos dæmones uocant, quorum alter perniciem nobis moliatur, alter iuuare studeat.

Vel hosti miserandus.

Est hyperbole. Nam hostis non facilè commouetur misericordia. Confine illi: Quod uel ipse probet Momus.

Mala ultrò adsunt.

Idem & uulgò dicitur: Mala ultrò adesse, nõ inuocata.

Aristoph. *Per medium anulum traharis oportet.*

Διὰ δακτυλίου δεῖ σε ἑλκυσθῆναι.

Id est, Per anulum trahendus es. In eum quadrabit, qui sit uehementer extenuato gracilicq; corpore, seu morbo, seu cura, seu studio, seu qua alia re. Equidem opinor adagium esse natum à lusu, quo ouum aceto maceratum, per anulum trahitur.

Menãder. *E tribus malis unum.* Τῶν τριῶν κακῶν ἕν.

Id est,

Id est, Trium malorum unum. Sumptum à Theramene, qui cuidam è tribus malis unũ indixerit, è quibus quod uellet eligeret. Sunt qui dicant ijs, qui sententia capitali damnati fuissent, tria solere deferri, gladium, laqueum, & aconitum.

Extrema extremorum mala.

Ἔσχατα τῶν ἐσχάτων κακὰ διαπέπρακται.

Id est, Extrema extremorum mala acciderunt. Hunc sermonis typum Græci uidẽtur ab Hebræis mutuò sumpsisse, qui uehementiam & ἐπίτασιν eiusdem dictionis conge minatione significant. Apud Ieremiam: Ficus bonas bonas, & ficus malas malas, dum ualde bonas & ualde malas uelit intelligi.

Ogygia mala. Ὠγύγια κακὰ.

Rectè dicentur uel ingentia uel antiqua. Nam utrunque Græcè significat Ogygium.

Diolygium malum. Plato.

Διωλύγιον κακόν.

Id est, Ingens malum. Dicetur de eo, qui malo quopiam ingenti ac diuturno tenetur.

Labore laboriosum. Πόνῳ πονηρῷ. Suidas.

Ipsa figura hyperbolen habet laboris immodici. Est autem iocus ob amphibologiam uocis, πονηρὸς enim Græcis ut laboriosum ac miserum, ita significat & malum, astutumq;.

Lemnium malum. Λήμνιον κακόν.

De malis immensis ac miserandis. Hinc natum adagium putant, quòd aliquando Lemniæ mulieres grauiolentia maritorum offensæ, eos uniuersos sustulerunt auxilio Thoantis: cuius rei meminit & Euripides in Hecuba.

Magnetum mala. Μαγνήτων κακά. Suidas.

De malis ingentibus dictum uidetur, aut ijs quæ in autores suos recidunt. Sumptũ apparet ab historia, in qua de Magnetibus afflictis Suidas meminerit, in quæ feruntur incidisse, uiolato numine quopiam.

Homerus. *Malis mala succedunt.*

In eum, qui uarijs exercetur fortunæ incommoditatibus, nunc morbo, nunc rapinis, nunc alijs atq; alijs malis, conueniet illud Homeri:

Tradebat Notus hunc Boreæ quandoq; uehendum,
Nunc rursum Zephyro tractandum tradidit Eurus.

Tænarium malum. Ταινάριον κακόν.

Si quid crudelius sæuitum esset in famulos, Tænarium malum uocabant, propterea quòd olim Lacedæmonij captiuos qui in Tænarum confugerant, reductos capitis affecerunt supplicio. Est autem Tænarus oppidum quoddam Laconicæ, cuius insulæ Tænaritæ uocantur.

Fest. Pōp. *Tam perit quàm extrema faba.*

Propterea quòd extremæ fabæ plerunq; aut proterantur, aut decerpantur à prætereuntibus. Quadrabit igitur in hominem seu rem, omnibus omnium iniurijs expositam.

Terentius *Viuens, uidensq́.*

Quod in Eunucho dixit Terentius: Viuus, uidensq́ pereo, id M. Tullius indicat prouerbiali figura dictum esse in oratione pro P. Sextio. Vsurpat & aliquot locis D. Hieronymus.

Cicero. *Ilias malorum.* Ιλιὰς κακῶν.

De calamitatibus maximis simul & plurimis, propterea quòd in Iliade Homerica nullum mali genus non recensetur.

Lerna malorum. Λέρνα κακῶν.

De malis plurimis simul in unum congestis & accumulatis. Strabo commemorat Lernam lacum fuisse quẽpiam Argiuorum ac Mycenorum agro communem, in quem quum passim ab omnibus purgamenta deportarentur, uulgò natum prouerbiũ λέρνη κακῶν, id est, Lerna malorum. In hoc lacu poëtæ fingunt hydrã illam septem capitum fuisse, quam Hercules confecerit.

Athenæus *Semper Ilio mala.* Αεὶ ἰλίῳ κακά.

De

Deuehementer calamitosis & afflictis. Troianorum excidium poëtis multa Tragœdiarum argumẽta ministra uit, atq; hinc prouerbium: Stratonicus rogatus cur nol let apud Iliensis uiuere, respondit: Semper Ilio mala.

Sybaritica mala. Συβαριτικὴ συμφορά. Idem.

Id est, Sybaritica clades. Quemadmodum Sybaritæ perierint, de q; calamitate & luxu eorum permulta retulit Athenæus. Quadrabit adagium in eos, qui neglectu deorum, aut ob intemperantem luxum subuertuntur.

Mare malorum. Κακῶν θάλασσα. Plautus.

Dici solitum de calamitatibus immensis & omnigenis. Inde sumptum, quòd mare res quædam est infinita, uel quòd infinitis ærumnis abundat.

Alio relinquente fluctu, alius excepit. Aristides.

Non inconcinnè deflectetur ad incursus malorum, ut quum ferè fit, calamitas calamitati succedit, iuxta illũ prouerbialem uersiculum:

Fortuna obesse nulli contenta est semel.

Cyrbes malorum. Κύρβεις κακῶν.

De uehementer improbis & omnium facinorum genere contaminatis. Apud Athenienses tabulæ quædam erant quadræ, in quibus leges descriptæ proponebantur, præterea uariæ delinquentium pœnæ. Has illi κύρβεις appellant, apud Lucianum ἄξονες dicuntur.

Malorum thesaurus. Θησαυρὸς κακῶν.

Extat inter Græcanicas sententias senarius.

Θησαυρός ἐστι τῶν κακῶν κακὴ γυνή.

Thesaurus est mulier malorum, si mala est.

Malorum Panegyris. Κακῶν πανήγυρις. Plautus.

De malis agminatim ingruentibus, & inuicem sibi succedentibus. Panegyris dicebatur solennis ille populi cõuentus, ad ludos festos celebrandos.

Per tenebras quæ apud quercum. Aristoteles.

Τὸ διὰ δρυὸς σκότος.

Deingenti ac fatali calamitate dicebatur.

Plutarch. *Grauiora Sambico patitur.*

Δεινότερα σαμβίκου πάσχει.

Id est, Atrociora Sambico patitur. In eos, qui cruciatibus expositis torquentur, aut quibus insignia mala accidunt. Sambicus quispiam Eleus, unà cum socijs aliquot non paucas apud Olympia æreas statuas consscidit, uenditóq;. Deinde maiora etiam ausus, Dianæ præsidis templum diripuit. At ille mox cõprehensus dum socios prodere recusat, annum perpetuum exquisitis cruciatibus dilaceratus est, inter quos etiam animam efflauit.

Malo asino uehitur. Επ' ὄνου πονηρᾶς ὀχούμενος.

Mala asella uehi dicuntur, quibus res sunt parum secundæ. Fœlices enim egregijs equis insidere gaudent.

Plutarch. *Quæ ex antiqua.* Τὰ ἐκ παλαιᾶς.

Id est, Quæ ex antiqua, subaudiendum Tyro. Perinde uelet quasi dicas summã molestiam, extremumq; malum. Nam significabant tantum malorum, quãtum antiqua Tyrus pertulisset.

Miserior monomachis.

Τῶν μονομαχούντων ἀθλιώτερος.

Id est, Miserior his, qui monomachiam exercent. Nam hi durissima lege committuntur, ut aut alter, aut uterq; pereat. Hos Latini uocabant gladiatores. Quo spectaculo quum nihil possit immanius esse, tamen olim Romanis erat in delicijs.

Zenodo. *Cuiusmodi portento me inuoluit fortuna.*

Οἵῳ μ' ὁ δαίμων τέρατι συνεκάθειρξεν.

Id est, Cuiusmodi portento me implicuit fortuna. Dici conueniet, ubi negocium incidit cum homine morosо, difficiliq;, cum quo non queas uiuere, nec à quo te possis extricare.

My sortitus es. Ελαχες δ' μυ.

Id est, M. litera tibi sorte obtigit. Aenigma in stultos.

Ne

Nefasti dies. Ἀποφράδες ἡμέραι.

Olim uocabantur inauſpicati, & quibus publica non licebat agere. Vnde receptum, ut homines inuiſos ac detestandos ἀποφράδας appellarent.

Seruabis bouem. Βουκολεύσεις.

Id eſt, Bubulcus eris. Hoc uelut ænigmate ſignificabant exilium.

Inus dolores. Ἰνοῦς ἄχη. Zenodot.

Ino Cadmi filia ex Athamante duos peperit filios, Learchum & Melicertam: præterea filiam Eutycleam. Athamas autem uerſus in inſaniam, reliquos liberos arcu percuſſit, occidit'que. Ino unà cum Melicerta ſeſe in mare abiecit. Hinc ortum adagium, ut intolerandum & exanimantem (ut ita dixerim) dolorem ſignificantes, dicerent ἰνοῦς ἄχη. Nam achos propriè dolor dicitur apud Græcos, qui prorſus obſtupefacit, ſuiq; ſenſum adimit homini.

Niobes mala. Νιόβης πάθη.

Id eſt, Niobes dolores. De maximis & acerbiſſimis malis dicebatur. Hanc enim fabulæ narrant poſt occiſos liberos, quos permultos habebat, præ dolore in ſaxum conuerſam fuiſſe.

Antiopæ luctus. Ἀντιόπης θρῆνος.

Dici conſueuit, ubi quis innumeris calamitatibus affligitur, deinde malis eximitur. Natum adagium ab Antiopæ fabula.

Cythnicæ calamitates. Κυθνώδεις συμφοραί. Ariſtotel.

Ariſtoteles citat, Cythnios uſqueadeo diuexatos afflictosq; fuiſſe ab Amphytrione, ut in prouerbium abierint. Cythnus ex inſulis Cycladibus una, contra Dryopidem ſita.

Cyrnia iactura. Κυρνία ἄτη. Zenodot.

Id eſt, Cyrnium malum. De magnis diſpendijs & expilationibus dicebatur. Cyrnus inſula quæpiam eſt è regione Apuliæ, in qua eſt mellis ſumma copia. Hæc olim na-

uigantibus erat inaccessa, propter prædonum ac pyratarum circa illam frequentiam.

Argi collis. Ἀργοῦ λόφος.

Vbi quis ingentibus malis esset implicitus. Potest accommodari uel ad locum, uel ad negocium uarijs obnoxium calamitatibus. Natum aiunt à colle quodam cui cognomen Argi frequentibus homicidijs ac latrocinijs infamis.

Archidamicum bellum.

Ἀρχιδάμιος πόλεμος.

De bello sæuo crudeliq; dicebatur epitheto sumpto ab Archidamo duce Lacedæmoniorum, qui maximis copijs impressionem fecerit in Atticam, eamq; decem annis diuexarit. Proinde cum funditus tolluntur omnia bellum Archidamicum dicebatur.

Aegypti nuptiæ. Αἰγύπτου γάμος.

Inauspicatæ & infœlices dicebantur. Sumptum à notissima fabula Aegypti, qui filios quinquaginta, totidem fratris filiabus maritos dedit. At hi, præter unum, omnes à sponsis iugulati sunt.

Suidas. *Militauit cum Erasinade.*

Ἐστρατήγησε μετ' Ἐρασινάδου.

Vulgò per iocum dicebatur de his, quibus res undequaq; malè procederent.

Zenodot. *Excubias agere in Naupacto.*

Φυλάττεσθαι ἐν Ναυπάκτῳ.

Id est, Excubare Naupacti. Achiui capta Naupacto, Pausaniam excubijs custodiaq; præfectum interfecerũt. Vnde res in iocũ uulgi uidetur abijsse aduersus eos, qui pereunt ignauia sua, aut qui munus odiosum ac plenũ discriminis administrant.

Herodot. *Lemnia manu.* Λημνίᾳ χειρί.

Dictum pro eo quod est, nefaria, impia, crudeli.

Lepus

Lepus apparens, infortunatum facit iter. Suidas.

Φανεὶς ὁ λαγὼς Δυσυχῆ ποιεῖ τρίβους.

Id est, Inauspicatum iter obuius facit lepus. Vulgò creditum, etiam his temporibus, occursum leporis omẽ esse parum fœlix iter ingressis. Torqueri potest ad interuentum cuiuspiam, qui uideatur incommodum aliquod allaturus.

Minxit in patrios cineres. Horatius.

Qui intemperãs ageretur, cuiq; cuncta cederẽt infœlicit er, in patrios cineres minxisse dicebat. Antiquitus eñ paterni sepulchri summa fuit religio.

Rupta anchora. Κράδης ἀγκύρης.

Id est, Rupta crada. Dicebatur de his, qui repentè tanquam magnum quiddam facturi prodiissent: deinde falsa omnium expectatione, turpiter & indecorè sese gessissent in negocio. Porrò crada hoc loco non ficulnum ramum indicat, sed uncum illud æs, quò uincti tenebantur actores in machina.

Commune naufragium.

Κοινὸν ναυάγιον τοῖς πᾶσι παραμύθιον.

Id est, Commune naufragium omnibus solatium. Multò facilius fertur malum quod nobis est cum omnibus, aut cum multis commune.

Obedientia fœlicitatis mater. Aeschyl.

Πειθαρχία γὰρ ὄντι τ' εὐπραξίας μήτηρ.

Principis est, consulere saluti ciuium. Id conatur bonis & æquis legibus. Populi est his obtemperare, si uelit esse fœlix. Sed utinam non essent Ioues ἀλιθριοι, quibus uxor esset ἀρπυια, & filia Δυσυχία.

INGENII MALICIA ET INSTITVTIO.

Lupus pilum mutat, non mentem.

Ὁ λύκος τὴν ἔριχα, οὐ τὸ γνώμην ἀλλάττει.

Id est, Lupus pilum, non ingenium mutat. Senecta caniciem adfert improbis, non item aufert maliciam. Canescunt enim lupi uelut & equi, more hominum per ætatem.

Horatius. *Naturam expellas furca, tamen usq; recurrit.*

Sensus est. Haud facilè dediſci, quę nobis natura penitus indidit atq; inſeuit. Ducta est metaphora à ramis, qui apposita furca torquentur aliò, quàm natura posuerat.

Lignum tortum haud unquam rectum.

Ξύλον ἀγκύλον οὐδέποτ' ὀρθόν.

Id est, Nunquam rectum tortile lignum. Distorta prauaque ingenia uix unquam ad bonam frugem trăducuntur.

Aethiops non albescit. Αἰθίοψ οὐ λευκαίνει.

Id est, Aethiops non candescit. De iis dici solitum, qui nunquam mutaturi sunt ingenium.

Porphyr. *Qui semel scurra, nunquam paterfamilias.*

Sensus est. Eum quem semel depuduerit, quiq; contempta fama scurram agere cœperit, uix unquam ad bonă frugem redire.

Aristoph. *Podex lotionem uincit.*

Πρωκτὸς λοτὸν πλυγίνει.

Id est, Podex lotionem uincit. In eos, qui sese in malum aliquod adigunt, propterea & ea corporis pars etiam si lauetur, semet rursum inquinat, ita ut ipsa sit in causa quò minus lauari possit.

Aristoph. *Occasione duntaxat opus improbitati, uel maliciæ.*

Quadrabit in nocendi cupidos, qui ne temerè læsisse uideantur, causas prætexũt. Malefacere qui uult, nusquam non causam inuenit. Vulgò dicitur apud nostrates: Faci le fustem inuenerit, qui cupit cædere canem.

Hierony. *Saliuam imbibere.*

Sumpta metaphora ab infantibus, quibus præmansum cibum in os inserunt non sine saliua, cui quum assueuerint,

rint, nihil iam illis sapit, quod ab illius primæ saliuæ gustu diuersum sit.

Quo semel est imbuta.

Horatius: Quo semel est imbuta recēs, seruabit odorem Testa diu. Proinde recte monet Fabius, ut statim optima discantur, propterea quòd nihil hæret tenacius, quàm id quod rudibus annis perceperimus. Horatius.

INGRATITVDO.

Ingratitudo uulgi.

Qui significabit sibi molestam ingratitudinem, quòd intelligat superiorꝫ officiorum nullam haberi rationem, non inconcinniter usurpauerit illud ex Odyss. E. quod idem est & in alijs locis:

Μήτις ἔτι πρόφρων ἀγανὸς, κεχὴ ἤπιος ἔστω,
Σκηπτοῦχος βασιλεύς, μηδὲ φρεσὶν ἄγκιμα εἰδώς.
Ἀλλ' ἀεὶ χαλεπός τ' εἴη: κακὰ δ' αἴσυλα ῥέζοι. Id est.

Posthàc ne placidus sit quisquam, néue benignus,
Nec mitis, iustíꝫ tenax rex sceptriger unquam,
Sed semper ferus esto, & semper iniqua patrato.

Viuum noueris.

Antea retulimus uiuorum meminisse oportere. Id meretricula in Truculento detorquet in alium sensum, amatorem pro mortuo ducens, qui desierat esse dando. Dum uiuit, inquit, hominem noueris, ubi mortuus est, quiescas: Te dum uiuebas noueram. Pecunia iuxta Hesiodū, anima est mortalibus, ea amissa, exanimis est homo.

Ale luporum catulos.

Theocritus in Hodœporis. Theocri.

Θρέψαι κ' λυκιδᾶς, θρέψαι κύνας ὥστε τὺ φάγοντι. Id est,

Pasce canes qui te lanient, catulosꝫ luporum.

In eos, qui lædunturab ijs, de quibus bene meriti sunt, aut ingratos.

Aries nutricationis mercedem persoluit. Menāder.

Κριὸς τροφεῖα ἀπέτισεμ.

Id est,

Id est, Aries alituram rependit. Quadrabit ubi quis pro benefactis maleficium reponit. Aries ipsos, quorum opera nutritus est aut etiam nutritur, cornibus incessit.

Qui canem alit externum.

Ος κύνα τρέφει ξένον, τούτῳ μόνον λίνον μὴ εἰ.

Id est, Qui canem alit peregrinum, huic præter funem nihil fit reliqui. Qui beneficium collocat in ingratum, perdit operam. Nam canis alienus, relicto fune quo alligatur, pristinum dominum repetit.

Hirundines sub eodem tecto ne habem.

Pythago. Ὁμωροφίους χελιδόνας μὴ ἔχειν.

Hoc est, Hirundines ne habeas sub eodem tecto. D. Hieronymus interpretatur abstinendum à commercio garrulorum & susurronum. Rectè Pythagoras conuictorem ingratum parumq; firmum hirundinis symbolo monuit ablegandum, &c.

Pro beneficentia Agamemnonem ulti sunt Achiui.

Ἀντ' εὐεργεσίας Ἀγαμέμνονα τῖσαν Ἀχαιοὶ.

Id est, Pro meritis malè tractarunt Agamemnona Graii. Dicebatur in ingratos, qui pro summo beneficio, summum remetiuntur maleficium. Agamemnon enim rot exhaustis laboribus in expugnanda Troia pro dignitate Græciæ, domum reuersus, ueste inexplicabili inuolutus, interfectus est à Clytemnestra, auxiliante Aegistho adultero.

Pro perca scorpium. Ἀντὶ πέρκης σκορπίον.

Vbi quis optima captans, pessima capit. Nam perca piscis est uel maximè laudatus. Scorpius letalis est piscis, etiam huius nominis contempti saporis.

Plutarch. *Nemo bene merito boucm immolauit, præter Pyrrhiam.*

Οὐδεὶς εὐεργέτῃ βοῦν ἔθυσεν ἀλλ' ἢ Πυῤῥίας.

Id est,

Id est, Nemo bouem immolauit bene merito, nisi Pyrrhias. Hoc prouerbio quondam utebantur, si quando quis extitisset homo insignitè gratus, qui beneficiũ acceptum ampliter repensaret. Accommodabitur & in uulgatam mortalium ingratitudinem, adeò ut uix unum reperias, qui meminerit officij. Non abludit hinc exemplum Euangelicum, quo è decem lepra, Christi beneficio liberatis, unus duntaxat reuersus est, qui gratias egerit.

Simul & misertum est, & interijt gratia. Zenodo.

Ἅμ' ἠλέητ' ἔθνηκε μὴ χάρις.

Id est, Simul & misertum est, interijt gratia. Senarius dici solitus in ingratum, qui simulatq; leuatus est malis, definit meminisse beneficiorum eius, cuius opera restitutus est. Plautus: *Si quidem iuues, pluma leuior gratia: si quid offendas, plumbea ira gerunt.*

In senem ne quod collocaris beneficium. Aristotel.

Γέροντι μηδ' ἑπομένῳ χρηστὸν ποιεῖν.

Id est, Ne quid unquam beneficij collocaris in senem. Dicitur & hodie uulgò: Nec in senem, nec in puerum collocãdum esse beneficium, propterea quòd alter non refert, alter non meminit.

Hostis non hostis. Ἀπόλεμος πολέμιος.

Id est, Citra bellũ hostis, dicitur, qui nulla lacessitus iniuria, tamen quæ sunt hostium facit, aut qui pacis obtextu, facit hostilia.

Arietis ministerium. Κριοῦ Διακονία.

Id est, Arietis ministerium. Dici solitum de officio in ingratum collocato. Siquidem aries cornibus ferit pascentem.

INGRATA OB VETVSTATEM.

Piscis nequam est, nisi recens. Plautus.

Dicitur peculiariter in hospitem aut uulgarem amicum qui primo quidem aduentu non ingratus est, cæterùm ante triduum exactum putet. Plautus: Quasi piscis tridem

dem est amator lenæ: nequam est, nisi recens.

Piscis repositus. Ἀποκείμενος ἰχθύς.

Plutarch. Id est, Repositus piscis. In prouerbiũ abijsse uidetur aduersus eos, qui nihil seruant in posterum. Nam pisces olim in delicijs erant. Et prudentia est è cibis semper aliquid habere sepositum, quo subitum excipiat hospitẽ.

Antiquiora diphthera loqueris.

Ἀρχαιότερα διφθέρας λαλεῖς.

Id est, Antiquiora diphthera loqueris. In eos quadrat, qui nugas narrant, aut de rebus nimium priscis & iam pridem obsoletis. Siquidem aiunt diphtheram pellem fuisse eius capræ, quæ Iouem lactarit, in qua creditũ est antiquitus, illum omnia scribere quæ fierent. Vnde quæ nec in historicorum literis extarent, nec in hominum memoria seruarentur, ea uelut ex Iouis diphthera petita dicebantur.

Stephan. *A Nannaco.* Ἀπὸ νάννακος.

Id est, A Nannaco. Quum significamus rem ab extrema usq; antiquitate repetitam. Nannacus rex ante Deucalionem fuisse narratur, qui diluuium futurum præuiderit. Latini consimili figura dicunt, ab Aboriginum seculo repetita, & perinde quasi cum Euandri matre loquantur. Non discrepat ab hoc: Antiquior Codro.

Res Cannacæ. Τὰ καννάκου.

Ibicus. Id est, Res, aut mala Cannacæ. Bifariam utebantur hac paroemia, uel de rebus ob uetustatem admirãdis, uel de lamẽtis & comprobationibus miseris, ac lachrymosis.

Antiquior quàm chaos & Saturnia tempora.

Χάους ἀρχαιότερος.

Id est, Antiquior quàm chaos. De re nimiũ prisca & obsoleta. Alludit adagium ad chaos, ad quod poëtæ deorũ ac rerum omnium originem referunt. Ouidius opificium mundi hinc auspicatur, & Hebræi.

Diogen. *Per antiquum diem.* Διὰ παλαιᾶς ἡμέρας.

De re

Dere admodum uetusta & prisca. Finitimum huic: Magno Platonis anno.

Pellenæa tunica. Πελλωαῖος χιτών.

Idest, Pellenæa uestis. De prisco cultu. Pellene peruetusta Achaiæ ciuitas, Protei patria, in qua diuersæ uestimentorum formæ fieri consueuerunt.

INITIVM LAVDATVM.

Operi incipienti fauendum. Pindarus.

Celebratissimum est, honos alit artes, & uirtus laudata crescit. Ita Pindarus Olympiacῶn libro sexto: Ἀρχομένου δ' ἔργου προσώπου χρὴ δίμυτον λαυχεῖν. In initio facinoris oportet faciem illustrem addere: hoc est fauendum aliquid egregij facinoris aggredientibus, simul ut ipsis addatur animus, & alij ad æmulationem prouocentur. At nunc plerique molestè obstrepunt, si quis quid tentet eximium. Potest & hic sensus accipi: Qui famam affectat, hunc oportet ab egregio quopiam facinore auspicari. Permagni siquidem refert, unde nominis sumas exordia.

In hoc calceamento pedem habet. Pindarus.

Dictum ibidem & illud adagij forma: ἴσω γάρ ἐν τούτῳ τε δίλῳ δαιμόνιον ποδ' ἔχων. Id est, Nouit enim se in hoc calceamento fortunarum habere pedem, pro eo quod est, nouit has laudes in ipsum competere. Olim magnæ deliciæ erant in soleis & calceis. Nam Pedilon Græcis est calceamenti genus uarium ac picturatum, dictum παρὰ τὸ τοῖς ποσὶ περιβάλλεσθαι, eò quòd pedi applicetur. Vt autem non omnis calceus cõuenit cuilibet pedi, ita nec quæuis laus in quemuis congruit.

Vestigium ponere. Tullius.

Vestigium ponere, pro attingere dixit M. Tullius lib. de Finibus 5. Quanquam id quidem infinitum est in hac urbe. Quacunq; em ingredimur, in aliquam historiam uestigium ponimus. M. Tullius eiusdem operis lib. 5. Quid enim? Sapientia pedem ubi poneret non habebat, subla tis omnibus officijs. Hic locus ostendit elegantem usum

huius

huius metaphoræ in rebus animi. Sentit enim nullum esse locum sapientiæ, si tollatur officiorum delectus.

Quum paruula est, bona uidetur spina.

Μυκρόθεμ ἦ ἄκανθα ἀγαθὴ φαίνετ.

Id est, Quum pusilla est spina, bona uidetur. Puericia semper amabilis.

Primum Aegina pueros optimos alit.

De re quapiam, quæ melioribus initijs cœpta, paulatim ad deterius dilabitur, ut pleraque mortalium faciunt. Sumptum adagium ab Achille, Patroclo, Aiace, Neoptolemo, quòd hi uirtute præcelluerint, quum essent Aeginetæ. Deinde labente morum integritate, malè cœperunt audire Aeginetæ. Non dissimile illi: Quondam fuere Ephesii, nunc Milesij.

Suidas. *Primum Mars in filijs laudatus est.*

Τὰ πρῶτα ἄρης εἰς τοὺς παῖδας ἐπῃνέθη.

Id est, Initio Mars laudabatur ob filios. De ijs, qui initio specimen aliquod indolis egregiæ præ se ferunt: deinde in alios paulatim degenerant mores. Quemadmodum euenit Romanis olim strenuis.

Κυαμοτρώξ.

Id est, Fabarum arrosor. Dicebatur, qui in creandis magistratibus uendebat sua suffragia, eoq; quæstus grana sedulo uersabatur in comitijs. Priusquam repertus est usus calculorum, quos Græci ψήφους appellant, suffragia nigris & albis fabis ferebantur. Vnde fabis uicitare dicebantur, quibus hic erat quæstus.

INIVSTICIA.

Stateram ne transgrediaris.

Pythago. Μὴ ζυγὸν ὑπερβαίνειν, Id est, Stateram ne transilias: hoc est, ne quid facias, præter ius & æquum. Nam stateram olim æquitatis symbolum habuisse uulgò, uel Doricum illud prouerbium indicat, Στάχανος Δικαιότερος, id est, trutina iustior.

Malum

Malum lucrum æquale dispendio. Hesiodus.

Μὴ κακὰ κερδαίνῃς, κακὰ κέρδεα ἶσα ἄτῃσιν.

Id est: Ne malè lucreris, mala lucra æqualia damnis. Non est lucrum, quod iactura bonæ mentis comparatur. Pindarus: Quod præter iustum est dulce, exitum habet amarissimum.

INSALVBRITAS.

Herculanus morbus. Ἡρακλῆος νόσος. Zenodo.

Id est: Herculanus morbus: Hunc alij sacrum, alij comitialem appellant. Est autem ex eorum numero, quibus nulla medicorum ope succurri potest, propterea quòd diuinitus immitti creditur, eóque cognomen additum est, sacro.

Herculana scabies. Ἡρακλῆος ψώρα. Suidas.

Id est, Herculana scabies. De scabie iucunda facilèque sanabili, aut quæ desideret Herculana, id id, calida balnea. Equidem opinor dici posse in eos, qui multo studio alióue labore ualetudinem offenderunt, ut quibus aliquo laxamento opus sit.

Ipsa senectus morbus est. Terentius.

Terentius in Phorm. Nam in senibus, ut absit morbus, ipsa senecta per se mala ualetudo est. Homerus:

Viribus effœtum iam te premit aspra senectus. Verg.

Subeunt morbi, tristisque senectus.

Φόβος τὸ γῆρας· οὐ γὰρ ἔρχεται μόνον.

Metue senectam, non enim sola aduenit.

INSIDIAE.

Βυθοδομεύειν.

Frequenter est apud Homerum, pro eo quod est: alto pectore moliri quippiam, & clanculũ in animo struere insidias. Translatum à fundamentis ædificiorum, quæ profundè iaciuntur. Homerus.

Canis ad cibum. Κύων ἐπὶ σῖτον.

Id est: Canis ad cibum. De his, qui in suum properant exitium. Qui canem uolũt occidere, cibo ostenso alliciunt.

Δύσεος ἵππος.

Id est: Dureus equus. De clandestinis insidijs dicebatur, aut ubi repentè complures apparerent, qui latebant antea. Sumptum ab equo Homerico, in quo Græcorum proceres abditi, repentè prosilientes, Troiam ceperunt. Hunc Homerus Durateum appellat.

Terẽtius. *Inescare homines.*

Terent. in Adel. Nescis inescare homines. Ducta est metaphora ab ijs, qui præfixo æri cibo, pisces illiciunt.

Oportet omnibus corydalis.

Simonid. Πάσῃσι κορυθάλοισι χὴν λόφου ἐπιγενέσθαι.

Id est: Omnibus Galeritis oportet cristam inesse. Nullius est mortalis ingenium, cui non sit aliquando uicium admixtum, ceu perinde secũdum hominis naturam sit non carere uitio, ut galeritæ naturale est habere cristam.

Tragulam inijcere.

Plautus. Plaut. in Epid. Tragulam in te inijcere adornant, id est, dolum aliquem in te struunt. Et ibidem: Nescio quam fabricam facit. Huic similimum in Mostel. Pilum inijcisti mihi.

Ab transenna cibum petere.

Idem. A transenna cibum petere dicitur, qui periculo proximus est.

Cuniculis oppugnare.

Plutarch. Κρυπτόμοις πολεμίζειν, id est, cuniculis bellare, dicitur nõ aperta ui, sed dissimulanter ac dolis rem gerit. Contra qui palam agit, quod agit machinis, agere dicitur. Plus ueneris habebit, si ad res animi transferatur, ueluti si quis dicat malos genios interdum oppugnare nos machinis, cum palàm terrent ac illectant, interdum cuniculis, quoties falsa specie pietatis imponunt obrepuntq; incautis.

In transennam inducere.

Est dolo fallere. Ab aucupibus sumptum est, qui intra cancellos escam spargunt, insidiantes auiculis. Vnde & hodie

hodie qui dolo captus est, intra transennam esse dicitur.

Pulchre fallit uulpem. Suidas.

παλεύει καλῶς τὴν ἀλώπεκα.

Id est: Decipit pulchrè uulpem. Apparet dictum in eum, qui dolis captaret astutum, cuiq; fruſtra tenduntur inſidiæ. Nam παλεύειν, est arte illectare. At uulpem dolo circumuenire difficile est.

INSTANS.

Ante pedes. Terentius.

Ante pedes esse dicitur, quod obuium, quodq; uel præsens adest, uel imminet. Terent. Istuc est sapere, nō quod ante pedes modò est uidere, sed etiā illa quæ futura sunt proſpicere.

IN STVPIDOS.

Edenaſturcium. ἔδεις κάρδαμον.

In ſocordem, ignauum, hebetem, ſtupidum, olim diceba tur, propterea quòd huic efficaciam ineſſe credant erucæ contrariam: uim enim uigoremq; animi ſuſcitare, Venerem coërcere, cum illa è diuerſo, Venerem acuat, uim mentis hebetet.

Nihil ab elephante differs. Diogeni.

Ἐλέφαντος διαφέρεις οὐδέν.

Id est, Ab elephāte differs nihil. In magnos ac ſtupidos dicebatur, etiam ſi primam ingenij laudem Plinius tribuit elephantis, ſed inter bruta. Verùm corporis moles, & formæ fœditas adagio locum fecit.

Sacer piſcis. Ἱερὸς ἰχθύς.

Id est, Sacer piſcis, dicebatur, cui nemo nocebat, ſed ſui iuris erat. Per iocum dici poterit in hominem prægrandem, & in precio habitum, quum ſit ſtupidus & infans.

Tanagræus cetus. Ταναγραῖος κῆτος.

Obeſum ac prægrandi corporis mole ταναγραῖον κῆτος appellabant, à Tanagra Bœotiæ ciuitate ad quam delatus cetus immani magnitudine prouerbio locum dedit.

Amianus. *Loquax talpa.*

Homo nullius iudicij, sed tamen impendiò uerbosus, loquax talpa dictus est populari conuicio, nam talpæ nostri, ut cæci sunt, ita sunt æquè muti.

Bos marinus. Βοῦς θαλάττιος.

De magnis, insulsis, & ad nihil utilibus, quales sunt phocæ tantùm pascentes, nec operi, nec esui utiles, contrà quàm boues terrestres.

Nihil differs à Chærephonte.

Οὐδὲν διοίσεις χαιρεφῶντος τὴν φύσιν.

Id est: Nihil ore quicquam à Chærephonte discrepas. In macilentum pallidumq; dicebatur. Chærephon enim tragœdiarum scriptor fuit. Is Heraclidarum res prosequutus est. Quoniam autem nocturnis lucubrationibus erat maiorem in modum extenuatus confectusq;, uulgari ioco taxatus est.

Mens non est in Centauris.

Diogeni. Νοῦς οὐκ ἔνι κενταύροισιν.

Id est: Mens non inest Centauris. In uecordes & stultos dicebatur, & qui conarentur quod efficere non possent. Nota est Centaurorum fabula.

Aristoph. *Beccesselenus.* Βεκκεσέληνος.

Prouerbio dicebatur stupidus ac delirus, syderatus, aut admodum senex. Beccus Phrygum antiquissima lingua panem significat: σελήνη Iunam. Vnde Arcades, qui uolũt mortalium omnium antiquissimi uideri, προσέληνοι dicuntur, tanquam antiquiores ipsa luna.

Saturni podex. Κρόνου πυγή.

Diogeni. Id est: Saturni culus. De carnibus uetulis, iamq; mancis, & sensu uacantibus. Quicquid enim putre iam & effœtum intelligi uolebant olim, id Saturnium uocabant.

Caput uacuum cerebro.

Aesopus. Ὦ οἵα κεφαλὴ ἀλλ' ἐγκέφαλον οὐκ ἔχει.

Id est.

Id est: O quale caput, & cerebrum non habet. De his, quī corporis specie præcellunt, ingenio carētes. Natum ex Apologo Aesopico. Vulgò quoq; uecordibus & insipidis, aiunt cerebro uacuum esse caput.

Margites. Lucianus.

Margiten pro stupido dixit Lucianus. Sed existimas te cum Margite quopiam loqui. Hunc ita describit Homerus citante Aristotele. Hunc neque fossorem uoluerunt numina diuūm Esse, nec agricolam, nec in ulla prēterea re Scitum aut egregium. Conuenit cum illo Hesiodio: Nulla in parte utilis, qui nec ipse sapit, nec alijs obtemperat.

Rana Gyrina sapientior. Plato.

Sumptum est adagium ab informi partu ranarum, quē Græci γυρίνους uocant, à figura corporis in gyrum orbiculati. Porrò quum ranæ tribuitur loquacitas, quæ stoliditatis solet esse comes, minimum mentis ineſſe oportet gyrinis, quos uix deprehendas animal esse, nisi mouerentur.

Ouium nullus usus.

Προβάτων οὐδὲν ὄφελος, ἐὰν ὁ ποιμὴν ἀπῇ.

Id est: Ouium nulla utilitas, si pastor absit. Admonet adagium, ἀναρχίαν rem esse omnium perniciosissimam. Nihil rectè faciunt ministri, nisi adsit herus. Inutiles discipuli sine præceptore,

Ouium mores. Προβάτων ἦθος. Aristotel.

In stupidos ac stolidos iaci solitum. Nam ouium ingenium, simplex ac stultum, & omnium quadrupedum imertissimum.

Fœnum esse. *Ambrosia alendus.* Tullius.

Vtrunq; prouerbiali figura dixit M. Tullius, alterum in indoctos ac brutos homines, alterum in egregios, ut intelligas eos pecudibus, hos dijs æquandos. Nam fœno uiuitant boues, ambrosia cibus est deorum.

Tibicines mente capti. Athenæus

Athenæus libro dipnoſoph. VIII. Dū tibicinibus nunquam mentem inſeruere. Sed ſimul ac flarint, auolat illico mens.

Diogen. *Ne quis unquam Megarenſibus.*

Nunquam quiſquam ſapientior ſit Megarenſibus. Scomma prouerbiale iaci ſolitum in ſtupidos. Dictum eſt autem per adulationem de Megarenſibus.

Midas auriculas aſini. Μίδας ὄνου ὦτα.

Idem. Natum à fabula notiſſima Midæ regis Phrygię, cui Phœbus, quod ſtolidè Panem canentem ſibi prętuliſſet, aſininas affinxit auriculas. Quas quū diu mitra occuluiſſet, tandem à tonſore animaduerſum eſt, ac prolatum in uulgus. Porrò adagium rectè dicetur, uel in ſtolidos & craſſis auribus, pinguiq; iudicio homines.

Plautus. *Fungus.*

Plautus in Bacchid. Fungum dixit pro ſtupido, impenſéque credulo. Vel quia fungus per ſe inſipida quæpiam res eſt, uel quòd mollis ac fragilis, uel quòd ſubitò prorumpat.

Seneca. *Aut regem, aut fatuum naſci oportet.*

Dictum eſt hoc ioitur, quòd huiuſmodi fermè fuerint Barbari reges apud ueteres.

Zenodot. *Stultior Melitide.* Μωρότερος Μελιτίδου.

Melitides unus è fœliciſſimis fatuis, quos Homerus ſuo carmine nobilitauit. Hic iam euerſa Troia, uenisse legitur auxilium laturus Priamo. Zenodotus dicit hunc nec potuiſſe numerare ultra quinq;.

Iuuenal. *Neſcit capitis & inguinis diſcrimen.*

Qui eò impudentiæ deuenerunt, ut nullum prorſus faciant diſcrimen inter honeſtum ac turpe, hi neſcire dicuntur, quid interſit inter caput & inguen. Iuuenalis:

Quid enim Venus ebria curat?
Inguinis & capitis, quæ ſint diſcrimina neſcit.

Terræ inteſtina. γῆς ἔντερα.

Diogeni. Dicebantur uilia, nullius; precii. Saxa uerò terræ uiſcera di-

ri dicuntur. Simile illi: Telluris inutile pondus.

Larus hians. Λάρῳ κεχηνώς.

Dicebatur, ubi quis auidius inhiaret prædæ. Est enim Larus auis auida, uoraxq;.

Κορυβαντιᾷν. Aristoph.

Pro insanire dixit Aristoph. in uespis. Sumptum est à Corybantibus Cybeles cultoribus, qui sacro correpti furore cymbala pulsant, alios item in similem agentes rabiem.

Lucerna pinguior. Λιπαρώτερος λύχνου. Diogenī.

Pinguior Lecytho. Λιπαρώτερος ληκυθίου.

Id est, Pinguior lucerna, Pinguior Lecytho. Videtur ironia prouerbialis in eos, q quum sint edaces, nihilo tamen inde fiunt habitiores, quē admodum lucerna plurimum absumit olei, neq; tamē unquam fit saginacior. Fortassis non absurdè deflectetur in homines crasso iudicio, aut luxui deditos.

Bœotica sus. Ἡ Βοιωτία ὗς. Pindarus.

Qui priscis temporibus Bœoticam regionem incolebāt, ὕαντες appellabantur, gens barbara & agrestis. Proinde quidam deprauata uoce, pro ὕαντας, ὕας, id est, sues appellabāt. Idq; scomma cessit in prouerbium, ut primùm in Bœotos diceretur, ab his, in quos sus indoctos, inconditos, moribusq; rusticanis homines torqueatur.

Bœoticum ingenium.

Quicquid insulsum esset ac stultum, id Bœoticum dicebant.

Bœotica cantilena. Zenodot.

Βοιώτιος νόμος.

Id est, Bœotica cantio dicebatur, si quibus rerum initia tranquilla ac prospera fuissent, posteriora turbulenta ac tristia. Nam Bœotij primum liberā ac pacatam agebant uitam: deinde mortuo Laio, in uarias calamitates inciderunt, ut illorum cantilena à læto initio in luctum desijsse uideatur.

Diogeni. *Bœotica auris.* Βοιώτειον οὖς.

Id est: Auris Bœotica. In hominem pingui iudicio quadrat.

Asinus stramenta mauult, quàm aurum.

Heraclit. Aristote. lib moral. Nicomachiorũ 10. citat Heraclitum qui dixerit: Ὄνοι σύρματ' ἂν ἑλέσθαι μᾶλλον ἢ χρυσόν. κρεῖττον γὰρ χρυσοῦ τροφὴ ὄνοις. Id est: Asinos stramenta malle, quàm aurum, quòd asinis pabulum, auro sit iucundius. Atque hac quidem in parte asini plus sapiunt, quàm homines. Illi rem æstimant usu, nos inutilibus atque etiam noxijs rebus ex animi persuasione, ingentia statuimus pretia. Notus est apologus de Gallo, qui gemmam in sterquilinio repertam contempsit. Gallus enim mauult *putre granum, quàm magaritum aut adamantem. Ita qui uentris sunt mancipia, comporationem temulentam omnibus disciplinis liberalibus anteponunt.*

Colophonium calciamentum.

Κολοφώνειον ὑπόδημα. Id est: Colophonium calciamẽtum dicebatur cauum. Nam antiqui ferè soleis utebantur, quæ infimam pedum partem tantùm munirent. Vnde quadrabit in hominem stolidum & incompositum, & rusticanum, perlutum iuris conuenit tale calciamentum. Venustè itaq; dixeris, in sordidis autoribus uersaturo, opus est calceis Colophonijs. Huic contrarium uidetur calciamentum Sicyonium.

In nauibus educatus.

Plato. Ἐν νεωὶ τεθραμμένος. Id est: In nauibus educatus dicebatur, qui rudis esset, & alienus à moribus liberalibus sensuq; communi. Solet enim ferè nauticum genus suo elemento respondere, quod à ciuilium hominum commercio submotum uiuat. Plautus in Ciſtellaria, mores agrestes appellat maritimos, imò potius inconstantes, quòd mare uicibus æstuarijs accedat recedatq;.

Vasis instar.

Plato. Ἀγγείου δίκην. Id est: Vasis instar loqui dicitur, qui quòd ob impe-

imperitiam ex se nihil possit adferre, ab aliis audita prõ ferat. Fons ex se liquorem habet, uas nî aliunde infuderis, siccum est. Homines autem qui uacant eruditione, per aures implentur. Socrates in Phædro Platonis: Ὅτι μὲν οὖν παρ' ἐμαυτοῦ οὐδὲν αὐτῶν ἐννενόηκα, εὖ οἶδα, συνοίδως ἐμαυτῷ ἀμαθίας, λείπεται δὴ οἶμαι ἐξ ἀλλοτρίων τινῶν ἐμὲ γεμᾶν διὰ τῆς ἀκοῆς ὥσπερ ἀγγεῖον. Id est: Nihil horũ ex meipso excogitaui fateor, imperitiæ mihi conscius. Superest igitur, opinor, ut alicunde ex alienis fluentis per aures fuerim impletus instar uasis.

Mittere sanguinem. Cicero.

Olim militibus si quid grauius deliquissent ignominiæ causa, incidebatur uena, id appellabant sanguinem mittere. M. Tullius in epistolis: Missus est sanguis inuidiæ sine dolore. Sentit se liberatum aliqua parte inuidiæ, quod in eo iudicio nõ ualuisset ipsius testimonium, idq; citrà dolorem suum, quòd omnes scirent iudices esse corruptos, &c.

Tredecim cubitorum. Theocri.

Homines insigniter procero corpore, & hisce temporibus populari ioco taxantur, ut ignaui & inutiles. Quod ut alia pleraq; manasse uidetur ab ipsa antiquitate. Sic enim in Syracusanis Praxinea de marito loquitur. Ἀνὴρ τρισκαιδεκαδάπηχυς, id est, uir tredecim cubitorum, hyperbolicõs significãs enormiter procerum. quum esset tam insulsus, ut è mercatu pro nitro salem attulerit. Prisci prælongos homines ridiculi gratia Longurriones appellabant.

Salsitudo non inest illi. Αλμη οὐκ ἔνεστιν αὐτῷ. Plinius.

Id est: Salsitas non inest illi. In infacetos & fatuos ac stupidos. Plinius lib. XXXI. indicat metaphoram esse sumptam ab usu salis, quòd in omnibus cibis sit condimenti uice, & auiditatem inuitet.

Bibe elleborum. Πίθ' ἑλλέβορον. Lucianus.

Quo dicto significatum est insanire quempiam. Qui parum animo constãt, elleboro opus habere dicuntur. At-

que ijdem apud Latinos etiam autores, elleborum edere, & elleboro sese purgare, prouerbio iubentur, propterea quòd antiquitus plurimus usus fuerit huius herbæ ad leuanda mentis & capitis uicia.

Horatius. *Nauiget Anticyras.*

De insano dicitur apud Horatium, quicq; mentis morbo laborat. Huic simile dicit idem alibi: Curatore opus est. Itidem Varro: ad agnatos & gentiles deducendus.

Plinius. *Strychnum bibit.* Στρύχνον ἔπινεν.

In insanos item competit, à strychni herbæ natura, quæ uel gustata, statim insaniam parit.

Plautus. *Porcum immola.*

Plautus in Menęchmis porcum syncerum ac sacrum immolare iubet eum, quem mente captum significat. Opinor hinc sumptum, quòd ueterum usu, qui cuiuspiã irati numinis intemperijs ageretur, hoc piaculo se soleat purgare. Horat. Immolet æquis Hic porcum Laribus. Loquitur de eo, qui iam ab insania respuisse uideretur.

Squillas è sepulchro uellas.

Σκίλλας ἀπὸ σήματος τίλλειν.

Id est, Squillas è sepulchro uellere iubebantur, qui parum sanæ mentis esse uiderentur.

Minus habet mentis, quàm dithyramborũ poëta.

Διθυραμβοποιῶν ἔχειν ἐλάττονα.

Id est, Minus sapis scriptoribus dithyrambicis. Instupidos ac furiosos torquetur. Sumptum à poëtis dithyrambicis, qui Baccho inflati furebant.

Hierony. *Pistillo retusius.*

Pro eo quod est, Minimè acutum. Et Chrysippeum acumen, per ironiam usurpatur in stupidum. Et cornutus syllogismus, pro ratione ridicula friuolaq;.

Embarus sum. Εμβαρὸς εἰμί.

Dictum est olim de insano, deliroq;. Natum ab Embaro usquequaq; demente, ut filiam se immolaturam polli-

cere

ceretur, ea lege, ut sacerdotium in posteros suos tradu-
ceretur.

Phryx plagis emendatur.

In Barbaros, seruilisq; ingenio homines dicitur, qui non pudore neque monitis, sed uerberibus redduntur me-liores. Suidas.

Messena seruilior. Δουλότερος μεσσήνης.

Id est, Seruilior Messena. De minimè liberis dicebatur, & alieno uiuentibus arbitrio. Lacedæmonij Messenios, quòd iterum atq; iterum defciuissent, in seruitutem rede gerunt, eosq; durius etiam, quàm reliquos seruos tracta runt, ne denuo res nouas moliri possent.

Stultior Coræbo. Ηλιθιώτερος κορεβου. Lucianus.

In stupidos ac uecordes. Coræbi stultitia uulgi fabula celebrata est, qui maris undas numerare sit conatus, quum non potuerit ultra quinque prosequi suppura-tionem.

Stultior Morycho. Μωρότερος εἰ μορύχου. Zenodo.

Id est, Stultior es Morycho. Siculũ prouerbium in eos, qui ridiculè stulteue quippiam facerent. Zenodotus tra dit apud Siculos Baccho cognomen esse Morycho, idq; inde natum, quòd in uindemijs, huius dei facies, musto, ficisq; uirẽtibus oblini consueuerit. Bacchus autem ubi que ridiculus ac parum cordatus inducitur à Poëtis, ut-pote deus temulentus.

Stupidior praxille Adonide.

Ηλιθιώτερος πραξίλλης ἀδωνιδος.

Id est, Stultior Praxillę Adonide. In uehementer stupi-dos.

Veruecea statua. Plautus.

Plautinus Hegio, seruum stupidum appellat statuam uer ueceam, quasi dicas, brutum ac mutum hominem.

Corpus sine pectore. Horatius.

Horatius: Non tu corpus eras sine pectore, Dij tibi for-mam, Dij tibi diuitias dederãt, artemq; fruendi. Nam sa

pien-

pientiam & ingenium in pectore constituunt. Vnde cordatos appellamus prudentes.

Antronius asinus. Αντρώνιος ὄνος.

Olim dicebatur, qui deformi, prægrandiq; mole corporis esset, cæterùm ingenio stupido, tardoq;. Antron autem ciuitas erat Thessaliæ, nomen inde sortita, quòd cauernis & specubus abundaret. Illic aiunt asinos insigni magnitudine quondam fuisse, unde prouerbium increbuit, autores Stephanus & Suidas.

Lucianus. *Naribus trahere.* Τῆς ῥινὸς ἕλκεσθαι.

Id est: Nare trahi. Est citra iudicium alieno arbitratu quouis abduci Metaphora sumpta à bubalis animalibus, qui annulo in summam narem inserto circunducũtur, non aliter, quàm equi freno.

Arcadicum germen. Ἀρκάδιον βλάστημα.

De grandibus & ignauis dici solitum. Arcades olim malè audierunt ob stuporem ingenij.

Arcades imitantes. Ἀρκάδας μιμούμενοι.

Plato. Dictum in eos, qui alijs, non sibi laborant. Arcades olim inter Græcos bellicosissimi, suis auspicijs, suoq; ritulo nũquam hostẽ ullum superarunt, uerùm alijs suppetias ferentes persæpe. Vnde illud illis fatale uidebatur, alijs uincere non sibi.

Horatius. *Asinum in rupes protrudere.*

Horatius: Qui malè parentẽ in rupem protrusit asellum. Quadrabit in quosdam peruerso natos ingenio, qui quũ ipsi non sapiant, nolint tamen bene consulẽtium monitis obtemperare. Natum à rustico est, qui quum asinum suum per alpes niuibus obtectas duceret, isq; freno non obediret, iratus in rupes protrusit.

Feles Tartesia. Γαλῆ ταρτησίας.

De magnis & ridiculis dicebatur. Tartesij sunt in Iberia, apud quos feles maximæ nasci dicuntur.

Non inest illi dentale. Γύης οὐκ ἔνεστιν αὐτῷ.

Id est,

Id est: Gyes non ineſt illi. Dici conſuevit de quopiam ad rem aliquam parum utili. Sumpta metaphora ab aratro, cuius pars eſt γύης, eam nonnulli putant eſſe, quam Latini dentale uocant. Ea quoniam præcipua uidetur, ſi abſit, nihil confici poteſt aratro.

Stulto ne permittas digitum.

Nihil permittendum imprudentibus, quantumuis puſillum. Siquidem in maximis lædunt, ſi uel tantillum commiſeris.

Septennis quum ſit, nondum ædidit dentes. Ariſtoph.

ἑπταετὴς ὢν οὐδόντας οὔκ ἔφυσεν.

Id eſt. Quum ſit ſeptem natus annos, nõdum tamen dentes produxit. Mihi quadrare uidetur in eum, qui natu grandis, tamẽ adhuc quaſi puerum agit. Aut, qui diu cõmoratus alicubi, nihil adhuc autoritatis, aut honoris ſit aſſequutus. Adagium natum à pueris, &c.

Stulticia eſt, Iouem putare eſſe. Suidas.

Τῆς μωρίας, τὸ Δία νομίζειν, ὄντα τηλικοῦτον.

Id eſt: Inſcitia eſt, natum tot annos credere eſſe ullum Iouem. In eum accommodari poteſt, qui grandis natu dicit, aut ſentit abſurdum quippiam, quum propter ætatem nihil oporteat ignorare. Non conuenit enim in natu grandes puerilis ſuperſtitio.

Vt Bagas conſtitiſti. Βάγας ἔστηκας. Plutarch.

Id eſt: Vt Bagas ſtabas. In ſtupidum & elinguem diceba tur. Bagas erat quiſpiam ſimilis attonito, ſtupidóque & inſulſo.

Deſertum obtueri. Ερημον ἐμβλέπειν. Ariſtoph.

Id eſt: Diſertum intueri, dicebatur, qui fixis & attonitis intueretur oculis. Metaphoram mutuati ſunt ab iis, qui pelagus immenſum, aut ſolitudinem taciti intuerentur.

Terebintho ſtultior. Τερεβίνθου ἀνοητότερος.

Id eſt: Terebintho dementior, in ſtupidum, fibi{que} placentem, quòd arbor ea latè porrigat ramos, quod eſt inſolen-

lenter ostentantium sese, ad hæc nigrore insignis, fo-
liis crassis, succo item pingui & resinoso, tum aliâs alia
specie.

Cæcus auribus.

Tu simul & aure & mente & oculis cæcus es. Quadrat in hominem planè stupidum.

Bis pueri senes. Δὶς παῖδες οἱ γέροντες.

Varro. Quadrabit in eos, qui prouectiore quum sint ætate, tamen puerilibus quibusdam studijs intempestiuiter atq; indecorè tenentur.

Saturniæ lemæ. Κρονικὴ λήμη.

In cæcutientes ac stupidos dicitur, præsertim in eos, qui ætatis uitio desipiscunt. Est enim lema humor in oculis concretus, unde lippitudo nascitur. Porrò Saturniæ dicuntur, quasi seniles ac ueteres, propterea quòd κρόνος, id est, Saturnus, podagrosus ac senex à poëtis fingitur, & temporum deus.

Auris Batauæ.

Martialis. Martialis Epigrammatum libro VI. Batauam aurem dixit agrestem, inelegantem, terricámque. Erant Bataui Germaniæ populi Catthorum pars, qui domestica seditione pulsi, extrema Gallicæ oræ uacua cultoribus occupauêre, &c.

Abderitica mens.

Cicero. Abderitæ in stuporis insaniæq; fabulam abiêre. Abderitanis autem natura peculiarem fuisse mentis stuporem indicat M. Tullius, &c.

INTEMPERANTIA, LIBIDO.

Myconius uicinus. Μυκόνιος γείτων.

Suidas. In eum, qui non uocatus ad cõuiuium accedit. Nam Myconij ligurones erãt, & alienę appetentes mensæ. Zenodotus autem ait conuenire in sordidos atq; humiles homunciones, propterea quòd ea insula sterilis, habet gentem auidiusculam, & alieni appetentiorem. Idem addit Myconios immodica bibacitate, luxuq; olim infames.

vnde

Vnde & Cratinus Ischomacum quendam gulæ mancipium, Myconium appellarit.

Vnico digitulo scalpit caput.

Molles atq; effœminati, uno digito caput scalpere dicuntur, nimirum soliciti, ne comam studiosè compositam perturbent. Iuuenalis satyra IX. Iuuenalis

Qui digito scalpunt uno caput.

Baceli similis.

Ικελος Βακήλῳ, ἢ οὐ Βάκκλος εἶ.

Id est, Bacelo similis, aut Bacelus es. In cinędos, ac parum uiros dictum, aut in magnos quidem corpore, sed animo stupidos. Tractum à forma moribusq; Baceli cuiusdam, qui fuit exectus.

Herniosum usq; ad gulam. Aristoph.

Ηωλὸς μέχρι τοῦ μιξέϊνος.

Quadrat in uehementer hernioſum. Carmen est apud Aristophanem in Equitibus:

Ηωλὸν γενέσθαι δεῖ μέχρι τοῦ μιξέϊνος. Id est,

Sis hernioſus oportet ipſam usq; ad gulam. Plutarch.

Batalus. Βάτταλος εἶ.

Id est, Batalus es. Olim in effœminatos per cõtumeliam dicebatur. Id cognominis Demosthenis puero inditum fuit, & ab inimicis probro obiectum. Plutarchus cognominis huius uarias adfert rationes: uel quòd Batalus quispiam fuerit tibicen, mollis & effœminatus, qui muliebribus sandaliis primus omnium in scenã prodierit, ac musicã euirarit, uel quòd poëtæ cuidam obscœno nomẽ fuerit Batalo, uel quòd apud Atticos Battalus appellata sit ea pars corporis, quæ uerecundè nominari non poteſt.

Βαταλίζεσθαι.

Dicitur qui turpiter atq; effœminatè uiuit.

Tibicinis uitam uiuis. Αὐλητοῦ βίον ζῇς.

In eum dicebatur, qui lautè quidem, sed alieno uiuerẽt sumptu.

Scamio-

Idem. *Samiorum flores.* Σαμίων ἄνθη.

Vbi quis extremam uoluptatem decerperet. Hoc autem nomine dicebatur locus quidam, in quo mulieres cum uiris, conuiuium agitabant: omnigq; genere uoluptatum affatim explebant sese. Stephanus admonet Samum insulam olim ἀνθέμουσαν appellatam fuisse, nimirum à floribus.

Sponsi uita. Νυμφίου βίος.

Pro molli ac delicata. Confine illi, quod alibi relatum est: Musica uita.

Diogeni. *Melle teipsum perungis.*

Ἐμ μέλιτι σαυτὸν καταπάττεις.

Id est: In melle teipsum obuoluis, oblinisq;, hoc est, molliter, suauiterq; uitam agis, quasi parum sit uesci melle, nisi totus sit melleus.

Plutarch. *Samiorum laurea.* Σαμίων λαῦρα.

Dictitabatur in turpibus addictos uoluptatibus. Laura apud Samios angiportum quoddam erat, in quo cupediæ, popinariæq; lauticię uenditabantur, à mulierculis in hoc paratis.

Plutarch. *Samium comatum.* Τὸν ἐν Σάμῳ κομήτην.

Dicebant eum, qui ante ignauus habitus, præclarius expectatione sese gessisset in negocio. Aiunt pugilem quempiam apud Samios fuisse, qui quum ab aduersarijs haberetur ludibrio, quòd conatus esset, cōmissus cū illis uicit.

Aristoph. *Sardanapalus.* Σαρδανάπαλος.

Huius cognomen ob insignem hominis molliciem abijt in prouerbium. Fuit autem Sardanapalus delicijs usq; adeo effœminatus, ut inter Eunuchos & puellas, ipse puellari cultu desidere sit solitus.

Lesbijs digna. Λεσβίου ἄξια.

De rebus irritis dicebatur, ob id, ut conijcio, quòd Lesbij ob uanitatē uulgò malè audirent. Fortassis non ma-

lè qua-

lè quadrarit & in sordidos atq; impuros: unde λυσβιᾶν dictum, pro eo quod est, Polluere & conspurcare.

Lesbiari. Λεσβιάζειν.

Antiquitus polluere dicebatur. Aiunt turpitudinem quę per os peragitur, fellationis opinor, aut irruminationis, primũ à Lesbijs autoribus fuisse profectam, & apud illos primũ omniũ fœminam tale quiddam passam esse.

Corinthiari. Κορινθιάζεσθαι. Stephan.

Veteres uulgato ioco dicebant eos, qui scortationibus, ac lustris indulgerent, qui uel lenocinium exercerent. Sumptum est à meretricibus Corinthiensibus, de quibus suo loco dictum est.

Lydus in meridie.

Αυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ.

In hominem insatiatiæ aut etiam intempestiuę libidinis dictitabatur. Narrant Lydos adeò libidine perditos fuisse, ut non tantum noctu uacarent uoluptati Veneręq, uerùm etiam ipso meridie lasciuirent, manibus fœdum opus peragentes.

Lydus cauponatur. Αυδὸς καπηλεύει. Suidas.

In effœminatos, & uoluptatibus addictos. Ex huiusmodi natum historia tradunt: Cyrus rex deuictis Lydis, imperauit, ut cauponiam exercerẽt, neq; tractarent arma, sed ueste ad terram usq; demissa uterẽtur, quæ olim mollitiem indicabat, ut ad eum modum uelut in fœminas transformati, ad rebellionem fierent inutiles.

Pepones. Πέπονες. Homerus.

Prouerbiali conuicio dicũtur homines molles, parumq; uiri. Metaphora sumpta à fructu, qui simulatq; maturuit, dulcis quidem est, uerùm flaccidus, & inutilis. Homerus: ὦ πέπον, ὦ μενέλαε. O Pepon, ὁ Menelae.

Lydio more. Αυδίῳ νόμῳ. Hesychius.

Id est, Lydia lege, siue Lydia cantione. Conuenit quoties ariolatur aliquis, & augurijs, diuinationibusq; seruit. Hæc enim superstitione Lydi laborasse feruntur.

Aristoph. *Videre mihi labda.*

Δοκεῖς ἔμοι γὴ λαβδὰ κἢ τὴν λεσβίδα.

Id est, Mihi uidere & labda iuxta Lesbios, fellatricem indicat uelut ænigmate primæ literæ, quę communis Lesbijs, & uicio quod ei tribuitur genu. Ex Aristophanis concionatricibus.

Pausani. *Adonidis horti.* Ἀδώνιδος κῆποι.

De rebus leuiculis dicebatur, parum frugiferis, & ad breuem præsentemq; modo uoluptatem idoneis. Erant Adonidos horti Veneri sacri, propter Adonidem eius Amasium, primo ætatis flore præreptum, atq; in florem conuersum.

Plutarch. *Vt Corinthia uideris.*

Ἀ κορινθία ἔοικας χοιροπωλήσῃ.

Id est, Corinthia uideris corpore quæstum factura. In mulierem intempestiuius libidinantem. De mulieribus Corinthi prostantibus dictum est alibi.

Zenodot. *Agathonia cantio.* Ἀγαθώνιος ἀυλκάσις.

Rectè dicetur de oratione blanda magis quàm frugifera. Agathon tibicen quispiam erat, cantilenarum suauitate maiorem in modum aures deliniens. Nec huius mores dissimiles musicæ fuisse perhibētur. Laborauit enim infamia molliciei.

Chalcidissare.

Χαλκιδίζειν καὶ χαλκιδικάζειν, dicebantur, qui rapaciores & plus satis ad rem attenti uiderentur. Chalcidenses in insula Eubœa populi, Comœdiæ ueteris conuicijs notati sunt, quòd auariores essent.

Phicidissare. Φικιδίζειν.

Dicebantur uulgò, puerorum obscœnis amoribus dediti.

Stephan. *Siphniassare.* Σιφνιάζειν.

Pro eo quod est, Manum admouere postico: sumptũ est à moribus Siphniorum, qui libidinis causa id factitare con-

consueuerint. Est autem Siphnus insula quæpiam haud procul à Creta.

Αὐτολήκυθοι.

Vulgato prouerbio dicebantur, qui non ex animo, sed ueneris causa colerent amicos.

Κλειτοριάζειν. Diogeni.

Vulgato conuicio dicebantur ἡ, qui puerorum amoribus oblectarentur, aut (ut Diogenianus) ait mulieres immodicè libidinosæ.

Clisthenem uideo. Κλισθένην ὁρῶ.

Clisthenes hic malè audiit, & Comicorum conuicijs laceratus est, quòd parum uir haberetur, sese{que} cultu inde coro, uelut in mulierem transfiguraret.

Cleocritus. Κλεόκριτος.

Id nominis contumeliæ causa faciebatur in cinædos ac molles, & parum uiros. Nam & hunc ueteris Comœdiæ maledicta nobilitarunt. Dictus est autem effœminatus cinædus, hospes, obscuro fœdóque genere, Cybeles filius, &c.

Sinopissas. Σινωπίζας.

Id est, Lasciuis. A Sinope scorto quod in celebratæ lasciuię, cui cognomen hinc inditum uidetur, quòd noxijs esset oculis.

Sus per rosas. ῥὲς διὰ ῥόδων Eudemus.

Ego legendum arbitror, διὰ ῥοιδίων, ἀπὸ τῆς ῥοιᾶς, ut sit nomen diminutiuum. Rhœæ uerò Græcis dicuntur mala Punica. Et dicitur de agrestibus & intractabilibus. Quemadmodum sus per mala commodè duci non potest.

Aries cornibus lasciuiens. Κριὸς ἀσελγόκρως. Diogeni.

Diogenianus ostendit conuenire in magnos & lasciuos. Prurijunt cornua arietibus bene pastis, quod idem accidit bubus.

Ἱπποµανῆς.

Dicebantur prouerbiali conuicio fœminæ uirosæ, ac libidine præter modum prurientes.

Caprarius in æstu. Ἀπόλυε τὸν καύματι.

Zenodo. Confine illi, Lydus in meridie. Nam his horis caprarij, dum seductis gregibus in umbra latitant, lasciuire soliti scribuntur. Potest ad quamuis uoluptatem accommodari non in tempore adhibitam.

Quæ sub alis fiunt. Αἱ ὑπὲ μάλης πράξεις.

Plutarch. Id est, Facta subalaria. Plutarchus: Ad laborem, ad res honestas segnis, in his rebus quæ sub alis fiunt, nihil recusat. De adulatore loquitur, ad honesta officia tum pigro, tum inutili, ad uoluptuaria ministeria prompto. Equidem opinor ob id adulationi sub alis sedem datam esse, quòd hę corporis partes titillationem præcipuè sentiant, &c.

E Massilia uenisti. Ἐκ Μασσαλίας ἥκεις.

Suidas. Id est, E Massilia uenisti. Suidas ait dici solitum de iis, qui cultu parum uiris decoro uterētur. Quòd Massilienses luxu perditi, muliebrem fermè in modum ornarentur, comis unguento delibutis.

Complura masculi canis cubilia.

Πολλαὶ κυνὸς ἄρσενος εὐναί. Id est, Sunt canis infinita cubicula masculi. Recte dicetur in hominem mulierosum, peculiariter in eum, qui non contētus certo thoro, passim per aliena cubilia uolutari gaudeat.

Lentiscum mandere. Σχῖνον διαξώγειν.

Lentiscum mandere uel arrodere dicuntur ij, qui nimio comandi corporis studio superfluunt. Nam ex lentisco dentifricium fieri consueuit. Is est puluisculus quidam, candidandis dentibus comparatus. Martialis:

Lentiscum melius, sed si tibi frondea cuspis
Defuerit, dentes penna leuare potest.

Huiusmodi igitur quibus dentiscalpium semper in ore est, lentiscum arrodere dicuntur, & σχινοτρῶγες, lentisci arrosores appellantur.

Peni-

Penicissare. πλωτικίζειν μοι δοκεῖς.

Perinde ualet, quasi dicas, fucum facere. Nam τὴν νίκην Græcis comam non genuinam, sed appositiciam significat, quam quidam galericulum uocant.

Πτερυγίζειν. Lucianus.

Dicitur, qui conatur & gestit quippiam efficere. Sumptũ à pullis auium, quum adhuc inuolucres sunt, alas mouentibus. Lucianus usurpat pro indecorè & scurriliter gesticulari.

Voluptas fœda.

In uoluptatem inhonestam, aut scortum ad perniciem iuuenum omnibus instructum artibus, quadrabit illud ex Odyss. K. dictum de Circe.

Ηιτεν ἅπαντας.
Ηοῦς ἢ λύκους ποιήσεται ἠὲ λέοντας. Id est,
Siquidem omnis
Fecerit illa sues ue lupos ue leones.

Ἀλλοτριοφάγοι. Athenæus.

Vocantur, quibus dulce est aliena uiuere quadra. Huius farinæ est quod alibi citauimus, illud Diogeniani, Melle temetipsum perungis.

INTEMPESTIVA ET INEPTA.

Simulare cupressum. Horatius.

Ortum ab imperito quopiã pictore, qui præter cupressum nihil nouerat pingere. A quo quum naufragus quidam periisset, ut uultum suum exprimeret, ac naufragiũ suum depingeret, interrogauit ille: num ex cupresso uellet aliquid adfici. Cõcinnè usurpabitur in eos, qui quod dicerunt, id ubicũq; intempestiuiter inculcant, quum ad rem nihil attineat.

Intempestiua benenolentia, nihil à simultate differt. Suidas.

Ἀκαιρος εὔνοια οὐδὲν ἐχθρᾶς διαφέρει.

Id est, Par odio importuna benenolentia. Quadrabit in

eos, qui dum officiosi studentesse, nam habita temporis ratione nocent, aut molesti sunt sedulitate. Veluti, qui non apto rempore obiurgat amicum, aut qui immodicis & intempestiuis laudibus conciliat homini inuidiam: aut qui pecuniam suppeditat adolescenti, qua fit deterior.

In lente unguentum. Τὸ ἐπὶ φακῇ μύρον.

Varro. Id est, In lenticula fabulam, subaudi, narras. Quadrat autem in hominem, aut in rem quampiam, quæ neutiquam in tempore adhibeatur iis, quibus minimè congruit: Veluti si philosophum iuuenum lasciuientium conuiuio misceas. Aut inter pocula, de rebus grauibus ac theologicis incipias disputare. Quemadmodum uidelicet lenticulæ uili legumini, ineptè quis admiscuerit unguentum.

In crastinum seria.

Plutarch. Εἰς αὔριον τὰ σπουδαῖα. Id est, In crastinum seria. Plutarchus in uita Pelopidæ narrat, hanc uocem apud Græcos abijsse in prouerbium, &c.

Aestate penulam deteris.

Zenodo. Ἐν θέρει τὴν χλαῖναν κατατρίβεις.

Rectè dicetur in eum, qui res necessarias temerè, nec in tempore profundit, aliquando futuras usui si seruetur.

Mense Maio nubunt malæ.

Ouidius. Dici potest in eos, qui alieno tempore quicquam faciũt, aut qui parum auspicato quid aggrediuntur. Nam olim inauspicatum existimabatur, mulieres Maio mense nubere. Ouidius in Fast.

Mense malas Maio nubere uulgus ait.

Aristotel. *Mentham belli tempore neq; serito, neq; edito.*

Μίνθην γὰρ πολέμῳ μήτ' ἔσθιε, μήτε φύτευε.

Id est, Mentham nec comedas, nec plantes tempore belli: Mentha corpori frigus adducit, quia semen genitale minuit: Frigus autem aduersatur fortitudini atq; audaciæ. Potest & in eum sensum deflecti paræmia, ut admo-

neat

ueat ne quid alieno tempore fiat, quod officiat.

Rosam, quæ præterijt, ne quæras iterum.

ῥόδον παρελθὼν μηκέτι ζήτει πάλιν.

Id est, Ne quære rursum præteritam semel rosam. Ne te maceres desiderio rerũ, quæ reuocari, restitui q non queunt, uelut exactæ iuuentæ, formæ, uirium, fortunæ. Nam ut nihil est rosa gratius, ita nihil minus diuturnum.

Foras Cares, non amplius anthisteria.

Θύραζε Κᾶρες, οὐκέτ' ἀνθιστήρια.

Id est, Cares foras, peracta enim anthisteria. Dici consueuit, ubi quis semper eadem sibi sperat commoda, aut idem semper licitum fore credit, quod aliquando pro temporis ratione fuerit permissum. Athenienſibus mensis quidã Anthisterion appellabatur, quòd is plurimos flores progigneret. In hoc festa quæpiam agebantur & cõuiuia liberaliora. Exactis autem feriis, quum iam ad solitas operas reuocarentur serui, hoc peracto dicebant heri: Foras Cares, non iam amplius Anthisteria. Cares autem seruos appellabant, quòd ea gens mercenariis operis quæstum faciteret, &c.

Anus hircissans. γραῦς καπρῶδα. Aristoph.

Id est, Anus hircissans. De anu adhuc intempestiua libidine prurienti. Nota est hircorum libido, odor q.

Anus debacchatur. γραῦς βακχεύει.

Id est, Anus debacchatur. In eos dici solitum, qui præter ætatem indecorè lasciuiunt. Nam Bacchanalium licentia iuuenculis utcunque permittitur, aniculis certè fœdissima est.

Feli crocoton. γαλῆ κροκωτόν.

Id est, Feli crocoton, subaudiendum das, aut addis. Dici solitũ quoties honos datur indignis, & quos haudquaq decet. Aut quum datur quippiam his, qui munere non norunt uti. Crocoton uestis genus est rotundæ ac fimbriatæ, qua diuites utebantur.

Quid de pusillis magna proœmia. Plutarch.

Τί μικρῶν περὶ μεγάλα προοιμιάζῃ;

Id est, Quid de minutis reb⁹ magna texis procœmia? Vbi quis in re non magni momenti, uerbosa utitur præloquutione. Horat. Quorsum hæc tam putida tenduntᵉ Huic cognatum est: Absq; procœmijs & affectibus.

Ab unguibus incipere. Ἐκ τῶν ὀνύχων ἄρχεσθαι.

Dicuntur, qui à leuissimis minimeq; ad rem pertinentibus ordiuntur.

Cicero. *Tragœdias in nugis agere.*

Tragœdias in nugis agit, qui in re leuicula tumultum mouet, ut ait Terentius: magno conatu magnas nugas dicit.

Annosam arborem transplantare.

Τραχὺν ξύλον μεταφυτεύειν.

Id est, Vetulam arborem transplantare. In eos dicitur, qui serò atq; exacta iam ætate conantur dediscere, quibus diu iuuenes assueuerint. Aut simpliciter de ijs, quæ frustra molimur.

Zenodot. *Ne unquam uiri senis.*

Ἀνδρὸς γέροντος μήποτ' εἰς ψυχὴν ὁρᾶν.

Id est, Tu ne uiri unquam insipicito podicem senis, id est, ne requiras illud à quoquam, quod ab eo præstari non possit.

Homerus. *In senem libidinosum.*

In eos, qui ad rem gerendam iam inutiles sunt ob ætatē, uerùm oratione ualent, appositè dixeris illud Homeri:

Γήραϊ δὴ πολέμοιο πεπαυμένοι, ἀλλ' ἀγορηταὶ
Ἐσθλοί.

Iam ob senium bello emeriti, sed dicere tantum Egregij.

Diogenianus. *Molestum, sapientem apud stultos loqui.*

Ἀγαλέον φρονέοντα παρ' ἄφροσι πολλ' ἀγορεύειν.

Id est,

Id est, Dicere multa graue est, sapientem apud insipientes. Nihil intractabilius homine stulto, quicquid recte dicitur, in diuersam partem rapit.

Malum est bonum.

Κακὸν δ' καλὸν ἔνδα μὴ καιρὸν τύχῃ.

Id est, Bonum malum fit, tempore datum haud suo. Nihil gratum, quod intempestiuum.

In pace leones. Aristoph.

Aristophanes in Pluto:

Ὄντες οἶκοι μὲν λέοντες, ἐν μάχῃ δ' ἀλώπεκες.

Id est, Quum leones sint domi, idem in Marte sunt uulpeculæ. Conuenient in eos, qui præposterè se gerunt. Aut in illos, qui simulata mansuetudine perueniunt ad tyrannidem.

Mira de lente.

Vide, Aliena de re.

INTERNICIO.

Funditus, radicitus. Plautus.

Quod prorsus & citra spem instaurationis perditur, funditus ac radicitus tolli dicitur, quorum alterum sumptum est ab ædificio, quum æquatur solo: alterum ab arboribus, quum non solum amputãtur rami, uerũetiam ipsa stirps inciditur, aut unà cum radicib⁹ tollitur, &c. Tullius.

Quod nos dicimus radicitus siue à stirpe. Græci dicunt ἐκπριζοῦν: quasi dicas extirpare. Multum accedet gratiæ si ad animum deflectatur: ueluti si quis dicat ambitionem, auariciam ac libidinẽ funditus ac radicitus ex animo reuellendam.

Ne bolus quidem relictus. Eupolis.

Οὐδ' ἔγκαφον λελαπτόν.

Id est, Ne bolus quidem relictus est, hoc est, nec uel pauxillum. Nam ἔγκαφον id apud Græcos significat, quod nos uulgata uoce magis quàm Latina, morsellum dicimus, à uerbo κάπτω, quod est auidè comedo.

Eustathius

Ne ignifer quidem reliquus est factus.

Οὐδὲ πυρφόρος ἐλείφθη.

Id est, Ne ignifer quidem superfuit. Vbi significamus omnes ad unum interijsse adeò, ut ne ei quidem sit parcitum, qui ignem præferat exercitui.

Pinus in morem. Πεύκης τρόπον.

Id est, Piceæ ritu. Vbi quis funditus radicitusq; perit, ita ut nullo pacto restitui possit, piceę ritu perditus dicitur. Nam piceam succisam negant suppullulascere.

Totum subuertere. Ολον ἀναῤῥίπτειν.

Id est, Totum euertere. Dicitur qui funditus perdit quẽpiam, & uelut ab ipsis radicibus funditusq;. Ductum ab ædificijs, quæ subuertuntur à fundamentis.

Iuuenalis

Perdere naulum.

Iuuenalis: Furor est post omnia perdere naulum. In eum, qui cum multa amiserit, reliquum etiam uelit perdere. Metaphora sumpta à mercatoribus.

Eudemus.

Cum cane simul & lorum.

Σὺν κυνὶ καὶ τὸν ἱμάντα.

Id est, Vnà cum cane lorum quoq;. Eudemus indicat dici, quoties simul omnia pereunt.

Homerus.

Qui iure perierunt.

In eos, qui suo merito pereunt, conueniet illud Homeri:

Τοὺς δὲ μοῖρ' ἐδάμασσε δεῶν, καὶ χείτλια ἔργα.

Hos fatum & malefacta neci, & exitio q; dederunt.

Omitte uatem.

Πάρες τὸν μάντιν. Id est, Omitte uatem, uti conueniet, quoties alicui parcendum admonebimus, quòd is eximius sit & immunis habendus à uulgari sorte. Veluti si quis poëtæ, Theologo, sacerdoti diceret oportere parci. Antiquitus mos erat, ut augur coronatus ante aciem incederet, neq; fas erat hunc telis impetere, utpote uirum sacrum. Poterit adagium etiam per ironiam usurpari.

Cognatio

Cognatio mouet inuidiam. Aristotel.

Aristoteles Rhetoricorum lib. 2. docens inuidiam oriri ergà uicina & cognata: nullus enim inuidet olim defunctis, aut diuersi generis, aut immenso interuallo superioribus inferioribusue: adducit huius uerficuli testimonium:

Τὸ συγγενὶς γὰρ καὶ φθονεῖν ἐπίσατο. Id est,
Etenim inuidere nouit ipsa affinitas.

Vnde qui eò altitudinis processerunt, ut inuidiam gloria superarint, extra omnem aleam extra q̃ inuidię tela esse dicuntur.

Esurienti ne occurras. Theocri.

Prouerbij faciem habet illud Theocriti in Siracusanis: Gorgo horrans ad reditum quòd maritus esset iracundus, adijcit:

Πεινῶντί γε μηδέ ποτ' ἐνθὴς. Id est,
Absit ut unquam occurreris esurienti.

Fames enim exasperat iracundiam. Vnde apud Plautum aliquis iracundius loquentem rogat, quàm pridem ediisset. Apud eundem est: Fames & mora bilem in nasum conciunt.

Figulus figulo inuidet. Faber fabro. Hesiodus.

Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ ποτέει, καὶ τέκτονι τέκτων,
Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.
Odit ita fabrum q̃ faber, figulo q̃ molestus
Est figulus: mendico protinus inuidet alter
Mẽdicus, cantor cantorem inuidus odit.

Inimicus & inuidus uicinorum oculus. Alcippus.

Alcippus in epistola quadam ad Eucymonem.

Δύσμενής, ἢ βάσκανος ὁ τῶν γειτόνων ὀφθαλμὸς φησιν ἡ παροιμία. Id est, Inimicus & inuidus uicinorum oculus, ut dictum est prouerbio, uicinus uicino inuidet. Nec inuidemus ijs à quibus longo absumus interuallo, sed quod propemodum speramus assequi.

Vnicum arbustum haud alit duos erithacos. Zenodot.

Μία λόχμη οὐ τρέφει δύο ἐρυθάκας.

Id est, Idem arbustum non alit duos erithacos. Non intempestiuiter dicitur in eos, quibus parum conuenit, nec in eodem munere concorditer uersari queunt. Est autem erithacus auis quædam solitaria, ut in eodem saltu non temerè nisi unam inuenias. Alexander Magnus dixit non dissimule huic: Mundum non capere duos soles.

Vna domus non alit duos canes.

Εἰς οἶκος οὐ δύναται τρέφειν τοὺς δύο κύνας.

Id est, Eadem domus non bene canes alit duos. In eos, inter quos parum conuenit, propter idem lucrum, quod communiter expetunt. Sic idem regnum non fert duos ambitiosos tyrannos, &c.

Zoili.

Zoili uocantur alienarum laudum obtrectatores, & alienorum laborum reprehensores. Zoilus sophista quispiam fuit, qui Homerum ausus est, libris in eum scriptis, incessere. Vnde ὁμηρομάστιξ cognomẽ meruit. Sic enim appellantur nobilium autorum castigatores.

Hierony. *Edentulus uescentium dentibus inuidet.*

D. Hieronymus: Cui quæso ut suadeas, ne uescentium dentibus edentulus inuideat, & oculos caprearum talpa contemnat, hoc est, ne quod ipsi non contingit, aliis inuideat.

Expertes inuidentiæ musarum fores.

Ἀφθονοι μουσῶν θύραι.

Id est, Candidæ musarum ianuæ. Dehis dicitatum, qui literaturam suam candidè libenterq; impertiunt aliis, & addocendum prompti propensiq; sunt.

Homerus. *Iactantiæ comes inuidia.*

Qui monebit, ne quis insolentius iactet uel fortunæ munera, uel naturæ dotes, nequando Nemesis exaudiat auferatq;, non intempestiuiter usurpabit illud Homeri:

ἀλλ'

Ἀλλ' ὄφελ' αἰχμὴ ἀέρα δεδῦσθαι ἔχοι ὅπλα δυσθύμῳ.
Possideat tacitus, si qua adsunt numina diuûm.

Turpe silere. Αἰσχρὸν σιωπᾶν. **Aristotel.**

Hoc licebit uti, quoties quis alterius exemplo extimulatur ad studium aut negocium aliquod suscipiendum.

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. **Horatius.**

Vicium illud significat humanis ingeniis insitũ, ut semper alienam sortem magis miretur, suam contemnant ac fastidiant, optant inexperta, experta damnent.

Fertilior seges est in alieno agro. **Ouidius.**

Ouid. Fertilior seges est alieno semper in aruo.
Vicinumq; pecus grandius uber habet.
Persius: Securus & angulus ille Vicini, quia pinguior.
Aul. Gel. Aliena nobis, nostra plus aliis placent. Horat.
Qui fit Mecœnas, ut nemo, quam sibi sortem
Seu ratio dederit, seu sors obiecerit, illa
Contentus uiuat, laudet diuersa sequentes?

Præstat inuidiosum esse. **Herodot.**

Præstat inuidiosum esse, quàm miserabilem. Nam inuidia ferè comes est fœlicitatis, miseratio calamitatis.

IRA.

Lucernam accendere possis. **Theocri.**

Vehementem iram hac hyperbole exaggerauit Theocritus in Thyonicho:

Κἤφατ' ἴτ', ἰυμαρίωσιν ἀπ' αὐτᾶς κ' λύχνον ἅψαις. Id est,
Incaluitq; ira, facilè accendisse lucernam
Ex ipsa ut possis.

In fermento iacere. Ἐν τᾷ ζύμᾳ κεῖσθαι. **Plautus.**

Dicebantur, qui animo essent ægro, quiq; iracundia turgerent Nota translatio. Fermentum enim & acorem habet & tumorem. Vnde & in diuinis literis fermentũ malitiæ rancorisq; significationem habet.

Fluctus mutus. Κῦμα κωφόν.

Fluctum mutum appellabant, qui nondum ẽdebat fragorem, sed iam incipiebat intumescere. Dici potest de

bili

bili hominis quæ nondum erupit in conuicium, sed tacitè inardescit.

Iracundior Adria.

Qui moribus parum est cõmodis, & irritabili ingenio, Adriæ comparatur prouerbio.

Plato. ### *Demissis auriculis.*

Qui deiecto sunt animo, auriculas super humeros habere dicuntur. Plato lib. de Repub. 10. Τὰ ὦτα ἐπὶ τῶν ὤμων ἔχοντες. Id est, Auriculas super humeros habentes, hoc est, animis deiectis & ægris. Sumptum à iumentis, auriũ moribus animi affectum testantibus.

Brutus. ### *Mordere frenum.*

Pro eo quod est, uel leuiter repugnare seruituti. Papinius in diuersum sensum usurpauit, nempe pro eo quod est seruitutem accipere, frenumq; recipere.

Mordere labrum. Ἐσθίειν τὰ χείλη.

Aristoph. Id est, Comedere labra. Vel hodiernis temporibus uulgò dicitur, qui stomachatur animoq; ringitur. Sumptũ ab indignantium gestu.

Tacitè stomachari.

Homerus. In eum qui secum indignatur quadrabit illud Homeri:

Ὅ δ' ἔχωσατο κηρόθι μᾶλλον. Id est,

Illi cor magis, atq; magis succenditur ira.

ITERATIO CITRA TARDIVM.

Bis ac ter quod pulchrum est.

Plato. Δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν.

Id est, Iterum ac tertio quod pulchrum est, subaudi, dicendum est. Vsurpatur à Platone. Cæterùm beneuidetur prouerbio dictum, quod egregiũ sit, id iterum ac tertio in sermone repeti oportere. Lucianꝰ: Nulla facietas rerum honestarum. Omnino eas uis ineſt rebus egregiis, ut quo sæpius ac pressius inspiciantur, hoc magis acmagis placeant.

ITERATVS ERROR.

Ea

Eadem oberrare chorda. Horatius.

A cantoribus ducta translatio est. In eos concinnè dicitur, qui uel in simili re crebrius peccant, uel culpam eandem iterum atq; iterum cõmittunt. Primus enim lapsus uel casui datur, uel imprudentiæ, iteratus stulticiæ tribuitur aut insciriæ.

Iterum eundem ad lapidem offendere. Zenodot.

Δίς πρὸς τὸν αὐτὸν αἰσχρὸν ἐισκρόμ λίθον.

Id est, Iterum ad eundem turpe lapidem impingere. Sapientis haud est, bis in eodem labier.

Vulpes non iterum capitur laqueo.

Ἀλλ' οὐκ ἄυθις ἀλώπηξ πάγαις.

Id est, At non iterum uulpes laqueis, subaudiendum, capitur. Stupidi est hominis in malum gustatum iterum incidere.

Non licet in bello bis peccare.

Ἁμάρτεῖν οὐκ ἔνεστι δὶς ἐν πολέμῳ.

Id est, In bello bis errare non licet. In rebus periculosis non est tutum labi. Nam si semel erretur, actum est de capite, nec est secũdo errori locus. Deliberandum ergo est diu, quicquid statuendum est semel, puta de sacerdotio, de matrimonio, &c.

Venia primum experienti.

Συγνώμη πρωτοπείρῳ. Diogen.

Id est, Venia primum experienti. Ignoscendum his, qui rudes nouo quopiã in negocio incipiũt uersari, si quid per imperitiam peccarint.

Sus in uolutabro cœni. Pet. Apo.

Ὑς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου.

Id est, Sus lota rediit ad uolutabrum luti. Quum quis iterat iam extirpata flagicia. Extat in epistolis Petri.

Canis reuersus ad uomitum. Idem.

Κύων

Κύων ἐπὶ ἴδιον ἔξέραμα.

Id est, Canis ad proprium uomitum. Quadrabit in eos, qui relabuntur in eadem flagicia.

Campan. *Decipienti semel.*

Ioannes Campanus. Decipienti me semel dij malè faxint, faxintque bene si bis idem deceperit. Confine illi: Improbè Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit.

IVDICANDI RECTE, SECVS.

In quinq; iudicum genibus situm est.

Zenodot. Ἐν πέντε κριτῶν γόνασι κεῖται.

In quinque situm genibus iudicum, id est, in alieno arbitrio res est posita. Nam antiquitus quinque iudicibus datum erat negocium, ut de Comicorum fabulis pronunciarent. Quum significamus non esse nostræ facultatis præstare rei exitum, uerùm hunc superis & fortunæ in manu esse. Pindarus: Nũc spes quidem mihi, at in deo situs exitus.

Panidis suffragium. Πανίδου ψῆφος.

In eos torquebatur, qui stultè atq; inerudite iudicarent. Aiunt Panidem hunc Chalcidis regem fuisse, qui Hesiodum Homero prætulerit, perinde quasi dicas: Midæ suffragium. In genere, conueniet in iudicia uulgi, cui fere semper pessima pro optimis placuerunt.

Suidas. *Sus tubam audiuit.* Σάλπιγγος ἤκουσε.

In eos quadrabit, qui res quidem egregias audiunt, uerũ eas neq; intelligunt, neq; mirantur. Aut in eos, qui ijs quæ audiunt, neq; gaudent neq; commouentur.

Quod index auro, id aurum homini.

In saxeis coticulis aurum exploratur, euidens præbens specimẽ. In auro uerò proborũ pariter & improborum ingenium deprehenditur.

Πλοῦτος δὲ βάσανος ἐσὶν ἀνθρώπου τρόπου.

Opes ut index hominis ingenium arguunt.

Lydius

Lydius lapis siue Heracleus lapis. Theophr.

Λίθος ἡρακλεία ἢ λίθος λυδία.

Id est, Lapis Heracleus, siue Lydius lapis. In eos dicitur, qui uehementer acri exactóque iudicio sunt. Adagium accommodari potest uel ad personam, uel ad rem.

Gnomon & regula.

Quod in re quapiam præcipuum, & ad quod unum reliqua omnia conferũtur, regulam & gnomonem prouerbio uocabant. Porrò ad regulam exequãt fabri structuram, iidem utuntur gnomonibus. Constat autem gnomon è duabus lineis rectis, quas utrinq; dimetiens, dissecto quadrangulo constituit.

Emunctæ naris. *Muccosis naribus.* Horatius.

Emunctæ naris dicitur acri exactóq; iudicio, quasi purgatis naribus, muccóq; emunctis. Horatius:

Emunctæ naris, durus componere uersus.

Contrà, obesæ naris dicuntur stupidiores.

Tenedius homo. Τενέδιος ἄνθρωπος. Plutarch.

Dici solitum de homine tetrico formidabilíq; aspectu. Suidas ait regem quempiam Tenedi fuisse, cui nomen Tenes, qui leges tulerit, ut à tergo iudicis starent quispiã securim tenens, uidelicet in hoc paratus, ut qui perperam quid in iudicio dixisset, opinor mendacium aut falsum testimonium, eum protinus securi feriret.

Tenedius patronus. Stephan.

Τενέδιος συνήγορος.

Id est, Tenedius aduocatus. Eodem è fonte profectũ est & hoc, dici solitum de eo, qui compendio causam expedit, litisq; nodum ocyus dissecat. Ductum à Tenedia securi.

Manum ferulæ subduximus. Hierony.

Antiquitus literatores discipulorũ manus ferula cædebant. Vnde manum ferulæ subduxisse dicuntur, qui desierunt in ludo literario uersari, neq; iam ut pueri docendi, sed utcunq; docti sunt.

Nouit quid album, quid nigrum.

Duplicem in sententiam accipi potest. Aut nouit discrimen recti prauiq; aut nouit id quod nemo uel indoctus ignorat. Nam euidentius est albi nigriq; discrimen, quã ut quisquam non uideat. Videtur tractum esse à priscis illis mortalibus, qui duos tantùm naturales colores nouerant, album & nigrum teste Pompeio.

Nouit mala & bona.

Homerus. In eum qui per ætatem usumq; rerum, iam delectum habere potest fugiendorum atq; expetendorum, congruet illud Homeri:

Αὐὴ γὰρ νοέω κὴ οἶδα ἕκαστα,
Εσθλά τε κὴ τὰ χέρεια. Id est,
Iam dudum siquidem nouiq; & sentio cuncta,
Quæ bona quæq; mala.

Purpura iuxta purpuram dijudicanda.

Η πορφύρα πρὸς τὴν πορφύραν διακριτέα.

Id est, Purpura ad purpuram dijudicanda est. Certissimum iudicium ex collatione nascitur. Vnde emptores mercaturi purpuram, ne fallãtur, alteram adhibẽt purpuram.

Alba amussi. Λευκὴ σάθμῃ.

Plato. Hoc est, nullo delectu ac citra discrimen. Effertur & sic In albo lapide alba linea. Dicitur uel in eos, qui nullo sunt iudicio, uel in stupidos, uel in eos, qui incertis probant uel significant incerta. Solet enim funiculus ille minio oblini, quò discrimen faciat. Vnde & rubricã uocauit Persius: At si oculo rubricam dirigat uno.

Nullus delectus.

Aristotel. Aristoteles lib. II. Politico. refert hunc uersiculum.

Ενδ' ἴῃ τιμὴ μὲν κακὸς ἠδὲ κὴ ἐσθλός. Id est,
Par honor ignauoq; uiro, & uirtute ualenti.

Quo licebit uti, si quãdo significabimus nihil esse discriminis inter eruditum & impostorem, inter bene merentem & malè merentem, &c.

Les-

Lesbia regula. Idem.

Dicitur, quoties præposterè non ad rationem factum, sed ratio ad factum accommodatur: & quum lex moribus applicatur, non mores ad legē emendantur: aut quoties princeps se populi moribus accōmodat, quum contrà conueniat plebem ad principis arbitrium uitam instituere, si modò princeps ipse ad honesti regulam ac scopum respiciat.

Nasus. Horatius.

Ipse denique nasus in prouerbium abiit, pro iudicio. Horat. Non quia nullus illis nasus erat.

Faciunt item huc quæ citauimus, partim etiam citabimus alibi.

Auris Batana. *Corum albus.*

Cæci præscriptio. *Censoria uirgula.*

IVVENTA.

Iuuenta uiribus pollet. Homerus.

Ad uires plurimum momēti adfert ætas iuuenilis. Ad id facit illud Homeri:

Καὶ δ' ἔχε κῦδος Ἀθήνη, ὅτε μάλιστ' ἐθέλοιμι.

Flos quoque adest æui, cuius tunc maxima uis est.

Iuuenari. Horatius.

Iuuenari dixit Horatius, quod Græci νεάζειν νεανίζεσθαι, νεανεύεσθαι, pro eo quod est, iuuenum more iactantiùs, inconsideratiùs, inconsultiùs agere: aut si quid aliud ei ætati peculiare uidetur. Quod quò longius traducatur, hoc fuerit uenustius, ut si quis orationem floridam phaleratāq; dicat νεανίζεσθαι. Eiusdem formæ est γυναικίζειν, pro gestu cultuq; repræsentare mulierem.

IVSTICIA.

Iustitia in se uirtutem complectitur omnem. Aristotel.

Ἐν ᾗ δικαιοσύνη συλλήβδην πᾶσ' ἀρετὴ ἔστιν.

Id est, Iustitia in se uirtutem complectitur omnem.

Homines frugi omnia rectè faciunt. Cicero.

M. Tullius lib. *Tusculan.* 4. Frugalitatis nomen tanquam ad caput referre uolumus, quòd nisi eo nomine uirtutes continerentur, nunquam illud tam peruulgatum esset, ut iam prouerbij locũ obtineret, Homines frugi omnia rectè facere.

Aristotel. *Exigua res est ipsa iustitia.*

Quo prouerbio significabant, non multum adferre momenti si probus fis, nisi talis etiam habearis: & opinionẽ longè plus ualere, quàm ipsam rem.

Trutina iustius. Δικαιότερον ζυγάνης.

Id est, Iustius trutina. De ijs, q insigni, incorrupta'q; sunt æquitate. Est autem id libræ genus, quo uel minutissimum ponderis momentum sentitur dignoscitur'q;. Latini quoq; exactam æqualitatem æquilibrium appellãt. Vnde & æqua lance dicitur.

Suidas. *Iustitiæ oculus.* Δίκης ὀφθαλμός.

Dicitur syncerus & incorruptus iudex, aut ipsum etiam iudicium. Adagij meminit Suidas.

Iustitia iustior. Δίκης δικαιότερος.

De uehementer integris & incorruptis.

Maras. Μάρας.

Hoc nomine ferunt fuisse quempiam apud Beroeam Syriæ ciuitatem, ditissimum quidem illum, uerùm nihilominus humanum & officiosum in omnes, tum ciues, tum hospites. Vnde & uulgò receptum, ut id uocabuli tribueretur uiris, qui ad multorum utilitatem nati uiderentur.

Suidas. *Bocchyris.* Βάκχυρις, siue Βώκχυρις.

Rex quidã fuit Aegyptiorum, adeò notæ & incorruptæ in iudicandis litibus iustitiæ, ut uulgò si quem magnopere iustum & integrum significare uellent, Bocchirim appellarent. Dici potest & de ijs, qui non temerè de re quapiam pronunciant.

Rhadamantheum iudicium.

Ραδα-

ῥαδαμάνθυος κρίσις.

De incorrupte iudicantibus.

Orphica uita. Ὀρφικὸν βίον.

Id est, Orphicam uitam Plato dixit uitam innoxiam, & à luxu sanguinolentis q; dapibus puram. Plato.

Virtus simplex. Aristotel.

Aristotel. Ἐσθλοὶ μὲν γὰρ ἁπλῶς πανταχοῦ λίγ' ἀγαθοί. Id est, Est simplex uirtus, omnigenum uicium. Facile enim est à scopo aberrare, sed scopum attingere difficile.

Eadem pensari trutina. Horatius.

Id est, Eadem lege. Horatius in sermon. Hac lege in trutina ponetur eadem. Persius: Examen q; improbum in illa Castiges trutina. Huic similimum est, Aequali trutina, siue æqua lance, quòd pari iure sit citra personarum respectum.

Rhamnusius. Ῥαμνούσιος. Eudemus.

Id cognominis olim, ceu prouerbio additum sapientibus ac moderatis uiris. Vel ab eius gentis moribus ductum uel à dea Rhamnusia, quæ modum in omni negocio docet adhibendam.

Prienensis iustitia. Πριηνὼν δίκη. Strabo.

Quum significamus aliquem in iudicando plurimũ excellere. A Biante Prienensi sumptum, cuius integritas in iudicandis causis in prouerbium abiit.

Rectam ingredi uiam.

Τὴν ὀρθὴν βαδίζειν ὁδόν. Aristotel.

Rectam ambulare uiam dicitur, qui nusquam deflectit ab honesto, Huic similimum est: Rectam instas uiam, id est, rem acu tetigisti.

Dum clauum rectum teneam. Quintil.

Id est, Dum meo fungar officio. Significat non imputandum euentum parum prosperum artifici, modò is præstiterit quod artis est. Nam & gubernator, inquiens Quintilianus, uult salua naue in portum peruenire, si

tamen tempestate fuerit abreptus, non ideo minus erit gubernator, dicétque notum illud: Dum clauum rectum teneam

Plutarch. *Ad amussim applica lapidem, non ad lapidem amussim.*

πρὸς σάθμην πέτρον τίθεσθαι, μὴ τὴν πρὸς τὸν σάθμωνα.

Id est, Lapis amussi est applicandus, non amussis ad petram. Admonet uitam ad leges esse corrigendam, &c.

Ne moueto lineam. Μὴ κίνει γραμμήν.

Id est, Ne moue lineam. Id translatum à more ueterum, qui metam ducta linea signabant, in qua præmium propositum erat quod auferret uictor. Significat autem nõ esse mutandas leges, neque prætereundos fines rerum præscriptos.

Ex æquo partire. Ἐξ ἴσου λαῖδα πᾶσιν.

Id est, Ex æquo da omnibus. Translatum ab iis, qui conuiuium aut hæreditatem partiuntur. Quadrabit in iudicem aut principẽ, quem oportet æquabile ius reddere.

Plutarch. *Aequalitas haud parit bellum.*

ἴσα πόλεμον οὐ ποιεῖ.

Id est, Aequalitas bellum haud parit. Aequalitas continetur concordia. Inæqualitas discordiarum est mater.

Quæ non posuisti, ne tollas.

Plato. Ἃ μὴ κατέθου, μὴ ἀνέλου.

Id est, Quæ non deposuisti, ne sustollas. Laërtius refert inter Solonis leges, sentiens opinor de terminis agrorum non mouendis, quos maiores fixissent. Conueniet in furaces, & in eos qui repetunt quod non crediderunt. Item qui sibi postulant acceptum ferri, quod non præstiterunt.

Homerus. *A sacris abstinendæ manus.*

Vulgò quoq; creditum est, fatum instare ei, qui sacris rebus

but ac deo dicatis manus iniecerit. Vnde Homerus:

Cum diuo certare uiro simulatq; cupit quis,
Cuiq; de⁹ bene uult, malis huic breui imminet ingēs.

Nemo quenquam ire prohibet publica uia. Plautus.

Quo significant rerum communium æqualem omnibus usum esse, neque cuiquam uertendum uicio, quod ius publicum concedet.

Zaleuci lex. Ζαλεύκου νόμος. Val. Max.

Deedicto mandato q; plus satis rigido parumq; humano dicebatur. Zaleucus quidam Locrensibus leges tulit acerbiores. Non dissimile illis: Manliana imperia, & Phalaridis imperium. Quum filius Zaleuci secundum ius ab eo constitutum, ob crimen adulterij utroq; oculo carere deberet, ac tota ciuitas in honorē pœnā adolescenti remitteret, repugnauit aliquandiu: postremò populi iustus precibus, suo prius, deinde filij oculo eruto, salua lege, supplicij modum temperauit.

Dat ueniam coruis, uexat censura columbas. Iuuenal.

Pœna legum exercetur in humiles quospiam, rapacibus ignoscitur. Plutarchus in uita Solonis leges aranearum telis adsimiles dicebat, propterea quòd in illas si quid leuius aut imbecillum incurrerit, hæret: si quid maius aliqd, dissecat ac fugit. Terentius in Phor.

Qui non rete accipitri tenditur, neq; miluio.
Qui malè facit nobis: illis qui nihil facit tenditur.
Quia quum in his fructus est, in illis opera luditur.

Vrbanus nihil æqui cogitat.

Οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον ἀνὴρ ἄστικός.

Id est, Vrbanus æqui nihil, boniue cogitat. Admonet rusticanam uitam innocentiorem esse, ut quæ sola cum solis habeat commercia terris. Contrà qui degunt in urbibus, propter contagia negociorum & hominum, astutiores euadere. Potest huc accōmodari paroemia, quòd eximiæ morum ciuilitati & urbanæ blanditoquentiæ, ferè comes esse solet astutia. Cōtrà qui moribus sunt agrestibus, iis plerunq; fides est certior.

Homerus. *Quod alijs uicio uertas, ipse ne feceris.*

Quod damnaturus sis in alijs, in te ne admiseris. Ad id facit illud Homeri:

Imò adeò si quisquam alius patrare pararet
Tale aliquid, damnaretis uicioq; daretis.

LACESSENTIS.

Diogeni. *Arietem emittit.* Ἀρνα προβάλλ.

Id est, Arietem obijcit. In rixæ pugnæq; cupidum dicebatur. Antiquitus enim bellum susceпturi, fœcialem mittebant, qui arietem adductum in hostiũ fines immitteret, hoc significans pacto, ciuitatem & agros illorum hostibus compascuos fore.

Cominus atq; eminus. Ἐγγόθι καὶ πόῤῥωθεμ.

Translatum à bello, in quo nunc conserti pugnant gladijs, nunc machinis procul tela in hostem torquẽtes. Id si ad animi res transferatur, fiet uenustius. Cum hominibus habenda pax, cæterùm cum uicijs cominus atq; eminus pugnandum.

Ad pila ubi uentum.

Quum de propinquo res geritur, ad pila uẽtum dicitur. Pilum autem est genus hastæ Romanæ breuius.

Terentius *Non ut prior lædam, sed ut iniuriam retaliem.*

Sed iam datum malo retaliem malum. Conuenit cum illo Terentiano: Sic existimet, responsum non dictum esse.

Plutarch. *Nunquam enim meos boues abegerũt, nec equos.*

Οὐ γὰρ πώποτ' ἐμὰς βοῦς ἤλασαν, οὐδὲ μοὶ ἵππους.

Id est. Non enim equos unquam mihi subduxere boues. Nunquam me læserunt aut adfecerunt iniuria. Quum negamus nobis esse causam, cur illum aut illum odisse debeamus.

Homerus. *Omni conatu inuadere.*

Si quem significabimus totis uiribus tendere in quem-

piam

piam oppugnandum, conuenit illud Homeri.

Αἰνείας δ' ἐπόρουσε σὺν ἀσπίδι δεξιτερῇφι μακρῇ.

Obuius Aeneas, clypeoq; insurgit & hasta.

Pugnis & calcibus. πυξὶ καὶ λάξ. Tullius.

Pro eo quod est, omni contumeliæ genere, totisq; uiribus.

Irritare crabrones. Plautus.

Id dictum est à Plauto in Amph. in mulierum ingenium, quibus iratis si repugnes, magis prouoces, neq; sine tuo malo discedas.

Refricare cicatricem.

Quum dolor temporum spacio iam mitior renouatur reficiari cicatrix dicitur. Dicimus & refricare dolorem, & refricare memoriam, & suffricare memoriam, pro eo quod est, leuiter reuocare, sed in malam ferè partem.

Tangere hulcus. Κινῆν θίγειν τὸ ἕλκος. Terẽtius.

Id est, Mouere seu tangere hulcus. Est mouere dolorem, cuiusq; rei facere mentionẽ, quæ nos magnopere urat. Terentius: Quid minus necesse fuit, quàm hoc hulcus tangere?

Vnguis in hulcere. Cicero.

Cicero in Clodium, qui populum famẽ iam exasperatum cõcionibus insuper seditiosis in rabiem agebat. Vt tu, inquit, in hoc hulcere tanquam unguis existeres.

Vt lupus ouem. Ὡς λύκος ἄρνα φιλεῖ. Plato.

Id est, Vt lupus ouem amat. Qui sui commodi gratia simulat amorem.

Ignem gladio ne fodito.

πῦρ σιδήρῳ μὴ σκαλεύειν. Plutarch.

Hoc est, Iram percitum ne lacessas, quin magis concedere conuenit, & blandis uerbis tumidum animum placare.

Temulentus dormiens non excitandus.

Sopitum ebrium non oportere excitari somno. Simillimum est autem illi: Malum bene conditum ne moueas.

Non est refricandum odium, cui iam tempus induxit oblivionem. Non est renouandum animi uulnus, cui iam obduci cicatrix cœpit.

Diogeni. *Thunnissare.* Θυννίζειν.

Græci transferunt pro stimulare, pungereq; uel quòd hic piscis q̃ sit palato gratior, pungi soleat: uel quòd ipse piscis adurat pungaturq; contactu.

LAETICIA, TRISTICIA.

Zenodo. *Irrisibilis lapis.* Ἀγέλαστος πέτρα.

Id est, Irrisibile saxum. De re uehementer acerba, tristiq;. Quadrabit in seueros ac tetricos, quosque uocant ἀγελάστους.

Sinapi uictitare.

Plautus. Tristes ac supra modum tetrici, sinapi uictitare dicuntur, quod hodieq; uulgò tritum est. Plautus: Si ecastor hic homo sinapi uictitet, Non censeam tam esse tristem posse.

Animum habitat in auribus.

Herodot. Veteres animo sedem in oculis dedere, plerique in corde, At Herodotus docet animum habitare in auribus, quòd qui bene audiunt, uoluptate afficiantur: qui secus, exacerbentur. Optimor hunc esse sensum adagij, quòd ex his quæ audimus maximè placatur aut irritatur animus.

In antro Trophonij uaticinatus est.

Ἐμ Τροφωνίου μεμάντευται. Id est.

In Trophonij antro uaticinatus est. De homine uehementer tristi tetricoq;. propterea quòd olim creditum est eum, qui in Trophonij specum descendisset, postea nunquam ridere.

Harmodij cantilena. Ἁρμοδίου μέλος.

Suidas. Id est, Harmodij cantio. De lugubribus ac tristibus dicebatur. Simillimum illi, Admeti melos.

Idem. *Argiuos uides.*

Ἀργείους ὁρᾷς.

Id est.

Id est, Stupentibus & attonitis oculis. Sumptum opinor ab Oreste furijs agitato.

Admeti nænia. Ἀδμήτου μέλος.

De tristi lugubrique cantione. Accõmodari potest ad oratione querulam ac miserabilem. Admetus rex fuit Phærorum, qui defuncta uxore stridulas quasdam ac lugubres nęnias decantabat assiduè, donec mota Proserpina remisit Alcestidem eius uxorem.

Arctum anulum ne gestato. Pythag.

Μὴ φορεῖν σενὸν δακτύλιον.

Hoc est, Ne uiueris anxiè: & ne temeti in seruitutem conficias, aut in eiusmodi uitæ institutum, unde te non queas extricare.

Cor ne edito. Μὴ ἐσθίειν τὴν καρδίαν. Idem.

Hoc est, Ne curis tuum ipsius animum excrucies, aut ne solicitudinibus uitam reddas breuiorem.

Mutare uestem.

Mutare uestem à M. Tullio dicuntur, qui lugent mortuum, aut sunt rei. Cicero.

Ne si ad Iouis quidem aulam. Sophocl.

Qui metuunt malum, ad asylum, ad aram, ad arcem, ad columnas principis, ad diuorum phana tanquam tutissimum refugium confugiunt.

Sustollere manus.

Qui uehementer gaudent, quasi res diuinitus geratur ex animi sententia, sustollere manus dicuntur. Cicero.

Canere de Telamone. Ἆσαι τὰ τελαμῶνος.

Id est, Canere cantionem Telamonis. De querulo sermone dictum prouerbium, quòd Telamon impotentius fleuerit, Aiacem filium perijsse apud Troiam.

Lityersam cantionem canis. Theocri.

Λιτύερσαν ᾠδὴν ᾄδεις.

Lityerses nothus erat Mydę regis. Hic instituit ut in honorem

norem Mydæ Thericos, id est, æstiuus aut messorius hymnus caneretur, unde dictum prouerbium, ut qui non ex animo canerent, aut qui coacti canerent, hi Lityersam cantionem canere dicerentur.

Tragicum tueri. Τραγῳδικὸν βλέπειν.

Quadrabit uel in fastuosos, uel in tristes ac luctuosos.

Aristoph. *Tauricum tueri.* Βλέπειν ταυρικὸν.

Id est, Tueri taurinè, pro eo quod est, torue. Plato demonstrat hunc Socrati fuisse morem, taurinis oculis obtueri.

Atrei oculi. Ἀτρέως ὄμματα.

De toruo, truculentoq; aspectu dicebatur. His enim oculis in Tragœdijs inducebatur Atreus, &c.

Lucianus. *Titanicus aspectus.* Τιτανώδεις βλέπειν.

Id est, Titanicum intueri, hoc est, uultu Titanico obtueri. Titanicum autem toruum uocant, ac tetricum, ac cuiusmodi fuisse feruntur ueteres illi Titanes.

Cepas edere, aut olfacere. Κρόμμυα ἐσθίειν.

Id est, Cepas edere. Dicebantur ioco prouerbiali qui lachrymari uiderentur. Ductum est hinc prouerbiũ, quod ceparum odor, ut est acris, consueuerit lachrymas oculis excutere.

Eudemus. *Superatus es à gallo quopiam.* Ἡττήθης τινὸς ἀλεκτρυόνος.

Locus prouerbialis in seruos, qui dominos à tergo sequũtur, supplices uidelicet & abiecti, cuiusmodi solent esse galli superati in pugna. Nam hæc auis uicta, silere solet: canere, si ulcisset.

Aristoph. *Tristis scytale.* Ἀχνυμένη σκυτάλη.

De re tristi seriaq; dicebatur, aut de nuncio, qui dolorem adferret.

Areopagita. Ἀρεοπαγίτης.

De triſti, seuero q; dicebatur, aut etiam de iudice uehementer incorrupto. Athenis summa erat Areopagitarum

rum autoritas: hi erant iudices, qui de capitalibus causis pronunciabant.

Ne sis patruus mihi. *Sapere patruos.*

Patruorum in nepotes ceu peculiaris genuinaq; seueritas, prouerbio locum fecit. Horatius: *Metuentis patruæ uerbera linguæ.* Patruam linguam uocat seueram, & obiurgatricem. Ad hanc formam pertinet illud Persianum: Quum sapimus patruos, id est, postquam abiectis puerilibus nugamentis seueros mores induimus. Idem dixit: Ne sis mihi tutor, id est, ne mihi præscribas atq; imperes Persius.

Frontem exporrigere. *Frontem contrahere.* Plinius.

Frontem explicare, quum hilarescimus: contrahere, quũ ringimur, hoc est, ubi quid molestũ est, dicimur. Horat. Deme supercilio nubem. Exporrecta fronte, hilariter. Obducta fronte, corrugata fronte, contracta fronte, caperata fronte. Plaut. Caperata frons seueritudine. Et nubila frons, serena frons, explicata frons.

Magis gaudet eo, qui senectam exuit. Aristoph.

Γέγηθε, μᾶλλον ἢ τὸ γῆρας ἐκδύς.

Id est, Gaudet magis, quàm qui senectam exuit. De uehementer hilari, ac gestienti gaudio. Ductum est à serpentibus & cicadis, statis temporibus exuunt senectutem, ac ueluti renascuntur.

Contrahere supercilium. *Inflare buccas.* Suidas.

Ὀφρῦς ἀναστῶντες Ⓒ γναθους φυσῶντες.

Id est, Adductis supercilijs, et inflatis buccis. In fastuosos ac turgidos dictum, siquidem in supercilijs arrogantiæ sedes. Horatius inflatas buccas ad iracundiæ retulit argumentum: Quin Iuppiter ambas iratus buccas inflet. Traductum à ranis, quæ per iram inflantur.

Sanguine flere. Αἱματι κλαίειν.

Prouerbialis hyperbole, significans nihil non fieri, quo inflectatur aliquis. Sic enim antiquitus loquebantur, Haud flectes illum, ne si sanguine quidem fleueris.

Lapi-

Lapides flere.

De re uehementer miseranda, prouerbiali hyperbole dici solet, eam esse tam lamētabilem, ut uel lapides coganter ad fletum.

Aristoph. *Erimnys ex tragœdia.*

Ἐριννὺς ἐκ τραγῳδίας. De fœdis aniculis. Sumptum ex Aristophanis Pluto. dictum de Penia.

Sarone magis nauticus. Σάρωνος ναυτικώτερος.

Aiunt hunc fuisse deum quendam nauticum: Vnde & Saronico mari cognomen inditum. Congruet in horrido cultu hominē, & moribus feris: quod genus nautas plerosq; uidemus esse Aut in negociatorem per omnia maria uolitantem.

LANGVOR, VEHEMENTIA.

Plato. *Oestro percitus.* Οἴστρῳ πεπληγείς.

Id est, Ingēti animi cupiditate cōmotus, ac uelut attonitus. Oestrum enim insecti genus, horrēdo strepitu, unde & nomen inditum apud Græcos. Nam Latini asylum appellant: Hoc addito, Iuno uaccam Io in furorē egit. Vnde poëtę diuinq; correpti furore, œstro cōciti dicuntur.

Pyrrhichen oculis præ se ferens.

Πυῤῥίχην ὄμμασι βλέπειν.

Id est, Tumultum ac bellum uultu præ se ferre. Inde dictum, & pyrriche saltationis genus est, quod ab armatis pueris peragebatur. In ea belli imago repręsentabatur, impetus & ardor adorientiū, & celeritas fugientium.

Πυῤῥίχην χίζειν.

Si quis tumultuantem & ira excandescentem dicat πυῤῥίχην χίζειν, non carebit prouerbij specie.

Aristoph. *Martem tueri.*

Simili tropo dicitur apud Aristophanem ἄρεα βλέπειν, protoruē tueri.

Quintil. *Manum habere sub pallio.*

Dicuntur, qui languent ocio. Sumptum à gestu Rhetorum

tum. Nam qui languent, manum occultant sub pallio, qui commoti sunt, proferunt.

Non contis aut ramulis. Ammian.

Ammianus libro XV. De Antonio quodam ad honorem mensæ regalis apud Persas euecto, & ad ius ferendæ sententiæ admisso, non contis, inquit, aut ramulis, ut aiunt, id est, non flexiloquis ambagibus, uel obscuris, sed uelificatione plena in Rempublicam ferebatur. Quanquam pro Ramulo legendum arbitror Remulo.

LAVTICIAE.

Iouis cerebrum. Διὸς ἐγκέφαλος. Zenodot.

Et regis cerebrum. De cibo uehementer opiparo ac suaui. Aut de molliter delicateq; uiuentibus. Clearchus apud Zenodotū scribit opiparas epulas, apud Persas, Iouis ac regis cerebrum appellari. Athenæus Iouis cerebrū inter secundæ mensæ delicias annumerat.

Nectaris flos. Veneris lac. Halenæ cibi. Athenæus.

Ephippus apud Athenæum cibum prælautum, νέκταρος ἄνθος, id est, nectaris florem: atq; alibi uinum, τῆς ἀφροδίτης γάλα, id est, Veneris lac, ab Aristophane nominatum docet. Rursum alio in loco suaues cibos τῶν ἑλένης βρώματα, id est, Helenæ cibos dictos indicat.

Iouis lac. Διὸς γάλα. Plinius.

Quod insigniter esset lautum in cibis, Iouis lac ueteres appellabant. Euripides apud Athenæum, καὶ τυρὸς ὀπίας ἰσὶ κ, Διὸς γάλα. i. Est succulentus, caseusq; & lac Iouis.

Deorum cibus. Θεῶν τροφή.

De prælauris epulis dicebatur, propterea quòd Homerus finxit deos nectare atque ambrosia uictitare, nec ob id unquam senescere.

Attica bellaria. πέμματα ἀττικά. Plato.

De lauticijs & cupedijs. Transferri potest ad rem quancunq; maiorem in modum suauem ac iucundam.

Herculana balnea. Ἡρακλεια λουτρά.

Dein-

De impendio feruentibus balneis dicebatur, quales legimus & thermas Neronianas.

Ὑπερμαζᾶν.

Μάζα Græcis genus est cibi è simila tritici, quod (ut apparet) in deliciis erat: Vnde uulgari ioco dicebatur ὑπερμαζᾶν, pro opiparè splendideq; uiuere, siue ob egregias mazas, siue quod aliquid his etiam lautius sumerent.

Μαζυρᾶν.

Dicebatur in eos, qui suauiter uiuerent. Μαζύα cibi genus est, primum à Thessalis repertum.

De lauticijs.

Homerus. De cibis prælautis quadrabit illud Odysseæ. III.

Οἷα περ οἷά ἐδ᾽ ἐστι διοτρεφέες βασιλῆες.

Qualia purpurei comedunt opsonia reges.

Venustius fiet, si trahatur ad orationem supra modum elegantem.

Mellis medulla. Μέλιτος μυελός.

De re maiorem in modum suaui dicebatur. Vnde & illa passim obuia in medullis, & medullitus amara.

Socrates. *Optimum condimentum fames.*

Irridebat Socrates hoc dicto luxum Athenienſium: qui uarijs cupedijs, & operosis condituris conarentur efficere, ut cibus saperet palato, quum id optimè præstet fames.

Aristoph. *Afra auis.* Λυβικὸν ὄρνεον.

Id est, Lybica auis. Horatius de prælatura usurpauit:

Non Afra auis descendat in uentrem meum
Iucundior, quem lecta de pinguissimis
Oliua ramis arborum.

Nam gallinas prægrandes olim mittebat Africa. Nõ inepte iactetur in hominem peregrino cultu notabilem.

Anima & uita. Ζωὴ καὶ ψυχή.

Id est, Anima & uita. De re supra modum suaui. Prouerbium natum in cubilibus, atque inde deductum in com-

mu-

munem sermonem. Nihil autem est uita nec̃ iucundius, nec̃ charius.

Coturnissare. Κιχλίζειν

Prouerbio dicebantur, qui pinguibus coturnicibus aut turdis uescerentur, aut qui riderent lasciuè parumq̃ decorè. Quadrabit igitur uel in liguritores & cupediis ad dictos, uel in lasciuius ludentes: Sturni nihil non imitantur, & turdus à Plinio recensetur inter aues, quæ sermonem humanum imitantur.

Dubia cœna. Terẽtius.

Dubiam cœnam opiparam, uariisq̃ instructam ferculis appellabant. Phormio apud Terentium: Cœna dubia apponitur. Et dubia cœna possit intelligi, quæ non careat suspicione ueneni. Horatius:

Vides ut pallidus omnis Cœna desurgat dubia.

Cœna popularis. Plautus.

Plautus cœnam popularem appellat, magnificam, egregiecq̃ lautam, atq̃ adeò gratuitam quoq̃, quales solent exhiberi populo.

In leporinis. Ἐμλαγώοις.

Id est, In leporinis carnibus uiuere dicebãtur, qui lautè atq̃ in deliciis uitam agebant. Nam leporina olim in deliciis habita.

Lydorum carycæ.

Λυδῶν κάρυκας.

Id est, Lydorum carycas, antiquitus appellabant quicquid esset opiparum & uariis conditum cupediis. Nam caryca cibi genus est Lydii, ex multijugis lauticiis apparatum, & sanguine confectum. Efferunt adagium integrè ad hunc modum: Nec Lydorum carycas nec flagrorum strepitus, subaudiendum, uolo. Id est, Nec blandimenta uolo, nec conuicia.

Qui possim ab hoc epulo abesse? Plato.

Plato in Phœdro: πῶς γὰρ οἷός τε εἴην τοιαύτης δαίτης ἀπέχεσθαι. Id est, qui possum ab hoc epulo abstinere? de re ue-

hementer suaui, atq; expetenda, quod genus est festiuissimum aliquod conuiuium.

Thasium infundis. Θάσιον χέεις.

Id est, Thasium miscuisti: Dici solitum uidetur, ubi quis uinum non aqua, sed alio quopiam efficaciore uino diluueret. Nam Thasia uina laudatissima quondam fuerũt. Plinius inter transmarina uina Thasium, Chiumq; in summa gloria fuisse scribit.

LIBENTER.

Accipit & glebam erro.

Δέχεται καὶ βῶλον ἁλῶσας.

Dici solitum in eos, qui nihil grauantur, aut aspernantur, sed quicquid datur, quantumlibet pusillum, id boni consulunt. Originem adagionis ad huiusmodi casum referunt. Aletes quidam Corintho pulsus, adhortante oraculo tentauit, si posset in patriam redire. At interim rustico cuipiam factus obuius, cibum mendicauit. Ille ludibrij opinor causa, glebam ex agro sublatam porrexit. Aletes eam, tanquam fœlix omen accipiens, effatus est: Accipit & glebam erro.

Quintil. *Obuijs ulnis.*

Apud Quintilianum, pro eo quod est auidè, sitienterq; Translatum ab ijs, qui porrectis ulnis properant in complexum eorum, quorum magno desiderio tenebantur, quosq; cupidissimè conspiciunt. Legimus & obuijs manibus, Ambabus manibus.

LIBERALITAS.

Cicero. *Plena manu.*

Plena manu, pro eo quod est ampliter, copiosè, prolixè, minimeq; malignè. Trãslatum ab ijs, qui non minutim ac parcè, sed plena manu largiuntur. Cicero ad Atti. lib. 2. At hercle alter familiaris tuus Horatius, quàm plena manu, quàm ornatè nostras laudes in astra sustulit. Fit lepidius, quò magis ad animi res transfertur.

Plato. *Quod rectè datum est.*

Plato

Plato in Philebo ostendit prouerbiũ à pueris usurpatũ, non oportere reposci, quod semel datum est: Ημεῖς δὲ δὴ λέγομεν, καθάπερ οἱ παῖδες, ὅτι τῶν ὀρθῶς δοθέντων ἀφαίρεσις οὐκ ἔστι. Id est, Nos autẽ dicimus id quod solent pueri, quæ rectè data sunt, non licere rursus eripi. Simile quiddam & hodie iactatur inter pueros, ubi quis quod dedit reposcit. Adeò dicta huiusmodi per tot secula, perq; tot nationes ad nos usq; demanarunt.

Pleno modio. Tullius.

Antè dictum est nobis plena manu fieri, quod largiter minimèq; malignè dicitur. M. Tul. ad Attic. lib. epistola 1. similima figura dixit, pleno modio. Si illa iam habent pleno modio, uerborum honorem, imitationem crebram, &c. Nam antea dixerat se publicanorum usuram affatim laudasse.

Pingui mensura. Theocri.

πίονι μέτρῳ, id est, pingui mensura, dixit Theocrit. in Thalysio. pro eo quod erat affatim & largiter.

Μάλα γὰρ ὄφρα τοῖσι πίονι μέτρῳ
Ἀδαίμων ἐυκρίβοισ ἀνεπλήρωσεν ἀλωάς. Id est,
Illis fortunante Deo bona copia frugum
Arearum campos mensura impleuit opima.

Bis dat, qui cito dat.

Seneca: Bis dat, qui cito dat. Item lib. de Beneficijs II. Ingratum est beneficium, quod diu inter manus dantis hæsit. Monet haud cunctanter opitulandum amicis, quum opus est, sed ultrò non expectatis precibus deferendum officium. Tardum beneficium ingratum est. Euripides: Seneca.

Odi equidem amicis serius succurrere.
Bis est gratum, quod opus est, ulto si offeras.
Beneficium inopi bis dat, qui dat celeriter.

Ambabus manibus haurire.

Αντλεῖν ἀμφοτέραις.

Id est, Haurire ambabus, subaudi, manibus. De his dici consueuit, qui summo conatu quippiam agunt. Huic cõ fine est:

Οἶδ' ἐπὶ δεξιὰ, ἐπ' ἀριστερὰ νωμᾶσαι βῶν.

Noui equidem clypeum dextra, læuaq; mouere.

Inuenitur & illud: Ambabus manibus largiens, id est, abfatim & prodigè, aut etiam perbenignè.

Ipso horreo.

Quod prolixè & affatim datur, ipso horreo dari dicitur, quemadmodum ipso canistro, propterea quòd ex horreo plenius depromitur, quàm è chœnice. *Simile illi,* E dolio hauris.

Ausonius

Promus magis, quàm condus.

Ausonius torquet in quendam profusiorem, qui parta prodigere nosset, quærere, aut quæsita seruare non nosset. *Sumpta metaphora à rei familiaris dispensatoribus, maxime'que penuariæ, quos Græci* ταμίας *uocant.*

Larus in paludibus. Λάρος ἐν ἕλεσι.

Suidas.

Id est, Larus in paludibus. Suidas scribit dictitatum de his, qui faciles sunt ad dandum. Ductum à Laro aue. Ea quoniam facilè decipitur, illiciturq;, proinde prouerbio locum fecit.

Bona Porsenæ.

Liuius.

Bona Porsenæ dicebantur, quæ uelut ab hostibus erepta paruo ueneunti. Eam appellationem Liuius scribit ad suam usq; ætatem durasse, putatq; inde natam, quòdm bello soleant bona Porsenæ uenire Romæ, eaq; consuetudo una cum titulo perseuerarit & in pace.

De alieno liberalis.

Homerus.

De alieno facilè largimur, de nostris non item. Homer.

Ἐπεὶ οὔτις ἐπίσχεσις, οὐδ' ἀλεωτὺς
Ἀλλοτρίων χαρίσασθαι. Id est,
Nam res largiri alienas
Haud res ulla uetat, neq; enim piget.

Lucianus.

Communis Mercurius. Κοινὸς ὁ Ἑρμῆς.

Quidam hinc natam paroemiã arbitrantur, quòd Mercurius ut est futurorum autor ac repertor, primus ostendit, quæ furto parta sunt, ea in medium communiter opor-

oportere deponere. Alij malũt huc referre, quòd Mercurius sit orationis autor, per quam inter homines omnes commercij genus constat, unde & medius inter superos atq; inferos à poëtis fingitur, pariter superis deorũ gratus & imis, quòd sermo animi interpres, summos cũ infimis, reges cum plebe conciliet.

LIBERTAS, VERITAS.

De plaustro loqui. Lucianus.

Veteres Comœdiæ in plaustris agebantur à iuuenibus, ore fece collito, ne possint agnosci, qui magna licentia obuium quenq; non solum ciuium primates, sed & deos ipsos taxabant. Inde natum adagium: ὡς ἐξ ἁμάξης λαλᾶν. Id est, Tanquam è plaustro loqui. De his, qui palàm ac liberè conuiciantur.

Iubentis apertè loqui. Homerus.

Si quem admonebimus ut proferat doloris aut odij causas, neq; cælet in animo, non illepidè dixerimus illud Homeri Iliad. A.

Ἐξαύδα μὴ κεῦθε νόῳ, ἵνα τὼ δομεν ἄμφω. Id est,
Eloquitor, nec cælato, quò norimus ambo.

Obsequium amicos, ueritas odium parit. Terentius

Ter. in And. Vulgaris enim amicitia constat obsequijs. Nam inuicem conniuere ad familiarium uicia, hæc res & iungit, iunctos & seruat amicos. At inter ueros amicos, nihil est ueritate iucundius, modò absit asperitas agrestis & inconcinna, grauisq;. *in And. 1.1.*

Byzeni libertas. Βυζηνὼν παῤῥησία.

Id est, Byzeni libertas. Vbi quis audacius, liberiusq; loquitur. A Byzeno quodam Neptuni filio, cui mos fuerit mira in dicendo libertate uti.

Asseuerantius dicere. Homerus.

Audacius quippiam & asseuerantius dicturi, quod nobis tamen ita uideatur, adducemus illum Homeri uersum, quo Helena utitur de Telemacho:

Ψεύσομαι, ἢ ἔτυμον ἐρέω, κίλτα δὲ μοι δυμὸς. Id est,

Mentiar aut uerum dicam, mens attamen ipsa
Imperatur dicam.

Non possum non dicere.

Idem. Vbi quis negat se reticere posse, quod habet in animo, si
struiter accommodabit illud Homeri Odyss. Z.

Εὐξάμενός τι ἔπος ἐρέω, οἶνος γὰρ ἀνώγει πάλιν. Id est,
Dicam equidem quiddam iactantius, urget enim me
Vinum amens.

Suidas. *Et fama fuit & erat.*

Ἦ μὴν κλέος, ἦ δὲ καὶ ἦεν ὀδή.

Id est, Et dicebaris eras q. Quoties facta respondent opi
nioni.

Cicero. *Aperto pectore.*

Pro eo quod est, uehementer ex animo citra q fucum,
quasi renudatis animi penetralibus.

Homerus. *Aperte, simpliciter q loqui.*

Quum citra ambages nos loqui significamus, cõueniet
illud Homeri ex Odyss. λ.

Οὐκ ἄρ' ἔγωγε ἀλλὰ παρὲξ εἶπόμι παρακλιδόν, ὄφρ'
ἀπατήσω. Id est,
Non fucis tegentissimulans decepero fictis.

Diogeni. *Veritatis simplex oratio.*

*Simplex illa rusticana q ueritas, negligit orationis fu
cos. Conueniet in eos, qui perplexè loquuntur, dum ue
rum dissimulant. Terentius:*

Pergin' scelesta mecum perplexè loqui?
Scio, nescio, abiit, audiui, ego non adfui.
Non tu isthuc mihi dictura aperte es, quicquid est?

Ad cribrum dicta. Τὰ πρὸς κόσκινον.

Quæ uera, comperta q uideri uellent, ad hunc appella
bant modum. Sumptũ à diuinationis genere, quod pera
gebatur suspenso circumacto q cribro.

Zenodot. *Curetum os.* Κουρήτων στόμα.

Dici solitum, si quando quis numine afflatus loqui uide
retur, propterea quòd Curetes Cybeles comites, furore

quo-

quodam sacro perciti, diuinare uiderentur.

Quod in corde sobrij, id in lingua ebrij.

Τὸ γὰρ τῇ καρδίᾳ τὶς νήφοντος, ἐπὶ τῆς γλώττης τοῦ μεθύοντος. Plutarch.

Nec prætereundum illud Herodoticum: Subsidente uino, supernatant uerba. Nam sobrios aut metus, aut pudor cohibet, quo minus effutiant ea, quæ satius putarint supereſſe. At uinum & pudorem discutit, & timorem abigit.

In uino ueritas.

Ἐν οἴνῳ ἀλήθεια. Athenæus.

Significat ebrietatem animi fucum tollere, & quicquid pectore conditum est, in apertum proferre. Vnde sacræ literæ prohibent uinum dari regibus, quòd nullum ibi sit arcanum, ubi regnat ebrietas. Effertur & in hũc modum apud Athenæum libro II. paræmia: Οἶνος καὶ ἀλήθεια, id est, Vinum & ueritas. Quòd largius poti non tantum effutiunt sua arcana, uerùm etiam audacius in alios loquuntur. Theognis:

Ἐν πυρὶ μὲν χρυσόν τε, καὶ ἄργυρον ἴδρις ἀνδρὸς
Γινώσκει· ἀνδρὸς δ' οἶνος ἔδειξε νόον. Id est,

Aurum & argentum fabris dignoscitur igni.
Vinum hominis prodens arguit ingenium.

Facit huc etiam, quod inferius adscripsimus ad locum alium: Bos in lingua.

Vinum animi speculum.

Κάθοπτρον εἶδος χαλκός ἐς, οἶνος ἔνους. Euripides

Id est, Forma ære lucet, uina produnt pectora.

Lingua lapsa uerum dicit.

Ἡ γλῶσσ' ἀμὸν τάνδρὸς τ' ἀλήθη λέγει.

Id est, Verum solet prolapsa lingua dicere. Nam uerum esse creditur, quod exciderit imprudenti, quandoquidem id demum uacat fictionis suscipione.

Plautus. *Emendus cui imperes.*

Cuiq; in suos seruos imperiosum esse licet, in alienos aut in liberos non item. Plautus: Emere oportet quem tibi obedire uelis.

Libero lecto nihil iucundius.

Tullius. M. Tullius ad Atticum de Quinto loquitur, qui cœlibem uitam iudicabat esse suauissimã. Eam appellabat lectulum liberum.

Theocri. *Oracula loqui.* Χρησμοὺς λέγειν.

Dicuntur, qui certa & indubitata loquuntur.

Cicero. *Vera fronte.*

Quę ex animo citraq; fucum dicuntur geruntur uę, uera fronte fieri dicuntur. Contrà, dicemus mendaci fronte fieri, quod geritur per simulationem.

Vero uerius. Certo certius.

Martialis. Dicimus uero uerius, quod prorsus indubitatum haberi uolumus. Non dissimili forma dicimus, Certo certius: quanquam nihil prohibet aliud alio certius esse.

Ficus ficus, ligonem ligonem uocat.

Aristoph. Τὰ σῦκα σῦκα, τὸν σκάφην σκάφην λέγων.

Id est, Ficusq; ficus, ac ligonem nominans ligonem. Quadrabit in eum, qui simplici ac rusticana utens ueritate, rem ut est, narrat: nullis uerborum ambagibus ac phaleris obuoluens. Nam ego, quemadmodum ait Comicus, rusticanus sum, ligonem ligonem appello.

Plutarch. *Profundum sulcum.* Βαθεῖαν ἄυλακα.

Dictum de ijs, qui cogitationibus profundis ac penitioribus expenderent. Mihi uidetur rectè quadraturum in eos, qui se metiuntur nõ ex aliorum opinione, sed ex recté secúsue factorum conscientia.

Themist. *Os ineſt orationi.*

Ὀσοῦν ἔνεστι τῷ λόγῳ.

Id est, Sermoni ineſt os ac uigor. De oratione nõ inani, sed solidas habente sententias. Dictum hoc Themistocli tri-

tribuitur. Quintilianus rerum inuentionem appellat orationis ossa, sumpta similitudine ab animantiũ corporibus, quæ ossibus sustinentur, colligãtur neruis, uestiũtur carnibus & pelle, cohærent anima, mouentur actu.

Audi quæ ex animo dicuntur. Lucianus.

Ἀκοὲ τ̀ ἀπὸ κ̃ρδίας.

Nam seria, quæq; citra dissimulatiõnem dicũtur, ex animo dici dicuntur, eaq; ex corde proficisci uulgus ait.

Liberi poëtæ & pictores. Lucianus.

In Demosthenis Encomio:

Τὸ μὲν δὴ ποιητικὸν φῦλον ἐλεύθερον. Id est, Atqui poëticum genus liberum. Horatius: Pictoribus atq; Poëtis Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas Sentit autem liberum esse poëtis & pictoribus impunè quicquid uelint fingere. Torqueri potest in eos, qui pertinaci & obstinato sunt ingenio, quosq; necesse sit suis moribus relinquere. Aut in mulieres, quibus nihil non permittitur. Aut in principes, quibus omnia laudi dantur.

Libera Corcyra, caca ubi libet. Eustath.

Ἐλεύθερα κόρκυρα, χέζ᾽ ὅπῃ θέλεις.

Id est, Corcyra libera, proin caces ubi uelis. Cum significamus libertatem quiduis agendi. Sed magis quadrabit, ubi significabimus impunitatem esse maleficis.

Ter. Vergilius.

Ternio apud priscos & absolutissimus & sacer habebatur, ut quicquid ter dictum aut factum esset, id ratũ & efficax haberetur. Vnde in magorum mysteriis adhiberi solet, Vergil. in Pharmaceutria:

Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore
Licia circundo, terq; hæc altaria circum
Effigiem duco, numero Deus impare gaudet.

LONGAEVITAS.

Nestoreæ senectæ. Homerus.

Apud Latinos Nestoris anni in prouerbium abierunt,

cui tres ætates attribuit Homerus in Odyss. III.

Τρὶς γὰρ δὴ μὴν φασὶν ἀνάξασθαι γένεα' ἀνδρῶν.

Illum iam exegisse hominum tria secula, fama est.

Breuiter prouerbij speciem habebit, quicquid ab ijs sumetur, qui insigni uiuacitate fuerunt. Vt ceruo uiuacior, & Tiresia uiuacior, quem Tragœdia finxit sex ætates hominum uixisse. Et Seribus uiuacior, quos Græcis historijs proditum est, trecentos annos uiuere.

Lucianus. *Vltra pensum uiuit.*

Lepidũ est quod ait Lucia. In Philopseude: Ὑπὲρ γὰρ τὸν ἄτρακτον ἔβιωσεν. Id est, Iam enim ultra fusum uiuit, hoc est, uiuit ultra fatalẽ diem. Allusum ad Parcarum fusos, quibus æuum mortalium euolui fabulantur poëtæ.

Suidas. *Vltra catalogum.* Ὑπὲρ τὸν κατάλογον ζῇ.

Id est, *Vltra catalogum uiuit. De eo dicebatur, qui multum ætatis uiueret, ut iam præscriptum illum annorum numerum præteriisse uideretur.*

Vltra fusum. *Vltra linum.*

Ὑπὲρ τὸν λῖνον.

Id est, Vltra linum, pro eo quod est, extra decretum fatale. Allusum est autem ad fila trium Parcarum.

Cornicibus uiuacior.

Ὑπὲρ τὰς κορώνας βιβιωκώς.

De uehementer annosis. Ab auis eius prodigiosa uiuacitate sumptum.

Hesiodi senecta. Ἡσιόδου γῆρας.

Id est, Hesiodia senecta: Longæua, uiuax, sic appellabatur: notum est Pindari Epigramma de longæuitate Hesiodi.

Suidas. *Tithoni senecta.* Τιθωνοῦ γῆρας.

Fabulæ tradunt Tithonum adamatum ab Aurora, in cœlum sublatum fuisse, atq; illius succo perfusum, ad tantam peruenisse senectutem, ut tandem optarit, ut in cicadam uteretur. Suidas refert hunc in modum: Senescas Tithono profundius.

Phœ-

Phœnice uiuacior. Lucianus.

Lucianus in Sectis: Ἢν μὴ φοίνικος ἔτη βιῇ, id est, Ni phœnicis annos uixeris. Hunc Hesiodus scribit nouem corui ætates uiuere.

Sibilla uiuacior. Propert.

Propertius: At me non ætas mutabit tota Sibyllæ, Sibyllæ ætatem pro quantumuis longa posuit.

Facies tua computat annos. Iuuenal.

Hoc est, Frontis rugæ numerum annorum tuorum præferunt, quanquam libido nondum in te consenuit. Dictum à Iuuenale in uetulam.

Alterum pedem in cymba Charontis habere. Lucianus.

Lucian. in Sectis: Καὶ τὸν ἕτερον πόδα φασὶν ἐν τῇ σορῷ ἔχων. Id est, Et alterum pedem, ut aiũt, in tumulo habens. Extremæ, decrepitæq; senectæ homines, etiam hodie uulgò dicuntur alterum pedem in sepulchro habere.

Viri senis astaphis caluaria. Idem.

Ἀνδρὸς γέροντος ἀσταφὶς ὁ κρανίον.

Id est, Viri senis uelut uua passa cranium. Admonet adagium, inualidum & flaccidum esse senis corpus, exhausto succo, carnibusq; adesis. Veteres & uuas passas uocabant senes passos ob rugositatem.

Maturè fias senex. Cicero.

Maturè fias senex, si diu uelis esse senex. Quò monemur ut integra adhuc ætate desistamus à laboribus iuuenilibus, ac ualetudinis curam agere incipiamus, si uelimus esse uiuaci ac diuturna senecta. Maximè loqui uidetur de uicijs iuuentæ, puta libidine, ebrietate, turbulentia uitæ.

Sexagenarios de ponte deijcere. Macrob.

Est natu maiores, perinde quasi deliros, & ad omne uitæ munus inutiles, in ociũ reijcere, atq; ab omni functione negociorum relegare. Inde natum, quòd olim sexagenarijs ætate uelut à publicis munijs dimissis suffragiũ ferendi ius non erat, quod per pontẽ ferebatur. Ouid. in Fast.

Pars

Pars putat, ut iuuenes ferrent suffragia soli,
Pontibus infirmos præcipitasse senes.

Vnde & deponrani dicuntur senes, iam uelut emeriti.

Viciat lapidem longum tempus.

Σήπει καὶ πέτρην ὁ πολὺς χρόνος.

Id est, Saxa etiam longum faciet putrescere tempus. Nihil in rerum natura saxo durabilius. At id quoq; temporum diuturnitas absumit.

Homerus. *Mors optima rapit, deterrima relinquit.*

Videmus quosdam prorsus inutiles Tithoniam ætatem uiuere, paucissimos egregio præditos ingenio, ad senectæ limen peruenire. In hanc sententiam quadrat illud Homeri Iliad. ω.

Τοὺς μὲν ἀπώλεσ' Ἄρης, τὰ δ' ἐλέγχεα πάντα λέλοιπεν,
ψεύσαί τ' ὀρχήσαί τε χοροιτυπῦσίν ἄρίστω,
Ἀρνῶν καὶ ἐρίφων ἐπιδήμιοι ἁρπακτῆρες.

Sustulit hos Mauors, reliqua at mala probra relicta,
Mendaces, saltatores primiq; choreis
Ducendis agnis atq; hœdis diripiendis
Strenui.

In sola parta expedit senescere.

Ἐν μόνῃ Σπάρτῃ λυσιτελεῖ γηράσκειν.

Apud Spartanos summus honos senibus habebatur olim. Torqueri potest ad quoslibet, penes quos uirtus in precio sit. Dictum est autem à quodam hospite, quum uideret apud Lacedæmonios iuuenes tantum honoris habere senioribus.

Senex bos non lugetur.

Γέρων βοῦς ἀπένθητος δόμοισι.

Id est, Bos senex uacat luctu domesticorum. Hoc est, senum mors, quòd tempestiua uideatur, non lugetur ab amicis.

Lucianus, Sophocl. *Viuum cadauer, Viuum sepulchrum.*

Ἔμψυχος νεκρός.

Id est,

Id est, Viuum cadauer. In eos dicetur, qui sic uiuunt, ut nihil dignum uita agant. Lucianus senem decrepitum, uiuum quoddam sepulchrum appellat.

Danace. Δανάκη.

Sic appellabatur nummulus ille, qui Charonti persolui tur, naulum pro transmissione Stygiæ paludis. Mihi uidetur rectè usurpandum, si quis iubeat senem parare Δανάκην, innuens prope esse, ut emigret è uita. Idem.

Epimenideum corium. Ἐπιμενίδου Δέρμα. Eudemus.

Id est, Epimenidea pellis. Dere reposita, miraculiq; loco seruata. Tractum ab Epimenide Cretensi, qui legitur per petuo somno dormisse quadraginta septem, aut si Laërtio credimus, quinquaginta septem annos, neq; paucos postea superuixisse.

Viro seni maxillæ baculus.

Ἀνδρὸς γέροντος ἡ γνάθοι βακτηρία.

Maxilla senibus scipionis est nice. Dici solitum de his, qui ob defectas ætate uires, lautiore pariter & copiosiore uictu coguntur uti, quòd quod senecta deterit, utcunq; sarciant cibo. Manet autem in hodiernũ senile uerbum: Ego me dentibus meis sustento.

Effœta senecta. Horatius.

Quod in Odyss. Δ. dictum est de mortuis, id ad hominem ob longæuitatem iam defectum uiribus accommodare licebit in eum, qui consternetur animo.

Οὐ γὰρ ἔτι σάρκας τε κατὰ ὀστέα ἶνές τ' ἔχουσιν.

Nam iam non neruis carnes atq; ossa cohærent.

Limen senectæ. Γήρως οὐδός. Idem.

Antiquitus appellabant, uelut extremum autumnum ætatis humanæ, quum iam appetit hyems decrepitæ senectæ.

Senescit bos.

Γηρᾷ βοῦς, τὰ δ' ἔργα πολλὰ τοῦ βοός, Id est,

Bos consenescit, at opera multa sunt bouis.

Quum ob ætatis imbecillitatem aliquis inutilis reddi-

tur

tur ad obeundum munus. Nam diuitum uulgus haud aliter ministris utitur, quàm equis & canibus, aut paulò etiam inhumanius. Dum usui sunt, alliciunt: ubi senuerint, reiiciũt. Quisq; memĩnerit Diogenis apophthegmatis, qui rogatus, quid nam esset in hac uita calamitosissimum, respondit: γέρων ἄπορος, id est, Senex egens.

Fatale uitæ tempus exactum.

In decrepitos, quorum ætas iam exacta uidebitur, quadrabit illud Homeri:

Νήπιοι, οἳ κατὰ βοῦς ὑπερίονος ἠελίοιο ἔδοντο.

Dementes, ut qui sacros tibi maximè Phœbe
Absumpsere boues. Nam per solis boues annos fatales, ut opinor, *innuit* poëta.

Huc facit quod adducetur infrà quoq;. Idem Accĩ, quod Titĩ.

LVCRVM EX SCELERE.

Vsuræ nauticæ.

Apud Iurisconsultos usuræ nauticę dicuntur centesima magnæq;. Negociaturi sortem interdum accipiunt mutuò. Quoniam autem, qui nauticam exercent negociationem, se suaq; periculis & undis committunt, fœneratores maiorem usuram exigebant. Interdum accipiebant mutuum in una ciuitate, quod in alia redderent.

Suidas. ### *Tributis potiora.* Τὰ τῶν φόρων κρείττω.

Dicebatur, ubi quis ex malefactis & iniquitate commodum ingens reportaret. Inde natum opinor, quòd qui principum nomine tributum exigunt, ferè plus extorquent, quàm par est.

LVXVS ET MOLLICIES.

Indulgere genio.

Persius. Prouerbiales sunt figuræ. Defraudare genium, pro eo quod est, negare naturæ quod appetit. Indulgere genio, pro eo quod est, animo obsequi. Terentius in Phormione: Suum defraudans genium. Persius: Indulge genio, carpamus dulcia. Vnde & genialem appellant diem

diem lætum & uoluptuarium. Et genialiter uiuere, promolliter & lautè.

Vita macerata. Βίος μεμαλαγμένος. Diogeni.

Id est, Vita macerata, seu permollita. De molliter uiuentibus, quibus ex facili omnia suppetunt.

Curare cuticulam. Horatius.

Horatius: Ire domum, atq; Pelliculam curare iubet. Nam qui uoluptati studeant magis quàm famæ, unum hoc curant, ut cutis summè niteat. Persius:

Et assiduo curata cuticula sole.

Pontificalis cœna. Idem.

Olim cœnas sumptuosas opiparasq; pontificales appellabant. Inde natum apparet, quòd solennes sacræq; cœnæ exquisitissimis soleant cibis celebrari. Legimus & adipales cœnas, & adiposas, & adiciales. De cœna dubia & populari dictum est in loco lauticiæ.

Pergræcari. Plautus.

Pro eo quod est, genialem agere uitam. Plautus:

Dies, inquit, noctesq; bibite, pergræcamini
Amicas emite, liberate, pascite
Parasitos, obsonate pollucibiliter.

Semper Leontini iuxta pocula.

Ἀεὶ Λεόντι πρὸς τοὺς κρατῆρας. Diogeni.

Id est, Semper Leontini iuxta crateres. In uoluptuarios quadrabit: aut in eos, qui semper sunt ijsdem studijs addicti. Leontini Siciliæ populi sunt, quos ubi Phalaris expugnasset, ne quando rebellionem pararent, ademptis armis, ad compotationes & uoluptates reiecit.

Thericlei amicus. Θηρικλείου φίλος.

Dictum in biboſos. Thericles figulus Corinthius fuit, qui noua arte primus è therebintho tornatile poculum finxerit. Ideo quicquid nouo artificio reperisset aliquis, Thericleum appellabatur. Dictum est autem inuentum inuentoris uocabulo. Siquidem Græci uitreum poculum Θηρίκλειον uocant.

Sale

Aristoph. *Sale perunctus hic adiuuabitur.*

Ἁλσὶμ διασμηχθεὶς ὄναιτ' ἂμ οὗτοσί.

Id est, Acri sale hic perlutus adiuuabitur. Dicebatur in eos, qui uel ætate uel uino delirarent. Quidam ab utribus translatum existimant, qui sale loti redduntur meliores, quòd salis acrimonia coriorum crassitudinem emendet. Itidem temulentia laborantes, mos erat sale & oleo perungere, id aduersus ebrietatem remedium existimabatur.

Idem. *E clibano boues.*

Vsus erit, quoties efferemus splendorem conuiuij, aut insignem edacitatem. Consimili figura dicebant: Polypo rum hecatomben.

Thessalorum alæ. Θεσσαλικαὶ πτέρυγες.

Id est, Alæ Thessalicæ. Prouerbiali loco quondam dicebatur in uestes manicatas, quas Græci χειριδώτους uocant, quòd hoc genere per luxum ac delicias uterentur Thessali. Apud Maronem hoc amictus genus, tanquam parũ uirile Troianis ab hostibus opprobratur.

Plinius. *Sapientia uino obumbratur.*

In prouerbijs item duo referuntur, quę sapientem etiam dementent, uinum & mulieres.

Terentius. *Sine Cerere & Baccho friget Venus.*

Terent. in Eunu. Cibus enim & potus irritamẽta sunt libidinis. Eleganter autem Cererem pro cibo, Bacchum pro uino, Venerem pro libidine dixit, continenter in figura persistens.

Heterognatus es.

In edacem dici consueuit, quòd ob uoracitatem alternatim utraq; mandibula cibum commanderet. Nam hinc dictum ἑτερόγναθος, quòd nunc in hanc, nunc in illam mandibulam cibum transferat.

Eudemus. *Siculissare.* Σικελίζειν.

Pro eo quod est, austerum esse tetricumq;. Athenæus indicat

dicat adagium natum ab Androne Siculo, qui morem inuexerit ad tibiam saltandi gesticulandiq;.

Ficus auibus gratæ. Athenæus.

Quadrabit in uoluptuarios, ac fugitantes honesti laboris, quum tamen appetant emolumentum.

Asini mandibula. Οὐ γνάθος.

Conueniet in edaces, alioqui stolidos & ignauos.

Risus Ionicus.

In molles & uoluptuarios dicitur.

Choreæ Ionicæ. Horatius.

Horatius: Motus doceri gaudet Ionicos.
Matura uirgo.

Lasciuas saltationes & parum decoras gesticulationes significans.

Ionicè.

Ἰωνικῶς, pro eo quod est, ἁβρῶς, id est, molliter ac delicatè.

Matrem sequimini porci. Aristoph.

Ἕπεσθε μητρὶ χοῖροι.

Id est, Post matrem adeste porci. In stupidos & indoctos dicitur. Quadrabit & in gulæ uentriq; deditos.

Porcus Troianus.

Conueniet in opipara conuiuia, aut in hominem uariis Macrob. delicijs expletum.

Græco more bibere.

In uoluptatibus & delicijs addictos reijcitur.

Sybarissare.

Pro eo quod est, opiparè ac genialiter uiuere.

Alcinoi mensa.

Gregorius simili tropo mensam luxu redundantem, Alcinoi dixit. Gregor.

Decempes umbra. Δεκάπους σκιά ἐστι.

Id est, Decempes umbra est, id est, Cœnandi tempus. Veteres umbris notabant horas diei.

Lucilius. *Ventres.* γαστέρες.

Dicebantur homines edaces, uētricq; atq; abdomini seruientes. Lucilius:

Viuite lurcones, comedones, uiuite uentres.

Venter auribus caret. γαστὴρ οὖκ ἔχει ὦτα.

Id est, Venter non habet aures. Vbi de pastu agitur, non admittuntur honestę rationes. Cōtra famem nulla contradictio est.

Plutarch. *Ventrem mihi obijcis.*

In græcorum adagiorum collectaneis commemorantur & hi uersus:

γαστέρα μοι προφέρεις κάλλιστον ὄνειδος ἁπάντων.
ἡ γλῶσσα μὲν ἰλαροτέρα κενὴ δὲ βαρεῖα. Id est,

Ventrem mihi obiectas, quo probrum haud pulchrius ullum.

Plenus is est leuior, grauis idem ubi pendet inanis. Eurip. Mihi opprobrasti probrum honestum scilicet.

Vtres, Thylaci. Ασκὸς καὶ θύλακος.

Athenæus Id est, uter & Thylacus. Dicebatur, qui cibo potuiq; indulgebat: ἄσκος enim uter est uinarius, θύλακος uas farinarium.

Methysocottabi. Μεθυσοκότταβοι.

Vulgari conuicio dicebantur bene poti, quasi cottabo temulenti. Cottabus enim poculi genus est.

Μύτης.

Impendio tacitus, aut in Venerem solutior dicebatur μύτης, quasi dicas mutitor, à μυ mutorum syllaba. Dicetur rectè in libidinosos aut supra modum uxorios. Rectius autem in uirosas fœminas.

Iul. Pol. *Pireum non fert uasa inania.*

Pireus portus erat Atticæ. Huc appellebant uasa oneribus onusta. Eodem conueniebant adolescentes conuiuium

uium acturi. Hinc dictum scomma in eos, qui gaudent semper cibo potuq; distendi.

Bos in stabulo. Βοῦς ἐν αὐλίῳ

Dicebatur inutilis, & in ocio uitam degens.

Herculani lecti. Ἡρακλειοι στρωμναί.

Herculani lecti dicebantur molles ac delicati.

Abronis uita. Ἀβρωνος βίος. Zenodot.

Demolliter ac delicatè uiuentibus. Sumptum à moribus Abronis cuiusdam notæ luxuriæ.

Epiſcythizare. Ἐπισκυθίζειν.

Lacedæmoniorum adagio dicitur. Pro eo quod est, uinum merum intemperantius bibere. Commodè deflectas licebit ad cuiuslibet rei intemperantem & immodicum usum.

Sybaritica mensa. Συβαριτικὴ τράπεζα.

De conuiuio dicebatur nimium apparato. Natum à gentis moribus. Est enim Sybaris oppidum uicinum Crotoni.

Syracusana mensa. Συρακουσία τράπεζα.

Prælauta atque opipara dicebatur. Syracusani enim ut erant olim opibus florentissimi, ita uoluptatibus ac delicijs addictissimi. Zenodot.

Vixit, dum uixit, bene. Terentius.

Est in Hecyra Terentiana. Conuenit in eos, qui molliter ac suauiter uiuunt: atq; ita faciunt sumptus, ut non multum iuuent hæredem. Est autem amphibologia in uerbo uiuere, quod interdum simpliciter uiuere est, interdum genialiter uitam agere. Catullus:

Teneri calidis balneis.

Ἁπαλοὶ θερμολουσίαις. Eudemus.

Id est, Teneri calidis lauacris. In molles & luxu diffluentes dicebatur.

Amazonum cantilena. Ἀμαζόνων ᾄσμα.

In delicatos ac lasciuos, & parum uiros. Amazones laudi

brĩ causa in molles uiros cantilenas solere celebrari, opinantur quidam.

Coronam quidem gestans, cæterũ siti perditus.

Aristoph. Στέφανον μὲν ἔχων, δίψῃ δὲ ἀπολωλώς. *id est*, Coronã quidem gestans, cæterum siti perditus. In temulentum & lurconem aptè torquebitur, quicũq; obligurire redactus sit ad inopiam.

Ex amphitheto bibisti. Ἀμφιθέτῳ ἔπινες. Dicebatur in eum, qui meracius ac largius potaret. Amphitetum enim erat poculi genus, ita factum, ut quauis ex parte positum staret, nullumque certum haberet fundum.

Maschalam tollere. Μασχάλιν αἴρειν.

Zenodot. Dicebatur qui auidius biberet. Sumptum à gestu bibonum, inter ebibendum cyathos gulam ac mentum intendẽtium, & altius erigentium cubitos, ne quid resideat in cyatho liquoris.

Homerus. *Vinum senem etiam uel nolentem saltare cõpellit.* Admonet nihil esse tam ineptum, neq; tam alienum, ad quod non incitet ebrietas:

Οἶνος ἀνωχελέοντα καὶ οὐκ ἐθέλοντα χορεύειν.
Insanire facit sanos quoq; copia uini.

Athenæus *Vinum caret clauo.*

Τὸν οἶνον οὐκ ἔχειν πηδάλια.

Id est, Vinum non habet clauum. Propterea quòd ebrietas nihil consultè neq; moderatè uel dicit, uel facit. Obruitur enim ratio, quæ claui uice sobrios moderatur ac gubernat. Ouidius:

Nox & amor, uinumq; nihil moderabile suadent:
Illa pudore uacat, Liberq; amorq; metu.

Amphidromiam agis. Ἀμφιδρομίαν ἄγεις. Adagium ad uarios usus poterit accommodari, uel ad eos, qui pueros ostentant ac circumferunt, aut munuscula captant ambiuntq;. Sumptum à prisca consuetudine, qua mulieres quæ in partu adfuissent, &

do iu

do iuuissent, quinta post die manus abluere solēt, ac puerum cursu laribus circumferre, eóque die munera mittabantur à cognatis, sepiæ plerunq; & polypi: decimo à partu die nomen indebatur infanti. Hesichius Amphidromiam septimo die scribit celebrari solitam.

MAGNIFICA PROMISSA.

Aureus in Olympia stato. Lucianus.

Lucianus in Pseudologista: Χρυσοῦς φασὶν ἐν ὀλυμπίᾳ στᾶναι. Id est, Aureus, ut aiunt, in Olympia stato. Quem summo præmio dignum Græci significant, ei dicere solent: Aureus in Olympia statuêre. Plato: Pollicem statuam auream tibi æqualem Delphis collocaturum.

Aureos polliceri montes. Terētius.

Χρυσᾶ ὄρη ὑπισχνεῖσθαι.

De ijs, qui immēsa promittunt, spesq; amplissimas ostendunt. Terent. in Phor. *Is senem per epistolam pellexit, modò nō montes auri pollicens.* Vbi modò non significat tantum non, hoc est, propemodum.

Montes frumenti. Mare aureum. Plautus.

Ad rerum adfluentem copiam transferuntur. Huc poterit referri quod suprà adductum est.

Theagenis hecateum.

Solidos è clibano boues. Aristoph.

Prouerbialis hyperbole de barbarica, siue de lauticijs affatim subministratis. Antiquitus enim in delicijs erant cibi in clibano cocti. Primum enim panis in clibano de coqui cœptus, quem κριβανίτην, hoc est, clibanarum uocabant, eaq; res usque adeo uisa est noua, ut etiam prouerbio locum fecerit: deinde carnes & pisces eodem modo coqui cœperunt. Vnde & Thunni & id genus alia in clibano cocta, xeniorum uice mittabantur amicis. Accommodabitur non inscitè etiam ad præcedentem locum.

Καπνός.

Καπνός, id est, fumus est cognominatus Theagenes, ꝙ

magnificè polliceretur, quum esset pauper.

Charetis pollicitationes. Αἱ Χάρητος ὑποχέσεις

Dici solitum, ubi quis facilè ac benignè promittit, iuxta illud Naſonis:

Promittas facito: quid enim promittere lædit?
Pollicitis dives quilibet esse potest.

Natum adagium à Charete quodam Athenienſium duce, qui quiduis cuiuis pollicebatur.

Album panem tibi pinso.

Λευκὸν μᾶζαν φυζῶ σοι.

Dici ſolitum, ubi quis magnarum rerum ſpes amplas oſtendit. Eſt enim maza panis genus. Porrò Græcis album panẽ in delicijs fuisse, locis aliquot teſtatur Lucianus, Et hoc ad lutum accommodabitur.

Ariolari.

Terentius. Prouerbio dicebatur, qui nihil adferret certi, nihilq; præſentis emolumenti, uerùm in diem modò polliceretur, Terent. Sed ego ariolor. Sumptum à diuinis, qui prædicunt euentura.

Ἐπαύλια δῶρα.

Dicebantur magnifica munera, quæ poſtero poſt nuptias die ſponſæ pater adducebat ſponſo, pompæ cuiuſdam ſpecie.

Suidas. *Modio demetiar.* Μεδίμνῳ ἀπομετρῶ.

Ingens & cumulatum ſperantis emolumentum. In magna quidem rerum abundantia, non heminis neq; congijs, ſed modio metimur. Suidas: Modio metiar acceptũ à patre argentum.

Verba importat Hermodorus.

Λόγους γοὺν Ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται.

Id eſt, Sunt Hermodori uerba mercimonium. In eum dicebatur, qui præter uerba nihil adferret. Aut in eos, qui uerba uendunt pecunia. Quo in poẽtas, aduocatos, furmi uenditores rectè dici poterit. Natum aiunt ab Her-

modo-

modoro quodam Platonis auditore, &c.

Hesperidum mala. Μῆλα ἐσπερίδων δωρῆσαι.

Id est, Mala Hesperidum largiri, qui magna splendidaq; largirentur. Vergil.

Aurea mala decem misi, cras altera mittam.

Alybantis hospitis munera.

Aut Alybantis amici xenia, quoties fit, ut aliquis falsò iactet se magna largitum esse, seu uerbis duntaxat non re præstet beneficium.

Ad pileum uocare. Macrob.

Ad libertatem inuitare, aut promissis ingẽtibus seditionem commouere. Macrob. Dicet aliquis nunc me dominos de fastigio suo deiicere, & quodammodo ad pileũ seruos uocare. Metaphora ducta à ueterum consuetudine, qua serui quum statum mutarent ac manumitterentur, capite raso pileum accipiebant.

Cillicon bona. Suidas.

Ἀγαθὰ κιλλικών, id est, Bona Cillicon, subaudi facit, aut habet. Conuenit ubi quis malè factis ac fœdis artibus sibi parauit opes. Huic adagio locum fecit Cillicon quidam, natione Milesius: qui prodita Prienensibus Miletopatria, ampliter quidem, sed fœdè ditatus est. Is cùm proditionem moliens rogaretur, quidnam esset facturus, respondit πάντ' ἀγαθά, id est, Omnia bona. Vnde prouerbium effertur etiam ad hunc modum: πάντ' ἀγαθὰ ὡς ἔφη κιλλικών, Id est, Omnia bona, uelut inquit Cillicon.

Ἔσπετε νῦν μοι.

Homerus Iliados. B.

Ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι ὅπως δὴ πρῶτον ἔπειτα.

Dicite nunc Musæ, dixistis quippe priora.

In cõmemoratione rerum ridicularum habebit locum & gratiam.

Ego faciam omnia more Nicostrati. Suidas.

Ἐγὼ ποιήσω πάντα νικόστρατον.

Id est, Ego cuncta more fecero Nicostrati, pro eo quod est, egregiè. Nam hunc aiunt comœdiarum actorem fuisse talem, qualis apud Romanos prædicatur fuisse Roscius.

Plato. *Sponde, noxa præsto est.* Ἐγγύα πρὸς δ' ἄτη.

Id est, Sponde, sed noxa præsto est: Nam qui pro altero fide iubet, id pollicetur, quod non sit in ipso situm, præstare, nempe fidem alienam.

MAGNI MOMENTI.

Vel Megaram usq;

Plato. Vbi quid significamus magni precij, nobisq; uehementer expetitum, dicimus: Huius rei gratia uel in Indiam usq; proficiscerer. Aut, digna res est, cuius gratia uel in Hyberniam usque nauigetur. Socrates apud Platonem: Mihi sanè tanta cupiditas est audiendi, ut si pedibus uel Megaram usq; ambules, &c.

Plautus. *Dignum propter quod uadimonium deseratur.*

Vbi rem maximi momenti uolumus significare, quæq; uel quantouis dispendio debeat expeti, dignam esse dicimus, cuius gratia uadimonium deseratur. Nam qui uadati sunt, non nisi summo suo periculo abesse possunt.

MALEDICENTIA.

Suidas. Ἰαμβίζειν.

Prisci dixerunt pro conuiciari ac maledicere, uoceducta ab Iambo pede, qui conuicijs repertus est, impetum ferientis atq; impetentis exprimens. Vnde & hominem ad conuiciandum propensum ἴαμβιλλον appellant.

Σπιλιῶσαι.

Est alterum asperis conuicijs incessere. Athenis erat festum quoddam, in quo ius erat dicterijs & conuicijs in alios ludere. Vnde σκινιῶσαι dici cœperunt, qui liberius in quempiam debacchantur. Festo nomen erat σκινία, σκινὸν enim propriè dicitur, quod asperum, auribus'que molestum est.

Hesychius. Execrationes serere. Ἀραὰς ἐπιαπεῖσαι.

Dice-

Dicebãtur, qui diris deuouerent aliquem. Inde natum, & apud Cyprios esset solenne, quoties sererent hordeum, addito sale, deuouere quibus malè uellent.

Mæsonica dicteria.

Dicteria petulantiùs iacta, prisci Mæsonica uocabant ῥήμματα μαισωνικὰ, à Mesone quodam histrione comœdiarum Megarensi.

Vltra hyperbolum. ὑπὲρ τὸν ὑπέρβολον.

Idest, Vincit Hyperbolum. Hyperbolus quispiam erat mirum in modum appetens litium. Vnde cõuenit in eos, qui simili laborant morbo.

MALI RETALIATIO.

Neoptolemi uindicta. Νεοπτολέμειος τίσις. Pausanias

Id est, Neoptolemica uindicta. Vbi quis patitur eadem, cuiusmodi patrauit in alios. Siquidem Neoptolemo Achillis filio, qui Priamũ in ipsis palatij focis occiderat, uicissim euenit, ut & ipse apud Delphos ad Apollinis aram occideretur.

Termeria mala. Τερμέρια κακὰ.

Veteri prouerbio dicuntur ingentia, maximè quoties mala, quæ quis in alios impegerit, aliquando in ipsius caput retaliantur. Suidas ait locum quendam essem Caria, cui nomen Termerio, quo tyranni quãdoq; pro carcere soleant uti.

Cædimus, inq; uicem præbemus crura sagittis. Persius.

Persius Satyra IIII. Id est, Vicissim carpimus & carpimur, ridemur & ridemus, mordemus & mordemur, lædimus & lædimur. Horatius:

Cædimus, & totidem plagis consumimus hostem.

Dedi malum & accepi. Plinius.

Beticum adagium est, quo licebit uti, quoties eiusmodi permutatio uidebitur facta, ut malum pro malo sit redditum, & par pari relatum: ueluti si quis improbum generum dedisset, ac nurum item improbam recepisset.

Qui quæ uult dicit, quæ non uult audiet. Terentius.

Terent. Si mihi pergit quæ uult dicere, quæ non uult audiet. Rursum in prologo Phorm. Benedictis si certasset, audisset bene. In prologo Andriæ: Desinant maledicere, malefacta ne noscant sua. In prologo Eunuchi: Tum si quis est, qui dictum in se inclementius existimet esse, sic existimet, sciat responsum, non dictum esse. Responsum enim uocat conuicium conuicio redditum. Vulgò dicitur: Vt salutabis, ita & resalutaberis.

Plautus.

Eodem bibere poculo.

Est ijsdem affici incommodis, malisq; communibus obnoxium esse. Plautus: Vt senex eodem hoc poculo, quo bibi, biberet.

MALVM CONDVPLICATVM, AVT RENOVATVM.

Ignem igni ne addas. Νὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ.

Id est, Ne incendium incendio addas. Plato lib. de legib. secundo uetat ne pueri ad annum usq; duodeuigesimum uinum bibant, ne si uini calor accesserit ad feruorẽ ętatis, ignem igni suggerere uideantur.

Ignis non extinguitur igni.

Πυρὶ οὐ σβέννυται πῦρ.

Id est, Igni non extinguitur ignis. Malum malo non tollitur, ira non sedatur iracundia: sed ferocitas sedatur lenitate, malum patientia tollitur, iniuria beneficio uincitur.

Hieron.

Oleum camino addere.

Malo fomentum, ac uelut alimoniam suppeditare. Hieron. ad Eustochi. Vinum & adolescentia, duplex est incendium uoluptatis. Quid oleum flammæ adijcimus?

Oleo incendium restinguere.

Ελαίῳ πῦρ σβεννύειν.

Dici solitum, ubi quis ea admouet remedia, quæ malum magis ac magis exacerbent. Veluti si quis offensum iurgijs & conuicijs uelit placare.

Hie-

Hydram secas. τὸ ἕλαρ τέμνεις. Plato.

Dictum est loco, Inanis opera.

Malum malo medicari. Τὸ κακὸν κακῷ τραπεύειν. Sophocl.

Est malum aliud alio malo tollere.

Morbum morbo tollere. Euripides

Est conduplicare malum. Euripides:

Μὴ νοσοῦν τί μοι νόσον
Προσθῇς· ἄλις γὰρ συμφορᾷ βαρύνομαι.

Ne tu mihi morbo laboranti, alterum
Appone morbum, nam sat hoc premor malo.

Lutum luto purgare.

Πηλῷ πηλὸν καθαίρεσθαι.

Dicitur, ubi res sordida sordibus tollitur, hoc est, quum sordes non toliuntur, sed mutantur.

Pro cæco exoculatus est. Aristoph.

Quum uidemur corrigere quod dictū est, sed altero uerbo, quod uel idem polleat, uel magis etiam lædat, ueluti si quis dicat: Non furatus est, sed uiolauit.

Post Marathonem pugna. Herodot.

Μετὰ τὴν Μαραθῶνα μάχη.

Id est, Post Marathonem prælium. Vbi quis post calamitatem in aliam nouam rursus incidit. Marathon locus est Atticæ, crebris cladibus insignis, ubi acerrima pugna fuit cum Persis. Simile huic: Post bellum tumultus.

Lis litem serit. Ἔρις ἔριν ἀνέφυτευσε. Phocylid.

Id est, Aliis seritur de lite uicissim. Resecãda iniuria est non retaliãda.

De fumo ad flammam tendere.

De eo qui se à rebus dubijs in præsens exitium conijcit.

Litem parit lis, noxa item noxam parit.

Δίκη δίκην ἔτικτε, κἠβλάβην βλάβη.

Senarius in rixosos & litium auidos.

Fal-

Terẽtius. *Fallacia alia aliam trudit.*

Sumptum à cõsuetudine conantium fallere, ac dolos cõ sarcinantium, ne deprehẽdantur. Vnde consutis dolis dixit Plautus: Et surelas appellat huiusmodi technas. Et apud Homerum, Δόλους ὑφαίνειν, id est, Dolos texere.

Refricare cicatricem.

Quære loco lacessentis.

Aristotel. *Ilico hyems erit.*

Εἰ Δ' ὁ νότος Βορέαν προκαλέσαιτο, αὐτίκα χειμών. Id est, Ilico hyems fit, ubi boream accersiuerit alter.

Vbi malum malo successerit, aut ingens periculum imminet.

Aristoph. *Præstat uni malo obnoxium esse, quàm duobus.*

Aristophanes in concionatricibus hunc senarium prouerbialem refert:

Ἑνὶ γὰρ συνέχεσθαι κρεῖττον ἢ δυοῖν κακοῖν. Id est, Vni atq; geminis præstat inuolui malis.

Quoties utcunq; malum euitari non potest, danda tamẽ opera, quò declinemus alterum, & in id quod minus habeat incommoditatis incurramus.

Ad hunc locum refertur: Post bellum tumultus, Est pylus ante pylum. adducetur infrà.

MALVM VERTENS BENE

Plutarch. *Nunc bene nauigaui, cùm naufragium feci.*

Νῦν εὖ πεπλόηκα ὅτε ναυάγηκα.

Quoties id quod uidetur incommodum, fortuna præter spem uertit in bonum.

Laqueus auxiliari uidetur.

Ἀμάθει ὡς ἔοικεν ἡ βάγη.

Id est, Laqueus ita ut uidetur, & bono fuit. Dictitari consueuit, quoties incommodum alicui uerteretur in bonũ. Velut si quis Turca bello captus seruiret apud Christianos, isq; hac occasione nostræ religionis sacris initiaretur. Aut si diues ad inopiam redactus, hac occasione fieret

retex luxurioso sobrius, ex impio pius.

Bellum haudquaquam lachrymosum. Laërtius.

Ἀδάκρυς πόλεμος.

Id est, Bellum lachrymis carens. Vbi uictoria contingit citra cædem & sanguinem. Effertur etiam ad hunc modum. Incruentum statuit trophæum.

MALVM ASSVETVM.

Callum ducere. Quintil.

Prouerbiales metaphoræ sunt: Callum ducere, & Occallescere, si quidem ad animum torqueātur. Quintilianus libro duodecimo: Et ingenio adhuc alendo callum inducere. Sæpiculè legimus apud Tullium, occalluisse aures, quum assuetudo sensum mali adimit.

Dies adimit ægritudinem. Terētius.

Terent. in Heaut. Quod audio uulgò dici, Diem adimere ægritudinem hominibus.

Malorum assuetudo. Homerus.

Qui malis assueuerit, ac permulta tulerit, cōmodius fert & aliud, si quod inciderit infortunium.

Neq; enim ignari sumus. Homerus.

Vbi quis ad tolerantiam præsentium incommodorum animat sese præteritorum malorum recordatione, non infestiuiter usurpabit illud ex Odyss. Y.

Τέτλαθι δὴ καὶ κῆρ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης.

Obdures animæ, & quondam grauiora tulisti.

Id æmulans Vergilius:

O passi grauiora, dabit Deus his quoq; finem.
Durate, & uosmet rebus seruate secundis.

Nota res mala, optima. Plautus.

Dictum est sub persona senis, suadere conantis amico, ne uxorem tametsi malam repudiaret, aliam ducturus, propterea quòd plerunq; fit, ut qui commutat primum, pro malo peius accipiat, tum ignotum pro noto, insuetum pro familiari. Tantum enim ualet assuetudo ut mala quibus assueuerimus, optima uideantur. Contrà quæ

sunt

sunt optima, propter insolentiam pessima uideantur.

Vsus est altera natura.

Nihil hoc dicto celebratius: Ἐθος ἄλλη φύσις, id est, usus altera natura. Natura nihil efficacius potentiusue. Vnde Satyricus: Custode & cura natura potentior omni.

Lucianus. *Scarabeo citius persuaseris.*

Θᾶσσον ὁ κάνθαρος ἂν μεταπεισθείη.

Id est, Citius scarabeum in diuersam sententiam pertraxeris. De iis, qui malis assueuerunt, à quibus reuocari nō possunt, eo quòd assuetis uideantur optima.

MALVM ACCERSITVM AVT RETORTVM.

Ilienſis tragœdos conduxit.

Lucianus. Οἰλιεὺς τραγῳδοὺς ἐμίσθωσε.

Vbi quis ultro prouocat quempiam, unde sua audiat probra.

Suo iumento sibi malum accersere.

Plautus. Qui ipse sibi malorum est auctor, suo iumento sibi malum accersere dicitur. Tanquā suo sumptu suaq; opera, quasi suopte piaculo, malorum sarcinam adportet sibi.

Suo sibi hunc iugulo gladio, suo telo.

In eum, qui suis ipsius dictis reuincitur, aut qui suopte inuento dolóue capitur. Ouid.

Remigiumq; dedi, quo me fugiturus abires,
Heu patior telis uulnera facta meis.

Suo ipsius laqueo captus est.

Terentius Metaphora sumpta ab iis, qui instructis pedicis, auibus aut feris insidias tendunt.

Idem. *Suo ipsius indicio perijt sorex.*

Terentius: Egomet meo indicio miser quasi sorex hodie perij. Donatus admonet esse prouerbium in eos, qui sua pte uoce produntur. Atque hinc existimat ductam esse metaphoram quod soricum propriū sit, stridere clarius quàm mures, &c.

Inci

Incidit in foueam quam fecit. Dauid.

In Odis Dauidicis: Λάκκον ὤρυξε, καὶ ἀνέσκαψεν αὐτὸν, καὶ ἔμπεσεν εἰς βόθρον, ὃν εἰργάσατο. Lacum fodit, & aperuit eum, & incidet in foueam quam fecit.

Captantes capti sumus. Αἰχμῦντες ἡρπάμεθα.

Quum res præposterè euenit, ut ipsi circumueniamur ab iis, quibus conabamur imponere.

Inuenatu periit. Lucianus.

Lucianus: Αὐτὸς ἀπώλετο ὑπὸ τῆς ἄρκυος. Id est, Et ipsa uenatu periit, hoc est, dum adolescentem uenatur, studetq; irretire, etiam ipsa sese perdidit.

Hanc technam in teipsum struxisti.

Eandem sententiam aliter expressit Lucianus:

Ὡς ἐσόφισμα κατὰ σαυτοῦ σαυτὸν ἐθηκας. Id est, Itaq; commentum in tuum ipsius exitium reperisti. De hæredipeta, qui ueneno quo senem appetiuerat, ipse forte fortuna captus interiit. Vtendum erit quum dolus in alterum excogitatus, in caput autoris recidit.

Qui inspuerit in cauernam formicarum.

Ὃς ὁ πτύσας εἰς μυρμηκίαν, οἰδᾷ, τὰ χείλη. Id est, Quòd qui inspuerit in agmẽ formicarum, huic intumescant labra. Torqueri poterit in eos, qui multitudinem imbecillium quidem, sed tamen numerosam & concordem prouocant.

Ex ipso boue lora sumere. Plutarch.

Ἐκ βοὸς τοὺς ἱμάντας λαμβάνειν.

Qui quo lædunt quempiam, ab ipso quem lædunt accipiunt. Metaphora sumpta ab agricolis qui lora cædunt è boum tergoribus quibus boues uinciunt.

Viro Lydo negocium non erat, at ipse foràs profectus parauit.

Ἀνδρὶ Λυδῷ πρᾶγματα οὐκ ἦν, ἀλλ' αὐτὸς ἐξελ

ἀγελθὼν ἐπρίατο.

Dici solitum, ubi quis impatiens ocij, ipse sibi negocium ac turbam accersit.

Cicero. *Talia gignit bellum.*

τοιαῦθ' ὁ τλήμων πόλεμον ἐξεγάσεν.

Id est, Similia bellū calamitosum perficit. Docet hic senarius, è dissidijs eorum qui rempublicam administrant, multa gigni absurda. Id translatum ad priuatam discordiam, plusculum habebit gratiæ.

Cicero. *Securim inijcere.*

Dicuntur, qui uehementer lædunt ac uulnerant.

Aristotel. *Sibi parat malum, qui alteri parat.*

Ipse sibi mala cudit, quisq; alij mala cudens. Nemo potest alterū iniuria afficere, nisi prius lædat seipsum. Qui alium fraudat pecunia, seipsum spoliat bona mẽte, grauius seipsum lædit, quàm alterum.

Athenęus. *Chius dominum emit.*

Χίος δεσπότην ὠνήσατο.

Id est, Chius dominum mercatus est. In eos quadrabit, qui sibijpsis malum accersunt. Natum inde, quòd quum Chij primi seruis mercenarijs instituissent uti postea subacti à Mithridate Cappodoce, proprijs seruis uincti sunt traditi.

Gellius. *Mala attrahens ad se, ut Cæcias nubes.*

καθ' ἑαυτὸν ἕλκων ὥσε κεκικίας νέφος.

Id est, Sic mala sibijpsi, ut Cęcias nubem attrahēs. In eos, qui sibijpsis litium ac negociorum materiam pariunt, accersuntq;. Ducta similitudine ab eius uenti natura, cui nomen Cæcias.

Suidas. *Omnes attrahens, ut Magnes lapis.*

Πάντας γ' ὑπέλκων οἷα μαγνῆτις λίθος.

Id est, Cuncta attrahēs, haud aliter ac Magnes lapis. Ducta metaphora à natura lapidis, ferrum ad se attrahētis.

Ne

Ne quid suo suat capiti. Terētius.

Terentius in Phorm. Pro eo quod est, ne quid mali sibi conciliet.

In cœlum expuis. Εις οὐρανὸν πτύϛ.

Id est, Facis quod in tuum ipsius recidat caput. Aut, Obloqueris his, qui facilè possunt lædere. Confine illi: Aduersus stimulum calcitrare.

Spontanea molestia.

Celebratur inter Græcos cum primis bellus & elegans trimeter:

Αὐθαίρετός γε λύπη ἐστὶν ἡτὶς ἂν πορᾷ. Id est,

Vltroneus dolor est parare liberos. Dici nō potest, quantum & quàm molestum negocium sit, educare filios, præsertim cum adeò pauci sint, qui parentum officio respondeant.

In tuum ipsius malum lunam deducis.

Επὶ σαυτῷ τὴν σελήνην καθελϛ.

Aglaonice quæpiam, quum per Astrologiam defectus præsciret, iactabat se lunam è cœlo detracturam in terras. Atq; eius iactantiæ pœnas dedit. Proquerbium igitur hinc sumptum dicebatur de ijs, qui suis ipsorum artibus sibi malum accersebant.

Lunam detrahere. Τὴν σελήνην καταγῶ.

Id est, Lunam detrahit. Consuevit dici de eo, cui res uehementer aduersæ uiderentur. Sumptum ab Aglaonice, ut suprà.

Dares Entellum prouocas.

Conueniet uti, si quando quispiam iuuenili temeritate Hierony.
lacessit aliquem, non perinde promptum ad suscipiendū certamen, uerūm intolerandū, si semel inierit. Sumptum ex quinto Aeneid. lib.

Atlas cœlum. Ατλας τὸν οὐρανόν.

Subaudiendum susceperit. Dici solitum de his, qui sese magnis & molestis inuoluunt negocijs, ipsiq; sibi malum

accersunt. Nam hic cœlum hospitio suscepit. Deprehensus autem, quòd illi struxisset insidias, præceps datus est in mare Atlanticum.

Accersitum malum.

Homerus. Ἐπίωτον κακόν.

Accersitum malum dicitur, cuius ipse tibi causam præbueris.

Aesopus. *Coruus serpentem.* Κόραξ τὸν ὄφιν.

Vbi quis suo ipsius inuentu perit. Sumptum ex apologo quodam Aesopi. Coruus esuriens serpentem in aprico dormientem cõspicatus rapuit, à quo morsus periit. Cognatum ei: Coruus scorpium. Torquere licebit & in hominem ob edacitatem periclitantem.

Bis interimitur, qui suis armis perit.

Magis dolent incommoda, quibus ipsi dedimus occasionem.

Colubrum in sinu fouere.

Aesopus. Ὄφιν ἐν τῷ κόλπῳ θάλπειν.

Id est, Serpentem in sinu fouere. Dicitur qui complectitur amore, studioq; prosequitur ingratum. Sumptũ ab apologo quodã Aesopi.

Hostis domesticus.

Plato. Vbi malum non aliunde proficiscitur, sed ex nobis ipsis nascitur.

Capra gladium. Αἴξ μάχαιραν.

Subaudi, reperit. In eos dicitur, qui ipsi reperiunt, quo pereant.

Pyraustæ gaudes gaudium.

Χάραν πυραύστου χαίρεις.

De momentanea fluxaq; uoluptate. Ostendimus alicubi pyraustam ad lucernas aduolantem, ambustis alis perire. Vnde natum prouerbium: Pyraustæ fatum. In eos, qui sibi ipsis exitium accersunt.

Hierony. *Prudens in flammam mittere manum.*

Hiero-

Hieronymus usurpat pro eo quod est, sciens expono me discrimini malisq; obijcio.

Calidum prandium comedisti.

Plautus.

Feciſti, quod tibi magno malo ſit futurum. Ab his ſumptum, qui ſe noxijs ac letiferis ingurgitant cibis, poſtea uentris tormina ſenſuri.

Malum conſilium.

Hesiodus.

Malum conſilium conſultori peſſimum. In eos, in quorum caput recidit, quod alijs perperam conſuluerunt. Heſiodus:

Οἳ αὐτῷ κακῷ τεύχει ἀνὴρ ἄλλῳ κακὸν τεύχων.
Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.
Ipſe ſibi nocet is, alium qui lædere quærit.
Conſultum malè, conſulitori peſſima res eſt.

Camelus deſiderans cornua, etiam aures perdidit.

Ἡ κάμηλος ἐπιθυμήσασα κεράτων καὶ τὰ ὦτα προσαπώλεσεν.

Conuenit in eos, qui dum peregrina ſectantur, ne ſua quidem tuentur. Sumptum ex Apologo de camelis, qui per oratorem cornua à Ioue poſtularunt. Ille offenſus ſtulta poſtulatione, aures quoq; reſecuit.

Sibi malum reperit.

Homerus.

In eum, qui ſuo læditur inuentó, quadrabit illud Homeri ex Odyſſ. φ.

Ὅς τ' αὐτῷ πρώτῳ κακὸν εὑρετο οἰνοβαρείων. Id eſt,
Qui ſibi perniciem uel primum repperit ipſe
Vino uictus.

Dictum eſt de Eurytione, qui primus inuenit uſum uini, peremptus à Lapithis.

Cœno puram aquam turbans, nunquam inuenies potum.

Dici ſolitum, ubi quis ea, quæ ſunt per ſe pulcherrima, contaminat, admixtis ijs, quæ ſunt turpiſſima.

Bellerophontes literas.

Zenodot.

Βελλεροφόντης τὰ γράμματα.

Subaudiendũ, adfert, aut aliud aliquod. Locus erit huic prouerbio, quum quis literas uelut cõmendaticias perfert, quæ contra ipsum sint descriptæ. Vulgò literas Vrię uocant. Plautus:

Tace, nullus homo dicit, hæ tabulæ te arguunt,
Quas tu attulisti, hæ te uinciri iubent.
Aha Bellerophontem iam tuus me fecit filius.
Egomet tabulas detuli, ut uincirer.

Ale luporum catulos.

In eos, qui lædũtur ab ijs, de quibus bene meriti sint, aut in ingratos. Nam plerunq; solet id usu uenire illis, qui catulos luporum enutriunt.

Phoci conuiuium. Φώκης ἔρανος.

Idem. Id est, Phoci prœmium, siue conuiuium. Dictitari solitum ubi quis suo malo conuiuas acciperet. Aiunt Phoco cuipiam filiam fuisse iam nuptijs maturam. Is procos (nam erant complures) conuocare solitus, præmia statuebat, & cõditionibus subinde nouis propositis, nuptias prorogabat. Quamobrem indignati iuuenes, Phocum in conuiuio trucidarunt.

Zenodot. **Puer glabriem.** Ὁ παῖς κεύσαλλον.

Dicebatur in eos, qui quum retinere quippiam non possint, nolunt tamen amittere. ueluti si quis magistratum recuset deponere, cui gerendo sit impar.

Turdus ipse sibi malum cacat.

Athenęus Κίχλα χέζει αὐτῇ κακόν.

In eos, qui sibi ipsis ministrarẽt exitij causam. Siquidem uiscum, autore Plinio, non prouenit, nisi maturatum in uentre, ac redditum per auium aluum, maximè palumbium ac turdorum.

Terẽtius. **Tute hoc intristi, tibi omne est exedendum.**

Verba sunt Phormionis parasiti, qui quoniã fuerat autor consilij de ducenda puella, æquum esse putat, ut suo periculo rem item expediat. Translatum ab alliato rustico-

sticorum mortario. Idem: Colo quod aptasti, ipsi tibi nendum est. Id est, Tu incipiundi autor extitisti, nunc idem explices oportet.

Faber compedes quas fecit, ipse gestet. Ausonius

Comperit in eos, qui sibi ipsis autores sunt malorum. Flagellum ipse parauit, quo uapularet.

Ipse sibi mali fontem reperit. Athenęus.

Sunt enim & pernicioſi fontes, quorum aqua gustata mortem aut insaniam adferat.

Bos aduersus seipsum pulueream mouet. Zenodo.

Βοῦς ἐφ' ἑαυτῷ κονιστῆ.

Siue festinat. Vbi quis ad suum ipsius malum uolens lubensq; ducitur. Nam boues facilè se præbent uinciendos.

Echinus partum differt. Suidas.

Ἐχῖνος τὸν τόκον ἀναβάλλει.

De ijs, qui prorogarent quippiam suo malo. Veluti qui creditam pecuniam comperendinant, tamen aliquando reddēdam uel maiore cum fœnore. Aiunt echinum terrestrē stimulata aluo remorari partum, deinde iam aspriore ac duriore facto fœtu, mora temporis, maiore cruciatu parere.

Nostris ipsorum alis capimur.

Τοῖς αὐτῶν πτεροῖς ἁλισκόμεθα. Athenęus.

Id est, Nostris ipsorum pennis capimur. Fertur autem apologus huiusmodi: Aquilam ictam sagitta, quum inspexisset, iaculum ad imaginem pennarum effictū imitatumq; dixisse hęc: non ab alijs, imò pennis propriis capimur. Conueniet in eos, qui ipsi præbent occasionem sui mali.

Capra contra sese cornua.

Ἡ αἴξ καθ' ἑαυτῆς τὰ κέρατα.

Ab apologo natum. Capra quæpiam quum esset iaculo uulnerata, circunspectans unde nam id mali sibi adue-

nisset, arcum contẽplãs caprinis cornibus compactum dixit ad hunc modum: In meam ipsius perniciem produxi cornua.

Carpathius leporem. Ὁ Καρπάθιος τὸν λαγῶ.

Aristotel. Dicebatur in eos, qui sibi rem noxiam accersirent. Hinc deductum adagium, quòd quum in Carpathiorum insula lepores non essent, illi curaruntimportandos alicunde. Verũ ubi eius animantis magna uis increuisset, ut est mira fœcunditas, fruges insulæ populari cœperunt.

Zenodot. *Calidam ueruti partem.* Τὸ θερμὸν τοῦ ὀβελοῦ.

Subaudiendum, arripuit: Vbi quis per imperitiam negocij, ea parte rem aggreditur, qua minimè tutum fuerat aggredi. Sumpta metaphora ab his, qui per imprudentiam, eam ueluti partem manu deprehendunt, quæ calear, deinde offensi reijciunt, & alteram partem apprehendunt.

Cornix scorpium. Κορώνη τὸν σκορπίον.

Subaudiendum, rapuit. Quadrat in hos, qui parant eos lædere, unde tantundem mali sint uicissim accepturi. Quemadmodum cornix correpto scorpio, arcuata illius cauda uulnus accepit letale, perijtq.

Cornutũm bestiam petis.

Plautus. Qui illum lacessit, qui paratus sit retaliare iniuriam.

Cicadam ala corripuisti.

Lucianus. Τέττιγα πτεροῦ σωεἱληφας.

Cicadæ si presseris alas, uehemẽtius etiam perstrepit, ita ne quis hominem poëtam sibi faciat inimicum. Horatius: Genus irritabile uatum, dixit.

Irritare crabrones. Τὰς σφηκιὰς ἐρεθίζειν.

Plautus. Id dictum est à poëta in mulierum ingenium, quibus ira tis si repugnes, magis prouoces. Est autẽ crabro insecti genus, affine uespis pertinacissimum, aculeoq; pestilentissimo.

Suidas. *Octipedem excitas.* Ὀκτώπουν ἀνεγείρεις.

Nimirum scorpium, quem nõnisi tuo periculo suscites.

Anagy-

Anagyrim commoues. Ἀνάγυρον κινεῖς. Aristoph.

In eos, qui sibi ipsis malorum autores essent. Anagyri genium quendam existimant, qui propter uiolatum sacellum suum, uicinos omnes funditus euerrit.

Suem irritat. Τὸν ὗν ἐρεθίζεις. Diogeni.

In auidum rixarum dicebatur. Sus enim agrestis prouocatus, rectà petit eum, à quo prouocatus est.

Leonem stimulas. Τὸν λέοντα νύττεις. Diogeni.

Idest, Leonem pungis seu uellicas. De his, qui potentem acferocem in suum ipsius exitium prouocat.

Ipsa olera olla legit. Catullus.

In eos quadrabit, qui suum ipsorum uitium in aliud quippiam reficiunt: aut, qui fic ad scelus aliquod, quasi facti sunt, ut non possint non peccare. Nam olla coquendis oleribus nata est, &c.

Fontibus apros. *Floribus austrum.* Vergilius.

Vbi quis optat nocitura. Vergilius:

Eheu, quid uolui misero mihi floribus austrum
Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.
Nam auster uentus floribus inimicissimus est.

Leonem radere. Λέοντα ξυρεῖν. Plato.

Dicuntur, qui feroces & præpotentes arte tractant & illudunt magno suo periculo. Vsurpauit hoc adagium Socrates apud Platonem lib. de Repub. l. negans se usque adeo dementem esse, ut leonem ausit tondere, & Thrasymacho homini præferoci illudere.

Nemo læditur, nisi à seipso. Diogeni.

Nemini fit iniuria, si eam existimet ad se non pertinere.

Arcadiam me postulas. Ἀρκαδίαν μ' αἰτεῖς. Diogeni.

Conuenit uel in magna uel in uilia petentem.

Eurycles. Εὐρυκλῆς.

Vulgato cognomine dicebatur, qui de se suisq; incommodis aliquid diuinaret. Hoc nomine uates fuit quispiã

Ετασρίμυθος cognominātis. hinc, ni fallor, quòd ex astris uera prædiceret, παρὰ τὸ ἱστάζειν.

Ipse sibi perniciem accersiuit.

In eum, qui sibi pertinaciter accersit malũ, cui ueluti fato destinatus sit, congruet illud ex Homeri Iliad. N.

Τὸν δ' ἄγε μοῖρα κακὴ θανάτοιο τέλος δὲ. Id est,
Istum mortis in exitium mala Parca trahebat.

Zenodo. ### Bœotis uaticinare. Βοιωτοῖς μαντεύσαιο.

Abominātis est sermo, perinde ut dicimus: hostibus ista uaticinare. Aptius dicetur in eum, qui tristia uaticinatur, si quando precabimur ut ea in ipsius caput recidant.

Ipsi testudines edite qui cepistis.

Αὐτοὶ χελώνας ἔοδιτ' ὅπερ ἕιλετε. Id est,
Qui prendidistis, ijdem edite testudines.

In eos dicitur, qui posteaquam incõsultè quippiam adorti sunt, aliorum implorant auxilium, quos suo negocio admisceant. Ex apologo quodam nata paroemia.

Oenoë Charadram. Οἰνόη πλὴν χαράδρας.

Hesychi⁹. Id est, Oenoë torrētis alueum. Charadra significat Græcis eam terræ fissuram, quam aqua pluuia, aut torrens, nõnunquam terræmotus efficit. Dici solitum in eos qui ipsi malum accersierẽt. Hinc nata paroemia, quòd Oenoë uicus quidam sit Atticæ, quem qui incolebant, alueum quendam torrentis uicinum, suis finibus incluserunt: deinde ingruente immodica ui aquarum & ob id corruptis agris, agricolationem perdidisse. Effertur adagium ad hũc quoq; modum: Οἰνάοι τὴν χαράδραν. Id est, Oenæi charadram. Vbi quippiã accersitur ad commoditatem, unde pernicies adfertur.

Malum bene conditum ne moueris.

Μὴ κινεῖν κακὸν εὖ κείμενον.

Id est, Ne moueris malum bene conditum, siue quiescẽs. In eos, qui sua stultitia sibi turbas excitant.

Vergilius. ### Mouere Camarinam. Κινεῖν τὴν Καμάρινάν.

Est

Est fibi ipsi malum accersere. Camarina palus est iuxta oppidum eiusdem nominis, quæ siccata pestilētiam creauit, &c.

Pyraustæ interitus. Πυραύστου μόρος. Zenodot.

In eos dicebatur, qui sibi ipsis exitiū accersunt. Ait enim Zenodotus pyraustam insectū esse, quod lucernis aduolet, atq; ita exhaustis alis, concidat, pereatq;.

Ipso cratere.

Ipso cratere contingant mala. Dictitari solitum de his, in quos recidit, quod per insidias in alios moliebantur. Craterem enim quasi malorum fontem uocat. Vnde κρατὴρ κακῶν, id est, Crater malorum.

Docui te urinandi artem, & tu me uis demergere.

In eos quadrat, qui benefacta malefactis retaliant.

Fecem bibat, qui uinum bibit. Aristoph.

Qui fruitus sit optimis, eundem boni consulere debere deteriora.

Ὅμως τ' ἐπιδὴ κἀτὸν οἶνον ἤξιες
πίνειν, συνεκποτέον εἶσι κἀτὴν τρύγα. Id est.
At ubi haud grauatus bibere uinum es, fex item
Tibi nunc eidem est ebibenda scilicet.

MALVM MALE VITATVM.

Fumum fugiens, in ignem incidi.

Κάπνον γε φεύγων, εἰς δ' ὦν πῦρ ἐμπέπτωκα. Lucianus.

Dum uito fumum flammam in ipsam decidi. Horat.
In uicium ducit culpæ fuga, si caret arte.

Euitata Charybdi, in Scyllam incidi.

Τὸν χάρυβδιν ἐκφυγὼν τῇ σκύλλῃ ἐμπέπτωκα.

Dum uito grauius malum, in alterum diuersum incidi. Sumptum adagiū ab Homerica fabula, quę narrat Vlyssem dum metu Charybdis propius ad Scyllam nauē admouet, sex è comitū suorum numero perdidisse.

Ne cinerem uitans, in prunas incidas.

Μὴ τέφραν φεύγων εἰς ἀνθρακίαν πέσῃς.

Id est, Ne cinerem fugiens, in carbonariam incidas.

Apostoli. *Cucurrit quispiam, ne pluuia madesceret, & in foueam præfocatus est.*

Vbi quis leuius malum incautius fugiens, in maximum incurrit.

MALVM IMMEDICABILE.

Zenodot. *Chironium uulnus.* Χειρώνιον ἕλκος.

Immedicabile malum appellabant. Chiron in bello aduersus Centauros, ictus ab Hercule, uulnus immedicabile accepit in pede, unde periit.

Podex lotionem uincit.

Vide Ingenij malicia.

Aristoph. *Acesias medicatus est.* Ἀκεσίας ἰάσατο.

Dici solitũ de re, quæ semper uergeret in deterius, quoq; magis accuraretur, hoc peius haberet. Occasionem adagio dedit Acesias quidam medicus imperitus.

Plutarch. *Non liberat podagra calceus.*

Plutarchus: Οὔτε ποδάγρας ἀπαλλάττει καλτίκιος, οὔτε δακτυλίου πολυτελὴς παρεγγυχίας, οὔτε διάδημα κεφαλαλγίας. Id est, Nec podagra liberat calceolus, nec preciosus anulus unguium uicio, nec diadema capitis dolore. Plutarchus utitur ad hunc modum: Si diuitiæ reliquaq; fortunæ munera non tollunt morbos corporis, quanto minus mederi possunt animi malis?

MALVS VICINVS.

Aristoph. *Salsugimosa uicinia.* Ἁλμυρόμγκτόνημα.

De sterili, agresti, atq; inhumana uicinia dicebatur. Traductum ab agris mari finitimis, qui plerunque solent ad culturam inhabiles esse.

Plautus. *Aliquid mali propter uicinum malum.*

Admonet uti bonorum cõuictum & consuetudinẽ expetamus, à malis nos q̃ maximè possumus, abducamus.

Plutarch. *Si iuxta claudum habites, subclaudicare disces.*

Ag

Ἀρχωλῷ πρὸς ἀκήσης ὑποσκάζειν μαθήσῃς.

Prouerbium admonet periculosam improborum hominum consuetudinem uitandam.

MANSVETVDO.

Mactata hostia lenior. Horatius.

Horatius: Mactata ueniet lenior hostia. De spontaneis ac mansueris. Sumptum est à sacrificijs, in quibus explorabatur hostia, ducto per frontem cultro, idq; mactare uocabant. Vnde qui spectata sunt uirtute, eos mactos uirtute uocant.

Auricula infima mollior. Cicero.

Tullius usurpat in Epistolis: Translata metaphora ab ea auriculæ parte, qua non est aliud in humano corpore mollius aut flexibilius.

Sedens columba. Ἡμλὴν πελειάς. Suidas.

Suidas indicat dici solitũ de supra modum mansuetis ac simplicibus. Nam colũbæ quũ auolãt, fallũt cæteras pernicitate uolatus: quũ sedent, nihil mitius ac simplicius.

Spongia mollior.

Ad eandem formam dicebatur: Pepone mollior, Mitior malua. Item: Cinædo mollior. Prisci saltatores & panto mimos cinædos uocabant.

Apio mollior, aut mitior. Ἀπίου πεπαίτερος. Theocri.

Id est, Apio mitior. Est autem apius Græcis raphanus, aut piri genus.

Oleo tranquillior. Plautus.

In homines minimè iracũdos, lenique ingenio præditos. Aliquoris natura sumpta.

Mitior columba. Πραότερος περιστερᾶς. Diogeni.

Id est, Mansuetior colũba. Columbina simplicitas ubiq; laudatur.

Cera tractabilior. Κηροῦ εὐπλατέστερος.

De uehementer docili dicebatur, aut de ingenio facili tractabilique, & in quemuis habitum sequaci. Horatius:

Cereus

Cereus in uicium flecti, monitoribus asper.

MEMORIA.

Cicero. *Iucundi acti labores.*

Ex ipsa hominum natura sumptum adagium. Est enim hoc insitum omnibus, ut iucunda cuique sit anteactorum malorum, aut periculorum secura recordatio, commemoratioque præsertim insignium fatalium.

Amphis. *Quæ dolent, molestum est contingere.*

Vnusquisque inuitus audit sua incommoda, maximè ea, quæ sint cum aliqua infamia coniuncta. Velut turpitudinem generis, uicium formæ, &c.

Plutarch. *Vbi quis dolet ibidem & manum habet.*

Ὅπου τις ἄλγει, κεῖσε καὶ τὴν χεῖρ' ἔχει.

Id est, Vbi quis dolet, ibi & manum frequens habet. Tempestiuiter utemur, quum significabimus quempiam ea tractare, deque iis libenter uerba facere, quæ mouent animum. Plutarchus huc torquet, ubi quid siue dolet, siue delectat, ibi quisque linguam habet.

Vergil. *Aurem uellere.*

Aurem uellere ueteres dicebant admonere: à prisco ritu sumpta figura, quo in ius ducturi quempiam, aurem uellicabant, attestantes eum, quem quasi testem meminisse uolebant.

Iucunda malorum præteritorum memoria.

Ἀλλ' ἡδὺ τὸμ σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων.

Id est, Meminisse laborum suaue, qui seruatus est.

Seneca. *Ignarium dare.*

Stimulis fodere: Fodere latus. Tangere aliquem cubito. His gestibus admonemus quemadmodum & uellendo aurem. De lapide pyrite tractum, quem alij uium, nonnulli ignarium uocant. Plura quære loco, Incitare.

Martialis. *Tanquam meum nomen, tanquam digitos.*

Tanquam meum nomen, & tanquam meos digitos teneo,

neo, si quando promptam certamq; memoriam significare uolumus. Martialis:

Totis diebus A fer hæc mihi narras.
Et teneo melius ista, quam meum nomen. Iuuenalis:
Tanquam ungues, digitosq; suos.

METVS EX CONSCIENTIA.

Fures clamorem. Οἱ φῶρες τὸ βοᾶν.

Subaudiendum, timent aut senserũt. Quadrabit in eos, qui sibi conscij metuunt ne deprehendantur. Habet hoc autem, cum omnis malefacti conscientia, tum præcipuè furti, ut hominem trepidum reddat ac lucifugam.

Lupus aquilam fugit. Λύκος ἀετὸν φεύγει. Diogenianus.

Vbi periculum imminens euitari non potest. Aquilam enim, alata quum sit, frustra lupus fugit.

Lupus ante clamorem festinat.

Λύκος πρὸ τῆς βοῆς σπεύδει. Idem.

Vbi quis admissi conscius, ultrò timet, priusquam accusetur.

Conscientia mille testes.

Heu quàm difficile est crimen non prodere uultu. Sensus interprete non eget. Quintil.

METVS POENAE.

Funiculum fugiunt miniatum.

Τὸ καινίον φεύγουσι τὸ μεμιλτωμένον. Aristoph.

Id est, Vitant Sinopi collitam restim rubra. Aptè dicetur ubi quis properat officio suo fungi, nõ ex animo, sed ne in mulctam incidat. Athenienſium magistratus funem pararant rubro colore, quem minium uocant Latini, nonnulli cinabarum appellant, oblitum. Hoc duo mimistri publici populum cingentes agebant in concionem. Studebat quisq; funiculũ effugere, propterea quòd quisquis colore notatus appareret contagio funis, is mulctã pendere cogebatur.

Manum de tabula. Cicero.

M. Tul.

Marcus Tullius in epistola quadam: Heus tu manum de tabula. Magister adest citiùs, quàm putaramus. Peculiariter conueniet in scriptores plus satis acutos, & morosæ cuiusdam diligentiæ, qui sine fine premunt suas lucubrationes, semper aliquid addentes, adimentes, immutantes, &c.

Pythag. *Metus infamiæ.*

Cùm dicemus nos hominum de nobis opinione rumoribusq; commoueri, quò minus mutemus consilium, conueniet illud Hom. Αἰδέομαι τρῶας καὶ τρῳάδας ἐλκεσιπέπλους. Troianos ac Troianas uereorq; pudetq;.

Horatius. *Absq; baculo ne ingreditor.* Αὐτῷ ξύλῳ μὴ βάδιζε. Id est, Absq; ligno ne ingrediare. Inermis ne sis, uerùm semper ad manum sit quo depellas, si quis fortè quærat lædere.

Cautus enim metuit.

Homerus. Qui non ex animo, sed mali metu continent à maleficio, in eos quadrabunt hæ metaphoræ:

Cautus enim metuit foueam lupus, accipiterq;
Suspectos laqueos, adopertum miluius hamum.

In tempore cauenda pœna mali.

Quoties admonebis, ut multo antè occurratur malo, priusquam oppresserit nos, aut cessandum à peccando priusquam ingruat diuina uindicta, usui erit illud Homeri:

Ἀλλὰ πολὺ πρὶν
φραζώμεσθ' ὅπως μιν παυσόμεθ'. Id est,
Verùm nos multò antè modum finemq; uelimus
Ponere.

Samiorum mala metuis. Τὰ Σαμίων μὴ ὑποπτεύεις. Dictitatum de ijs, qui metuerent proditionem. Narrant Athenienses olim in Samios, quoscunq; cepissent, inclementius sæuisse, atq; alios interemisse, alios confixisse ma. Id est supplicij genus. Samij uicissim, si quos cepissent Athenienses, hos ad eundem modum cruciabant.

Hesychius. *Volam pedis ostendere.*

Ti

Τὸ κοῖλον τοῦ ποδὸς δεῖξαι.

Id est, Cauum siue uolam pedis ostendere. Dicuntur, qui in bello fugiunt. Dicitur & uulgò in fugaces, calcaneum ostendere. Vertere terga apud historicos.

Πρίτριμμα.

Πρίτριμμα probrosè dicitur, qui sese per omne rerum genus uoluit. In molles ac meticulosos.

MINANTIS.

Et meum telum cuspidem habet acuminatam. Homerus.

Restè utemur, quoties fatebimur nos inferiores quidē esse, uerùm non deesse tamen, quo queamus nocere. Ouidius:

Et mihi sunt uires, & mea tela nocent.

Si tibi machæra est, & nobis urbina est domi. Plautus.

Plautus in Bacchidibus: Quoties malum malo opponitur. Nam machæra & urbina, utrunq; teli genus est. Similimum illis: Par pari, & malo nodo malus quærendus cuneus.

Aeacidinæ minæ. Idem.

Non sine prouerbij specie dictum est, pro atrocibus ac superbissimis minis.

Ψοφόπυρα οἷον τὰ σά.

De minis ac terriculis inanibus, aut quum ostenditur arte periculum, quum re nullum sit periculum. Transfluxum à militari astutia, qua fit ut ad territandos homines noctu diuersis locis ignes incendant, ut ingens exercitus esse credatur. Eos ignes assimulatos ψοφοπύρα uocant.

Complurium thriorum ego strepitum audiui. Aristoph.

πολλῶν ἐγὼ θρίων ψόφους ἀκήκοα.

Id est, Thriorum ego strepitum audiū complurium. Senarius est prouerbialis, quo minas & inanem clamorē nos contemnere significamus. Porrò thria à Græcis dicun-

dicuntur ficulnea folia, quæ quum incenduntur, minacem quendam èdunt strepitum.

Ollam alere. Χύτραν τρέφειν.

Suidas. Dicebantur, qui metum ostenderent quo deterrerent quempiam. Veluti si quis præsidium alicubi collatum habeat, quo minus uicini res nouas moliantur. Sumptum à more ciuitatis Athenien sis, in qua ollas in tectis dispo nere consueuerunt, ad deterrendas ululas, quarum illic maxima uis. Nam ollarũ strepitum omne genus auium reformidat.

Ferrum & flamma.

Quum exitiabile bellum significamus, ferrò, flammáq; rem geri dicimus, siue ferro, ignìq;.

Cicero. *Igni, ferróq; minari.*

Qui extremam denunciant inimicitiam, igni, ferro'que *minari dicuntur*. *Venustius erit, quoties ad animi res transfertur, ueluti si quis dicat philosophos cupiam igni, ferróq; minitari, quòd in eum parent atrociter scribere.*

Aristoph. *Tolle calcar.* Αἶρε πολλὴν ἀμυντήριον

Id est, Tolle calcar ultorium. In eum dici solitũ, qui iam ultionem parat. A gallis metaphora sumpta pugnaturis, quibus ferrei stimuli quidam alligari solent, quò se tueantur inter certandum.

Homerus. *Qui paratus ad resistendum.*

Qui significare uolet, se nequaquam detrectare certamen, sed abunde suppetere quo partes tueatur suas, usurpabit illud ex Iliad. N.

Τῷ μοι δούρατά ἐισι καὶ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι
Καὶ κόρυθες καὶ θώρηκες λαμπρὸν γανόωντες. Id est,
Et mihi sunt hastæ teretes, clypeíq; rotundi.
Tum galeæ, tum thoraces procul igne micantes.

Ne mihi uacuam abstergas.

Theocri. Μή μοι κενεὰν ἀπομάξῃς.

Subaudiendum autem γναθὸν, χεῖρα, aut simile quiddam.

Appa-

Apparet esse comminantis, aut timentis alapam.

MIRA NOVA.

Agamemnonij putei. Ἀγαμεμνόνια φρέατα. Zenodot.

De nouis & admirandis operibus dicebatur. Aiunt enim Agamẽnonem & circa Aulidem, & passim in omni Græcia puteos effodisse, ne per æstum aquarum inopia laborari posset.

Annus clibanum. Ἄννος κλίβανον. Suidas.

In eos olim dicebatur, qui nouæ quippiam rei reperissent. Nam Annus quidam Aegyptius clibanorũ usum, in quibus panes coquerentur, fertur excogitasse. Siquidem prisci pulte, polenta'q; uictitabãt, cocti panis usum nescientes.

Cyziceni stateres. Κυζικηνοὶ στατῆρες. Idem.

Videtur fore locus prouerbio, quum hominem significamus inæqualem, ac sui dissimilem: aut, qui longè aliud agat, quàm præ se ferat. Quemadmodum numi Cyziceni ex uno latere Cybelen ostendebant effœminatam, ex altero leonem.

Cornicum oculos configere. Cicero.

Is uidetur cornicum oculos configere, qui perspicacissimis, oculatissimis'q; uisum adimat, offundat'q; tenebras: aut quisquis ea, quæ antiquitas magno consensu approbauit, damnare, ac rescindere, conuellere'q; conetur: aut nouo inuento ueterem eruditionem obscurare.

Ἀπ' ἀκρα φυσίου.

Prouerbialiter dicebatur, pro eo quod est, recens ab officina profectum, perinde quasi modò productum à follibus, æraria'q; fornace.

Glauci ars. Γλαύκου τέχνη.

Conuenit uel in opus celeriter absoluũ, uel in id quod Zenodo.
est arte summa, summa'q; cura elaboratum. Quidam ortum existimant à Glauco quodam Samio. Alij à Libyco quodam, &c.

Horatius. *Tenui filo.*

Pro stylo subtiliori, minusq; grandiloqua oratiõe, nam rhetores tres faciunt orationis χαρακτῆρας: grandem, tenuem, & mediocrem. Sumpta metaphora à nẽtibus, aut certè à textoribus. Horat. Tenui deducta poëmata filo: Cui diuersum erit, crasso filo, crassiore filo.

Plautus. *Agas asellum.*

Fortasse legendum, agaso asellum. Atq; ita sensus erit, unumquẽq; facere, quæ se digna sint. Depotant nepotes, decoquit lurco, digladiatur miles, peierat leno, mentitur aduocatus.

Strabo. *Magna ciuitas, magna solitudo.*

Quadrabit in urbes aut domos, agros aut hortos, aut id genus quippiam, amplum quidem & spacioſum, sed parum excultum. Aut in librum ingentem quidem, uerũm impolitum & illimatum.

Pericles. *Ad id quod erat opus.* Εἰς τὸ δέον.

Id est, In id quod erat opus. Subaudiendum in sumpsi aut simile quiddam. Natum aiunt ex oratione Periclis. Narrant hunc datis pecuniis impetrasse ab Astyonacte Lacedæmoniorum rege qui iam bellum parabat, ut ex Attica discederet. Deinde cùm esset populo rationem eius pecuniæ redditurus, puderetq; palàm titulũ insumptæ pecuniæ proloqui, tectè significauit, εἰς τὸ δέον, inquiens, Ἀνάλωσα τοσαῦτα τάλαντα εἰς τὸ δέον. Id est, in usus necessarios tantum talentorum insumpsi. Eleganter per iocum torquebitur in eos qui sic administrarũt pecuniam alienã, ut non possint idoneam rationem reddere.

Plutarch. *Cercyrea scutica.* κερκυραϊκὰ λάϕῳ.

Id est, Cercyræum flagrum. De re superuacaneo cultu ornata. Quadrabit & in ea quibus ornatus additur neutiquam decorus & congruus. Cercyræis, quoniam crebris seditionibus agitabantur, mos erat gestare flagra ingeniosa, ansis eburneis exornata.

Facit item ad hunc locum alibi adductum:

Carcini poëmata.

Mixta

Πενταπλόα. Athenæus

Athenæus libro XI. commemorat poculi genus, quod olim πενταπλοῦν dicebatur, quod in publicis ludis adhibebatur. Ephebi quidam cursu cõtendebant Athenas. Current autem gestantes uiteum ramum onustum fructu, qui dicebatur ὄχος. Initium cursus erat à templo Bacchi usq; ad templum Palladis, cui cognomen σκιρράς. Victor in eo certamine capiebat calicem dictum πενταπλοῦν atque ita tripudiabat in chorea. Nomen inditum calici, quòd in eo quinque rerum species essent commixtæ: uinum, mel, caseus, farina & paululum olei. Accommodari poterit ad orationem exuarijs argumentis consarcinatam.

Copiæ cornu.

Vide, Bona fortunæ.

Centones.

Vide adagium: Farcire centones.

MODESTIA, MODVSQVE.

Demittere sese ad aliorum mediocritatem.

Vbi quis morderatur data opera uires suas ad aliorũ mediocritatem. Veluti si quis præceptor tradat auditoribus, non quantum ipse docere posset, sed quantum illi capere, conueniet illud Homeri:

Η δὶ μάλ' ἀνιόχευεν ὅπως ἅμ' ἅπασαι πτεροῖσι.
Ἀμφίπολοι τ' Ὀδυσῆος τε, νόῳ δ' ἐπίσαλλεν ἰμάσθλην. Id est,
Hæc ita lora regens, pedes ut comes iret Vlysses
Tum comitum quoq; turba, modo ratione q; certa
Instigat scutica.

Nosce teipsum. Γνῶθι σεαυτόν. Plato.

In quo modestiæ, mediocritatisq; commendatio est, ne nobis uel maiora, uel etiam indigna sequamur. Iuuenalis: E cœlo descendit, γνῶθι σεαυτόν.

In se descendere. Persius.

Est sua ipsius uicia quempiam inspicere. Persius:

Vt nemo in se se tentat descendere nemo:

Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo.

Plinius. *In tuum ipſius ſinum inſpue.*

Iubet hominem aliena uicia taxantem, in ſuum ipſius ſinum inſpuere.

Athenæus. *Ter abſtergere.*

Refert Athenæus lib. 1. priſcos ad depellenda mala ſolitos ter abſtergi.

Τρὶς δ' ἀπομαξαμένοισι θεοὶ δώσουσιν ἄμεινον. Id eſt,
Ter uerò abſterſis, melius bona numina donant.

Secum uiuere.

Confine eſt cum illo: Tecum habita.

Cicero. *Contrahere uela.*

Pro eo quod eſt, reprimere ſeſe, & cautius agere. Sumptum eſt à nautis, qui uehementius ſpirante uento uela contrahunt, quò tutius nauigẽt: uento languidiore pandunt, captantes auram.

Porphyr. *Intra tuam pelliculam te contine.*

Quo uetamur obliti ſortis noſtræ, maiora conari, quàm pro noſtra facultate. Id ſumptũ ab aſino illo Cumano, quem apologi fabulantur adaptaſſe ſibi leonis exuuium atq; ita ſeſe ad tempus pro leone geſſiſſe. Martialis:

Luſiſti, inquit, ſatis eſt, ſed te mihi crede memento,
Intra pelliculam credo tenere tuam.

Perſius. *Tecum habita.*

Perſius: Tecũ habita, & noris, quàm ſit tibi curta ſuppellex: id eſt, Domi tuæ uiuito, ut intelligas quàm tenuis ſit fortuna tua.

Efficimus pro noſtris opibus mœnia.

Plautus. Vulgò dicitur hodie: puſillæ auiculæ puſillos nidulos conſtruunt.

Plutarch. *Manu ſerendum, non thylaco.*

Τῇ χειρὶ δεῖ σπείρειν, ἀλλὰ μὴ ὅλῳ τῷ θυλάκῳ.
Manu ſementem facere oportet, non autem tota corbe. Modus in omni re ſeruandus. Ductum ab agricolis.

Ita

Ita fugias, ne præter casam. Terētius.

Terent. in Phor. Donatus ad hunc modum enarrat: Ita fugito, ne tuam casam prætermittas, quæ sit tibi tutissimum receptaculum. Quidam enim calore fugiendi etiã ea præcurrunt, ubi commodè poterant quiescere. Quod unica uoce Græci παραφίρειν uocant.

Arabius tibicen. Ἀράβιος αὐλητής. Menãder.

Aut Arabicus nuncius. In eos dici solitum, qui à semel cœptis nunquam desistunt. Quod uicĩ Flaccus cantoribus peculiare esse scribit.

Ne uites musicã. Μὴ κακόζηλ τὴν μουσικήν. Plutarch.

Id est, Ne loquaris discrepantia, ne noua moliaris.

Nihil minus expedit, quàm agrũ optimè colere. Plinius.

Admonet adagium, modum rerum omnium utilissimum. Bene colere necessarium est, optimè damnosum. Terent. in Phorm. Nostrapte culpa facimus, ut malos expediat esse, dum nimium dici nos bonos studemus & benignos.

Ne quid nimis. Μηδὲν ἄγαν. Terētius.

Homerus Odiss. O.

Νεμεσσῶμαι δὲ καὶ ἄλλῳ
Ἀνδρὶ ξεινοδόκῳ, ὅς κ' ἔξοχα μὲν φιλέοιμεν,
Ἔξοχα δ' ἐχθαίροιμεν· ἀμείνων δ' ἄϊσιμα πάντα.
Mihi nequaquam is placet hospes,
Qui ualde præterq; modum simul odit amatq;:
Sed puto rectius esse ut sint mediocria cuncta.

Dimidium plus toto. Πλέον ἥμισυ παντός.

Quo commendatur aurea mediocritas. Siquidem qui dimidio contentus est, is in medio consistit.

Vbi paueris impera. Παυσάμενος ἐπίταξε.

Id est, Præcipito postquam satiaueris esca. Ad eum modum respondent mulieres cuipiam obiurganti, quòd loquaciores essent, & silentium imperanti. Conueniet ubi quis imperiosior est in eos, de quibus nihil est meritus.

Seneca. *Domus recta.*

Seneca domum rectam uulgò uocat, non quidem opulentam & ambitiosam, sed cui nihil desit iustæ suppellectilis.

Neq; Lydorum carycas.

Suidas. Μήτε λυδῶν μάρυκας, μήτε μασίγων ψόφους.

Id est, Neq; Lydorum condimenta, neq; flagrorum crepitus. Dici solitum, quoties mediocrem uitæ rationem, aut conditionem significarent, quæ pariter & à summis deliciis, & ab extremis malis abessent. Venustius erit, si ad animi res trãsferatur, uelut ad orationem, nec omnino rusticam, nec operosius expolitam.

Theocri. *Neq; pessimus, neq; primus.*

Mediocritatem hoc pacto significare licebit, οὔτε κάκιστος οὔτε πρῶτος, id est, Neq; pessimus, at nec primus. Lepidius fiet si ad ingenij laudem transferatur.

Funem abrumpere nimium tendendo.

Lucianus. Ἀποῤῥαγήσεται τεινόμενον τὸ καλῶδιον.

Id est, Abrumpetur tensus funiculus. In eos, qui dum extrema experiuntur, alienãt à se eos cum quibus agunt, & uniuersæ rei iacturam faciunt, dum plus satis attenti sunt ad lucrũ. Furor fit læsa sæpius patientia. Huic simile: Qui nimium emungit fortiter, elicit sanguinem. Seneca: Bonus animus læsus, grauius multò irascitur.

Lucianus. *Ne supra pedem calceus.*

Μὴ ὑπὲρ τὸν πόδα τὸ ὑπόδημα.

Id est, Ne ultra pedem calceus, id est, ne maiora uiribus suscipias: Aut ne magnificentius te geras, quàm pro tua conditione.

Persius. *Messe tenus propria uiue.*

Sumptum facito pro modo facultatum tuarũ. Ab agricolis traductũ, qui sumptus annuis ágrorũ prouentibus metiuntur. Ad eandem sententiam pertinet: Tuo te metire pede. Horatius:

Iucun-

Iucundißima nauigatio iuxta terram, ambulatio iuxta mare. Plutarch.

Πλοῦς μὲν ὁ παρὰ γῆν, πεζὸς δ' ὁ παρὰ θάλατταν ἥδιστος.

Id est, Nauigatio iuxta terram, rursus ambulatio quæ iuxta mare, iucundissima est. Recta torquebitur ad eam sententiam, ut dicamus ita demum esse iucundissimũ unum quodq; , si diuersi generis admixtu tẽperatũ adhibeatur: uelut si in lusibus nõnihil eruditionis aspergas, rursum in studijs aliquid ludicrum admisceas.

Iucunda rerum uicißitudo. Aristotel.

Μεταβολὴ πάντων γλυκύ.

Id est, Iucũda rerum omnium uicissitudo. Varietas enim tantam in omni re uim habet, ut commendatione nouitatis, interdum & pessima pro optimis placeant.

Iniquum petendum, ut æquum feras. Quintil.

A negociatoribus ductum uideri potest, qui callidè merces longè minoris licentur, & multò pluris indicant quàm pro dignitate, quò pretium saltem æquum accipiant. Iactatur & uulgò uerbũ huiusmodi: Qui annititur ut auream quadrigam sibi comparet, unam certè rotam assequetur.

Summum cape, & medium habebis. Zenodot.

Ἄκρον λάβε, καὶ μέσον ἕξεις.

Id est, Summa cape, & medio potieris. Admonet ad res summas & egregias eniti. Sic enim futurum, ut ad mediocritatem perueniamus.

Pastillos Ruffillus olet, Gorgonius hircum. Horatius.

Horat. in Sermon. Dicendum uel in duos aliquos, diuersis laborantes uicijs, uel in eundem sui dissimilem, nempe modò loquaciorem quàm sat sit, modò impendiò taciturnum, interdum pueriliter ineptum, interdum Catone seueriorem, siquidem ut uicio dãdum, si quis hircum

oleat: ita adeque uituperandum, si quis oleat unguenta. Nam pastilli sunt pilulæ unguentariæ. Alterum spurci est, alterum mollis.

Plutarch. *Arcus tensus rumpitur.*

Τόξον μὲν ὥσφασι μὲ πιτεινόμενον ῥήγνυσθαι, ψυχὴ δὲ ἀνιεμένη.

Arcus quemadmodum aiunt, quum intenditur, rumpi solet: contra animus, quum remittitur.

Columel. *Oportet agrum imbecilliorem esse.*

Columella libro I. cap. III. Oportet agrum imbecilliorem esse quàm agricolam. Hoc ænigma sic explicuit Vergilius specie non minus prouerbiali: Laudato ingentia rura, Exiguum colito. Nec dubium quin minus reddat latus ager non rectè cultus, quàm angustus eximiè. Conueniet in eos, qui suscipiunt munus, cui gerendo sunt impares.

MOLESTI, INTOLERABILES.

Ferire frontem.

Qui supra modum & impotenter indignantur, frontem ferire dicuntur.

Plautus. *Lippo oculo similis.*

Video quosdam his moribus, ut eos æquo animo ferre non queas: rursus ita industrios & ad obsequium expositos, ut quoties sese offert occasio, non possis cauere, quin aliquid illis committas.

Cicero. *Ne bestiæ quidem ferre possent.*

Prouerbialis hyperbole est apud M. Tullium, qui idem in Catil. his uerbis exprimit. Ne pecudes quidem mihi passuræ esse uideantur.

Tota hulcus est.

Conueniet in hominem molestis moribus.

Homerus. *Improbitas muscæ.*

In improbum & subinde redeuntem, etiam si turpiter repellatur, quadrabit illud Homeri ex Iliad. P.

Καὶ

Καὶ δι μὺιης δάρδω ἐνὶ στήθεσσιν ἐνῆκεν.
Ἥ τε κοπὶ ἱργομένη μάλα περ χροὸς ἀνδρομέοιο
ἰχανάα λαικῆμ.

Atq; illi muscæ uim intra præcordia misit,
Quæ quamuis de pelle uiri sit sæpe repulsa,
Assultat morsura tamen.

Onus nauis. Ἄχθος νεώς.

In inertes & inutiles. Confine illi: Telluris inutile pondus.

Quos non tolerent centum Aegyptij. Eudemus.

Οὓς οὐκ ἄρουντ' ἂν οὐδ' ἑκατὸν αἰγύπτιοι.

Id est, Quos ferre nec centum queant Aegyptij. De molestis dici solitum, ac moribus intolerandis, seu fastu prætur gidis. Inde ductum, quòd Aegyptij plerique gestandis oneribus, quæstum non satis honestum factitare consueuerint.

Aegyptius laterifer. Suidas.

Αἰγύπτιος πλινθοφόρος.

Id est, Aegyptius laterum gestator. Quadrare uidetur in sordidum atque infimæ sortis hominem: aut in eum, qui molestis negocijs præmitur. Argumento est quòd Hebræi, quum apud illos agerent, adacti sunt luto lateribusq; gestandis, seruilem operam præstare Pharaoni. De mulis Marianis alibi reperies.

In culmo arare. Ἐπὶ καλάμης ἀρᾶν. Idem.

Id est, In stipula arare: dicuntur, qui labore nunquam intermisso uim mentis exhauriunt: aut qui nunquam desinunt ab amicis petere quod dent. Sumpta metaphora à nimium auidis agricolis, qui assidua cultura succum omnem soli exhauriunt, statim à messe nouam ingerentes sementem.

Qui conturbat omnia. Homerus.

In eum, qui maximas undiq; ciet turbas, aptè torquebitur illud Homeri:

Πάσας δ' ὀρόθυνεν ἀϋτάς.

παντοίων ἀνέμων.
Omnes omnigenum ille procellas
Ventorum ciet.

Anno senior fio.

Quoties aliquid nobis magnopere molestum significamus, senescere nos etiam uulgo dicimus. Homerus indicat tædio molestiaq; conciliari senium.

Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ κατακράσκουσι.
Ilico mortales inter mala multa senescunt.

Suidas. ***Vt fici oculis incumbunt.***

Ὡσπερ αἱ τὰ σῦκα ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔφυ.

Id est, Quemadmodum fici oculis innati. De iis dicebatur, qui pertinaciter urgerent, premerentq; negocii aliquod. *Sumpta similitudine à ficis, hoc est uicio quod oculis adnascitur, nec facilè potest auelli. Accommodabitur haudquaquam ineptè in principes, & principũ optimates, & in medicantes, &c.*

Aristoph. *Ἀγουσι κῳὴ φέρουσι.*

Pro eo quod est, hostili more *populantur, aut uexant.* Translatum uidetur à more militari, *quod illic homines* & iumenta aguntur, sarcinæ feruntur.

Manicoro uinculo. Χειροθρῶτι δεσμῷ.

Zenodot. *Sic quispiam appellauit manicas uestium Pontificarum, quod manus offendant, atterantq;*

Plutarch. ***Athos celat later Lemniæ bouis.***

Ἄθως καλύπτει πλευρὰ λημνίας βοός. *Id est,*

Athos obumbrat latera Lemniæ bouis.

Vbi quis officit aut molestus est, aut gloriam cuiuspiam obscurat, aut alioquin obfiftit. Tradũt in Lemno bouis fuisse simulachrum ingẽs, candido factum lapide. Id Athos mons tametsi longo dissitus interuallo, tamen ob summam celsitudinem, obscurat umbra sua.

Gellius. ***Aetna, Athon.***

Aetnam & Athonem montes, in molestiæ tædiiq; prouerbium abiisse Lucilius testatur. Aetna mons Siciliæ, cre-

crebris incendijs grauis ac pernicioſus eſt accolis: Vnde Mar. Tullius dixit onus Aetna grauius. De Atho uerò, quòd ob ingentẽ celſitudinem umbra ſit moleſtus, quam in Lemnum uſq; trecentis diſſitam ſtadijs mittit.

MVLTI.

Non una uehit nauis. Οὐ μία ναῦς ἄγει. Theogn.

Quo conueniet uti, quoties maiorem hominum multitudinẽ ſignificamus, quàm ut eos una nauis poſſit capere. Veluti ſi dicas: Indoctos non una nauis uehat.

Pueri ſenesq;.

Omnes fermè huiuſmodi figuræ prouerbiales ſunt, quæ conſtant ex contrarijs: Maximi minimiq;. Iuuenesq; ſenesq;. Dijs atq; hominibus. Horatius: Plato.

Parui properemus & ampli.

MVNERVM CORRVPTELA.

Argentanginam patitur. Plutarch.

Ἀργυραγχικὸν πάσχει.

Natum à Demoſthene pecunia corrupto, ne contra Mileſiorum legatos diceret. Quum res foret agenda, Demoſthenes multa lana collo circumuoluto in concionem prodijt fingens ſeſe συνάγχην, id eſt, anginam pati, neque per morbum poſſe dicere. Quod ſentiens è populo quiſpiam, exclamabat, eum non συνάγχην, ſed ἀργυράγχην pati.

Bos in lingua. Βοῦς ἐπὶ γλώττης. Plinius.

In eos, qui non audẽt liberè quod ſentiũt dicere. Tranſlatum uel à robore animantis, quaſi linguam opprimens, non ſinat eam eloqui. Vel hinc, quòd Athenienſium numiſma quondam bouis obtinuit figuram.

Bouem in faucibus portat. Gellius.

Βοῦς ἐπὶ γνάθοις φέρει.

In edacem olim dicebatur. Natum uti coniicio uel à Theagne athleta Thaſio, uel à Croroniata, quorum alter bouem ſolidum ſolus comedit, alter in Olympijs taurum quadrimum humeris ſuſtulit, ac ſtadij ſpacio geſtauit, eumq;

eumq; eodem die solus comedit. Cuius rei meminit Aulus Gellius.

Lupi illum priores uiderunt.

Vergilius. In raucum dicitur, & cui uox repentè sit adempta. Festiuius dicitur in eos, qui metu alicuius obticescũt, alioqui feroces. Vergilius in Aegloga Mœris: Vox quoque Mœrin lam fugit ipsa, lupi Mœrin uidere priores. Seruius refert ineſſe eam uim lupis, ut si quem hominem priores uiderint ei uocem adimant.

Diogeni. *Malis ferire.* Μήλοις βάλλειν.

Id est, Malis petere. Dicuntur, qui muneribus assequi student, quod optant: aut qui donis prouocant ad amorem mutuum. Ducta est allegoria à fabula Atlante, quã Hippomenes cursu superauit, sed arte proiectis intercurrendum malis aureis, in quibus sublegẽdis, dum puella subinde remoratur, præcessit ac uicit iuuenis.

Ouidius. *Muneribus uel dij capiuntur.*

Ouid. Munera, crede mihi, placant homines q; deosq;:
Placatur donis Iuppiter ipse datis.

Celebratur & hic uersiculus, quẽ etiam usurpauit Plato
Δῶρα θεοὺς πείθει καὶ αἰδοίους βασιλῆας.
Cum diuis flectunt uenerandos munera reges.

Vnde Seneca: Omnium esse dulcissimum accipere.

Virtutem & sapientiam uincunt testudines.

τὰμ ἀρετὰμ καὶ τὰν σοφίαν νικᾶν χελῶναι.

Id est, Et uirtus testudinibus, & sapientia cedit. Est autem uelut ænigma, innuens pecuniam longè plus posse, quàm aut uirtutem aut sapientiam. Antiquitus enim Peloponnesiorum numisma χελώνη, id est, testudo dicebatur, propter insculptam in eo testudinis imaginem. Consimili figura dictum est & illud: multas noctuas sub tegulis latere.

Aristoph. *Dorica musa.* Δωρικὴ μοῦσα.

De munerum auidis. Aristophanes in Equitibus iocatur in Cleontem, quòd nullam aliam musicam discere potuit

potuit, quàm Doricam. Videlicet alludens ad notissimas harmoniarum species, Doricam, Lydiam, Phrygiam, & Bœoticam.

Pecuniæ obediunt omnia. Ecclesiastes.

Apud Ecclesiasten cap. X. Proinde Horatius pecuniã reginam appellat.

Scilicet uxorem cum dote, fidemq́, & amicos,
Et genus & formam regina pecunia donat.

Munerum corruptela. Homerus.

In eum, qui rem auro dolisq́ aggreditur, non infestiuiter torseris illud Homeri Odyss. E.

Corripuit uirgam, qua mulcet lumina somno.
Quorumcunq; uelit, soluit quoq; lumina somno.

Muneribus res agitur. Homerus.

Qui dicit non esse locum rectè factis & æquis rationibus, sed largitione & assentatione omnem rem peragi, poterit illud Homeri accommodare ex Iliad. I.

Δώροισίν τ' ἀγανοῖσιν, ἔπεσί τε μειλιχίοισι. Id est,
Et donis permagnificis, & lenibus dictis.

Argenteis hastis pugnare.

Ἀργυρέαις λόγχαις μάχεσθαι.

Dicitur, qui quum negocium alio pacto confici nequit, muneribus & largitione perficiunt. Nihil autem tam arduum, quod pecunia non explicetur. Tullius: Nihil esse tam sanctum, quod nõ uiolari: nihil tam munitũ, quod non expugnari pecunia possit.

Qui multa rapuerit, pauca suffragantibus dederit, saluus erit.

Ὁ πολλὰ κλέψας, ὀλίγα δοὺς, ἐκφεύξεται.

Id est, Qui multa tollit, pauca dat, seruabitur. Admonet adagium, non nisi multum furibus surripiendum, ut supersit quo iudicem, si fortè sit opus, corrumpant, atque exoculent. Cæterùm qui parua tollunt, deprehensi pendent, utpote quibus nihil sit quod impartiant præfectis.

Vul-

Suidas. *Vulpes haud corrumpitur muneribus.*

Αλώπηξ οὐ δωροκήτης.

De callidis ac uersutis, quos haud facilè fit obiecto munusculo, aut assentatiuncula, pollicitisue fallere. Aues quędam esca capiuntur, uulpes non item.

Homerus. *Corrupta iudicia.*

In eos, qui corruptè iudicant, aut suffragium ferunt, aut qui per tyrannidem leges opprimunt, competet illud Homeri ex Iliad. π.

Οἵ βίην ἐν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας
Ἐκ δὲ δίκην ἐλάσωσι, θεῶν ὅτιν οὐκ ἀλέγοντες. Id est,
Qui per uim in populi cœtu communia iura
Deprauant, ac iustitiam depellere tentant,
Nil ueriti uocem diuûm.

Cicero. *Faba nummus.*

Dictum est olim fabis ferri solita suffragia, quod innuisse Pythagoram existimant, quum uetaret edere fabas. Corrupta itaq; suffragia lepidissimo tropo significauit M. Tullius.

Idem. *Guttam aspergere.*

Quum ex magno lucro paululum quiddā alicui decidit, guttam aspergi dicimus. Hinc & guttatim fieri dicitur, quod fit paulatim. Et guttatim donat, qui sæpe, sed minuta largitur.

Saluete equorum filiæ.

Apparet ioco uulgari fuisse iactatum in eos, qui emolumenti gratia blandiuntur.

Pecuniosus damnari non potest.

Cicero. M. Tullius ait hoc omnium sermone percrebuisse, non apud Romanos tantùm, uerùm etiam apud exteras nationes, in iudiciis illorum temporum, pecuniosum, quāuis sit nocens, neminem posse damnari. Huic affine est Romæ esse uenalia omnia.

MVNVS NON MVNVS.

Cyclo-

Cyclopis donum. Κύκλωπος δόρεά. Lucianus.

Id est, Cyclopis munus. Pro eo quod est, munus inutile. Cuiusmodi sunt fermè tyrannorum & latronum beneficia, qui solēt hoc ipsum magni beneficij loco imputare, quòd aut minus aut serius noceant. Natum à Polyphemo, cui sæpius uinum dulce dederat Vlysses, spe muneris amplioris, quod promiserat illi.

Hostium munera non munera. Homerus.

Priscorum superstitio credidit, obseruanda uel maximè munera, à quibus quo animo mitterentur.

Οὕτως δὲ ἐχθρῶν αὐτοκτόνα δῶρα πέμπειτο δῶρα,
Εκ χάριτος προφάσει μοῖραν ἔχοντα μόρου.

Atq; ita ab hoste hosti ueniunt letalia dona,
Quæ studij specie fata necemq; ferunt.

Κακοῦ γὰρ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει.

Lædit, iuuat nil improbi munus uiri.

Affinia sunt: Mali uiri munera inutilia. Pauper diuiti dans, petit.

Malum munus.

Κακόν γε δῶρον ἴσον ὀβολῷ χρεία. Plutarch.

Id est, Munus malum est perinde uti dispendium. Nocet non iuuat, qui largitur noxia.

Qui in Delphis sacrificauerit, ipse carnes absumit.

Δελφοῖσι θύσας αὐτὸς ὀψονεῖ κρέας.

Id est, Carne ipsa Delphis immolata uescitur. Dici solitum de his, qui uocatis conuiuis, ipsi cibos appositos deuorant, ut illis spectare tantùm liceat, non uesci. In Delphicis enim sacris is qui immolarat uictimam, ea uescebatur. Adagium torqueri potest etiam ad illos, qui bene ficio quod alij dedisse uidētur, ipsi fruuntur. Vt episcopi nonnulli, nepotibus suis sacerdotia magnifica donant nonnunquam, sed ad pueros solus titulus redit, ad episcopos prouentus.

MVNVS APTVM, AVT INEPTVM.

Ranis uinum præministras. Zenodot.

Βατρά-

Βατράχοις οἶνον χέας.

Ranis uinũ infundis. In eum dicebatur, qui id ministraret, quo nihil opus esset ei, cui exhiberetur: ueluti si quis apud indoctos multa de philosophia disserat.

Quintil. *Non nostrum onus, bos clitellas.*

Prouerbium duplici forma poterit efferri. Boui clitellæ impositę sunt, ubi mandatum est negocũ parum aptos: Et, Bos clitellas? ut subaudias, ferat: ubi quis deprecatur prouinciam, cui sit parum idoneus. Neq; enim boum est clitellis tergo impositis, onera gestare, sed potius asinorum ac mulorum.

Homerus. *Negocium non aptum.*

Qui recusat munus aut prouinciam sibi parum accommodam, aut qui negabit accersere uelle sese quempiam ad id muneris, ad quod gerendum idoneus non uidebatur, usurpabit illud Homeri:

Ἵππους δ' οὐκ ἐθάκησ' οὐκ ἄξομαι.

Cæterũm equos Ithacam non duxero.

Non è quouis ligno fit Mercurius.

Theop. Οὐκ ἐκ παντὸς ξύλου ἑρμῆς ἂν γένοιτο.

Id est, Non è quouis ligno Mercurius fingi potest: id est, non omnium ingenia sunt accommodata disciplinis.

Officium humilius.

Homerus. Quum quis recusat munus tanquam humilius, parumq; sese dignum, applicabit illud Homeri ex Odyss. ρ

Οὐ γὰρ ἐπὶ σανίδεσσι μένειν ἔτι τηλίκος εἰμί. Id est,

Nam ut maneam in stabulis, iam non mea postulat ætas.

Apta prouincia.

Homerus. In eum, qui prouinciam suscipit suis aptam uiribus, abstinens à negocio cui sit impar, conueniet illud Homeri ex Iliad. π.

Εἵλετο ἄλκιμα λέκτρα τοὶ παλάμηφιν ἀρήρει,

Ἔγχος δ' οὐκ εἵλετ' οἷόν ἀμύμονος αἰακίδαο. Id est,

Qui

Quæ manibus quadrent, ingentes corripit hastas
Quasibet, ast hastam solam non sumit Achillis.

Nauis annosa haudquaquam nauigabit per mare.

Ναῦς παλαιὰ πόντον οὐχὶ πλώσεται. Diogenianus.

In eos qui iam ob ætatis imbecillitatem, ad res arduas obeundas, sustinendaq; pericula parum sunt idonei, ac primum pereunt oppressi negociorum magnitudine.

Putre salsamentum amat origanum.

Σαπρὸς τάριχος τὸ ὀρίγανον φιλεῖ. Athenæus.

Aptè dicetur de re per se parum honesta aut iucũda, atq; ob id exotĩcis condimentis & honestamentis egente. Veritas per se placet, honesta per se decent. Falsa fucis, turpia phaleris indigent.

Ad pedem. Πρὸς πόδα. Plato.

Id est, Iuxta pedem. Quod appositum & uehementer accõmodatũ est, id πρὸς πόδα dicebatur, sumpta metaphora à calceamentis, probè ad pedis mensuram quadrantibus. Suidas: Vt hoc meo negocium quadrat pedi.

Iuxta nauem. Κατὰ ναῦν.

Dicuntur, quæ digesta sunt ordine, quæq; quadrant ac congruunt, propterea quòd instrumenta nauium suo quæq; loco reponi soleant. Item, Iuxta nauem carbasa. Neq; enim omni nauigio quæuis uela congruunt.

Pygmæorum acrothinia colossa aptare. Philostr.

Ακροθίνια τῶν πυγμαίων κολοσσῷ ἐφαρμόζειν.

Dicebantur, qui inanem ac stultam sumerent operam, aut qui præter decorum minima maximis adaptarent. Colossi uastæ ac magnæ statuæ dicuntur. Porrò acrothinia Græcis primitiæ dicuntur, quòd hæ soleant è summo aceruo tolli, ἄκρον summum, & θῖνες frumentorum acerui.

Veneri suem immolauit.

Ἀφροδίτῃ ὦμ τέθυκεμ.

Dici solitum, ubi quis munus offert minimè gratum. Immolauit enim Veneri sus, propter Adonidē illius Amasium apri dente peremptum. Aut contrà, quum quis alium ingratiam alterius lædit.

Bos sub iugum. Βοῦς ἐπὶ ζυγόμ.

Vbi quis assiduè laborat, aut ubi quis se laboriosoinuoluit negocio. Dictum à bubus agricolis.

Cicero. *A Deo ficti.*

Qui uehementer ad aliquid natura compositi sunt, hos prouerbiali sermone ad hoc natos, factos, sculptos'que dicimus. Insignem autem naturæ dexteritatem Marcus Tullius eleganter expressit libro de Oratore I. Sunt autem, inquit, quidam ita naturæ muneribus in ipsdem rebus habiles, ita ornati, ut non nati, sed ab aliquo Deo facti uideantur.

MVNVS BONI CONSVLENDVM.

Phurnut. *Munerum animus optimus.*

Ξενίωμ δέ τε θυμὸς ἄριστος.

Hemistichium heroicum prouerbiale, quo significatur *in amicorum muneribus non esse spectandum rei missæ precium, sed mittentis potius animum.* Et quidam *monet, exiguum munus à tenui missum amico, perinde ut maximum, boni consulere.*

Nihil recusandum, quod donatur.

Homerus. Si quando dices nullum esse recusandum munus, quodcunque offertur, aut arripiendam esse quoties obtigerit alicuius occasio commoditatis, conueniet illud Homeri ex Odyss. 6.

Οὐ γὰρ κακὸμ ἀνήνασθαι δόσιμ ἐσθλήν. Id est,
Donum reiicere haudquaquam decet.

Strabo. *Donum quodcunq; aliquis dat, proba.*

Δῶρομ ὅτι δῷς ἐπαίνει.

Id est, Donum quodcunq; probato, Boni consulendum esse

esse munus, aut officium, cõsilium ue, quod offertur ab amico.

Arripienda quæ offeruntur.

Οἱ δ' ἐπ' ὀνείαθ' ἑτοῖμα προκείμενα χερσὶ βάλοντο Homerus.
ἄλλοθεν ἄλλος.

Quisque sibi appositis, si quid foret utile, promptas
Admouere manus.

Equi dentes inspicere donati.

Quum significabimus æqui boníq; consulendum, quaecunq; est quod non emitur, sed gratis donatur.

MVTANDAE SENTENTIAE.

Palinodiam canere. παλινῳδῆσαι. Plato.

Est diuersum ab his, quę prius dixeris, dicere, atq; in contrarium uertere sententiam. Sonat autem Græcè παλινῳδία, quasi dicas recantationem.

Calculum reducere. Cicero.

Est mutare factum, cuius te pœniteat, aut uertere consilium rei non satis commodè institutæ. Translatum apparet, aut à ratiocinantibus, aut quod est uero propius, à ludo latrunculario. Ad calculos uocare, est rationem inire & æstimare. Et ad calculos reuerti, est redire ad rationem.

Vertere uela. Funem reducere. Horatius.

Est in diuersum mutare sententiam. Persius: Quæ dederam suprà, repeto, funemq; reduco. Horatius: Nunc retrorsum Vela dare, atq; iterare cursus Cogor relictos. Translatum à nauigantibus, &c.

Consilium in melius commutandum. Homerus.

Si quando iubebimus mutare consilium, utpotè fœdum ac stultum: aut reprehẽdemus quippiam, ut inconsultè factum, usui fuerit illud Homeri ex Iliad. P.

Τίς τοι νῦν θεῶν νήκηρδέα βουλὴν
Ἐμβάλετ' ἀσπερχὲς θέτο δ' ἄλγιστον φρεσὶν ἄθλον. Id est,
Quis tibi consilium submisit inutile tandem

Diuorum, ſanamq; exemit pectore mentem.

Plautus. *Imitabor Nepam.*

Imitari Nepam dicitur, qui retrocedit. Nam Nepa, autore Feſt. Pomp. Afrorum ſidus, appellatur cancer, uel ut quidam putant, ſcorpius. Plautus in Caſſ. Retrouerſum cedam ad parietem, imitabor Nepam.

Homerus. *Reprehenſio cogitationis.*

Quum ipſi reprehendimus animi noſtri conſilium, aut cogitationem parum honeſtam aut parum utilem, locus fuerit huic Homeri uerſiculo ex Iliad. P.

Αλλὰ τίη μοι ταῦτα φίλῳ ἐνὶ ἤθελε θυμός.

Sed mihi cur animus ſecum hæc in pectore uerſat?

Talpum reponere. Τὸν τυφλὸν ἀναβιβάζειν.

Dicebantur, qui quod parum ex ſententia euenerat, curis, ut aiunt, poſterioribus corrigebant.

MVTATI INSTITVTI.

Nuces relinquere.

Perſius. Eſt omiſſis ſtudijs ac nugis puerilibus, ad grauiora magisq; ſeria conuerti. Perſius: Et nucibus facimus quæcunque relictis: Quum ſapimus patruos.

Ad hanc prouerbij formam pertinebunt, & reliquæ illæ figuræ: Nunquam à nucibus recedere, Redire ad nuces, Nuces abijcere, Nuces intermittere, Nucibus indulgere, Nuces repetere, atq; id genus alia.

Longum ualere iußit.

Lucianus. Μακρὰν χαίρειν φράσας ταῖς ἐντεῦθα τιμαῖς.

Id eſt, Honoribus qui hîc ſunt, longum ualere iuſſis. Ea figura quoties ad rem, non ad hominem refertur, haud dubiè prouerbialis eſt. Rem igitur, à qua nos abdicamus, ei renunciare dicimur, ac longum ualere.

Rudentes & remos cum armis commutauit.

Νῆϊα ἠδὲ κωπέας ἀνδ' ὅπλων ἤλλάξαντο.

Id eſt, Mutarunt armis remos & nautica uincla. Conue-

niet,

niet, ubi quis artem aut quæstum solitum relinquit gloriæ cupiditate commotus: uelut si quis è nauta fieret miles, è negociatore sacerdos.

Pro eleganti medico malus poëta. Plutarch.

Ἀντὶ χαρίεντος ἰατροῦ, κακὸς ποιητὴς καλεῖσθαι ἐπιθυμεῖς.

Id est, Pro uenusto medico malus poëta dici cupis. In eũ dici solitum, qui non contentus artis suæ professione in qua locum mediocrem obtinebat, pergit aliena profiteri, in quibus non perinde sit exercitatus, nec parem proinde gloriam reportaturus.

De calcaria in carbonariam. Tertul.

Quoties fit, ut à re proposita ad aliud quippiam longè diuersum digrediamur, de calcaria in carbonariam decurrere dicimur: siue quum ex uno malo in aliud diuersum incidimus.

De toga ad pallium. Idem.

Hæc nimirum indignitas erat, à toga ad pallium, cuius duplex erit usus: uel quum ad diuersum uitæ genus sese contulerit aliquis, uel quum à fortuna honestiore ad humiliorem: ueluti si quis ex aulico fiat monachus, aut è præfecto pedagogus, è Consule Rhetor. Confine illi: Ab equis ad asinos.

A Dorio ad Phrygium. Suidas.

Ἀπὸ Δωρίου ἐπὶ φρύγιον.

Vbi quis à temperatiore uita ad luxum conuertitur, aut à fortuna mediocri ad maiorem strepitũ. Apuleius Floridorum lib. primo palam indicat, Doricam musicam multò diuersissimam à Phrygia fuisse. Quandoquidem hæc ad religionem commouebat animum: illa ad bellum inflammabat.

Maritimus quum sis, ne uelis fieri terrestris. Aesopus.

Θαλάττιος ὢν μὴ ποτε χερσαῖος γένου.

Id est, Si sis marinus, abstine à terrestribus. Admonet

non, mutandam conditionem, ne in melius quidem. Mutuo ſumptum ex Apologo quodam Aeſopico: Cancer quidam relicto mari, cœpit in agro quodam paſci, ubi forte conſpectus à uulpe, protinus arreptus, ac deuoratus eſt.

Homerus. *Subitò alius.*

In hominem repentè mutatũ, quiq; ſubitò alius factus eſſe uideatur, torquebitur illud Homeri ex Iliad. π.

Αλλοῖός μοι ξεῖν' ἐφάνης νέον ἠὲ πάροιθεν. Id eſt,

Hoſpes nunc alius mihi, quàm dudum eſſe uideris.

Congruit huic illud Theocriti:

Ἀρά τις Ἠπίνας μὲ Διὸς βροτὸν ἄλλον ἔτευξεν.

Num quo alius ſubitò factus ſum numine diuũm?

Homerus. *Vlyſſes pannos exuit.*

Plutarchus hunc Homericum uerſum uſurpauit ex Odyſſeæ X.

Αὐτὰρ ὃ γυμνώθη ῥακέων πολύμητις ὀδυσσεύς. Id eſt,

Vilibus ac pannis mox eſt exutus Vlyſſes.

Accommodare licebit iis, qui genere uitæ ſubitò commutato è pauperibus diuites, è ſqualidis nitidi, è triſtibus hilares exiſtunt. Plutarchus torquet in adulatorem, qui Polypi more omnium ſtudiis ſeſe accõmodat. Nam Vlyſſes ſimulatq; pannos, in quibus mendicum apud porcos egerat, exutus, magnificis ueſtib⁹ ornatus eſſet, repentè uiſus eſt alius.

Sui diſſimilis.

Homerus. In ſui diſſimilem quadrabit illud Homeri ex Odyſſ. N.

Σὲ γὰρ αὖτὴν πάντα ἰδέσθαι. Id eſt,

Nunc alio, nunc rurſum, alio ſis obuia uultu.

Ad bonam frugem.

Tullius. Qui commutatis ad meliora ſtudia moribus reſipiſcũt, prouerbio dicebantur ad meliorem frugem ſeſe recipere. Ab agris, qui cultu redduntur frugiferi.

Qui multum obfuit.

Vide: Infortunij.

Cir-

Circeo poculo. Cicero.

De homine subito in alium mutato, sermone prouerbia li usus est Cicero Actione in Verrem I. Sed repentè è uestigio ex homine tanquam aliquo Circeo poculo factus est Verres, redit ad se atq; ad mores suos.

NECESSITAS.

Necessitas magistra. Garched.

Suidas ex Carchedonio citat hoc prouerbium.

Χρεία διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ, σοφόν.

Catum è rudi reddit magistra necessitas.

Necessitas excitat ingenium ad discendas artes.

Ineuitabile fatum. Homerus.

Quod homini fatis decretum est, id eueniet, In hanc sententiam Homerus Odyss. H.

Ἐνθα δ' ἔπειτα
πείσεται, ὅσσα οἱ Αἶσα κατακλῶθές τε βαρεῖαι
γεννομένῳ νήσαντο λίνῳ ὅτε μιν τέκε μήτηρ. Id est,
Post illic accidet illi,
Quod fatum, Parcæq; graues in stamine nerunt
Nascenti, tum quum matris promergeret aluo.

Nemo cogendus officij causa. Homerus.

Nullus hospes retinendus aduersus amici sententiam & inuitus. Nemo cogendus, ut cuiusquam utatur beneficio si nolit.

Fatum immutabile.

Diuina decreta non commutantur, humanæ leges pro tempore uariantur, ut mores & uoluntates. Homerus.

Fatis adactus. Idem.

In eum, qui non sponte, sed casu, ueluti fatis impellentibus, in aliquod uitæ genus incidit, congruet illud Homeri ex Odyss. E.

Τὸν δ' ἄρα λιγὺς ἄνεμός τε φέρων ἠ κῦμα κύλισε. Id est,
Ast hunc huc, uentusq; ferens, atq; appulit unda.

Fatis imputandum.

Quando hominem quempiam culpa liberamus, eamq; uel in fatum uel in fortunã reñcimus, usurpare licebit illud Homeri ex Iliad. γ.

Οὔ τοι μοι αἰτίη ἐσσὶ, θεοὶ νυμοὶ αἰτιοί εἰσιν. Id est,
Nil tibi ego imputo, uerũ ipsis magis imputo diuis.

Plato. *Diomedea neceßitas.* Διομήδης ἀνάγκη.

De ijs, qui ui adacti, non sponte quid faciunt. Quidam originem adagij referunt ad Thracium illum Diomedem, qui solitus fertur hospites suos compellere, ut cum filiabus suis deformißimis rẽ haberent, quo facto eosdem interimebat.

Liuius. *Ingens telum neceßitas.*

De re ineuitabili. Vnde & certa dicuntur tela, consilia quæ nunquam fallunt.

Gellius. *Feras, non culpes, quod uitari non potest.*

Quibus uerbis admonemur, ut mala fatalia, quæ nulla ratione possint nec; declinari nec; propelli, saltem animi æquitate lenianrur. Huc pertinet & illud scitum Varronis dictum: Vxoris uicium aut tollendum esse, aut ferendum.

Tertius. *Quod factum est, infectum fieri non potest.*

Agathon: Μόνῳ γὰρ αὐτῷ καὶ θεὸς στερίσκεται, ἀγένητα ποιῆσαι ἃ πεπραγμένα. Etenim illud unum ipsi negatum est Deo, ut infecta reddat, facta quæ fuerint semel.

Macrob. *Transuersum agere.*

Transuersus agi dicitur, qui ui & impetu quodam ab instituto deflectitur. Ductum à nauigantibus.

Vocatus atq; non uocatus Deus aderit.

Oraculum olim Lacedæmonijs redditum, abijt in prouerbium: Καλούμενός τε κἀκλητὸς θεὸς παρέσται. Id est, uocatus & inuocatus Deus aderit. Vsus erit, ubi quid significabimus etiam non accersitum, neque curatum, tamen euenturum uelimus, nolimus: puta senecturem, mortem, &c.

Homerus. *Ne dij quidem à morte liberant.*

Nemo

Nemo tam charus superis, ut illorum fauore mortem euitarit. Huic sententiæ suffragabitur Homericum testimonium Odiss. γ.

Αλλ' ἤτοι θάνατον μὲν ὁμοίιον οὐδὲ θεοῖπερ.
Καὶ φίλῳ ἀνδρὶ λύσανται ἀλαλκεῖν μεν, ὁππότε κεν δὴ
Μοῖρ' ὀλοὴ καθέλησι τανηλεγέος θανάτοιο. Id est,
At uerò mortem communiter omnibus æquam
A dilecto homine neq; dij depellere possunt,
Quem funesta dies fati iam iam uerget acerbi.

Mors omnibus communis. Homerus.

Qui dicet omnibus ex æquo moriendum, nec ullis uiribus arceri fati necessitatem, dicet illud Hom. ex Iliad. ε.

Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ βίη Ἡρακλῆος φύγε κῆρα. Id est,
Nec uis Herculea fatum euitauit acerbum.

Omnia esculenta obsessis.

Απαντα γὰρ τοῖς βρωτὰ πολιορκουμένοις.

Id est, Cinctis ab hoste uesca sunt & quælibet. Senarius prouerbialis, quum urget necessitas, nihil non facimus. Et uehementer famelicis nullus nō suauis est cibus. Natum ab urbium obsidionibus.

Lepori esurienti etiam placentæ fici.

Λαγῷ πεινῶντι Ⓒ πλακοῦντας εἰς σῦκα. Suidas.

Id est, Lepori esurienti & placentæ pro ficis. Suidas tradit dictum de ijs, qui compulsi necessitate, res etiam pretiosissimas absumunt.

Viro esurienti necesse furari. Idem.

πεινῶντι κλέπτειν ἐς' ἀναγκαίως ἔχει.

Id est, Famelicus uir esse furax cogitur. Quod congruit in eos, qui extrema adacti necessitate, quid faciunt. Aut si quis auidus gloriæ, aliena pro suis edat, quum ipse de suo nihil possit egregium edere.

Adactum iusiurandum. Επακτὸς ὅρκος. Zenodo.

Dicebatur, uel quod non uernaculum esset, sed peregrinum, & aliunde ascitum, ut indicat Zenodotus, uel

quod non ſpontaneum, ſed adactum ui.

Volentem bouem ducito.

Τὸν θέλοντα βοῦν ἔλαυνε.

Id eſt, Volentem bouem agito. Vtere illorum opera, qui ex animo faciunt. Stulticia eſt, uenatum ducere inuitos canes.

Officium ne collocaueris in inuitum.

Homerus. Inſtar iniuriæ fuerit, ſi quis officium collocet in inuitũ. Conuenit, emittendus ubi diſcedere quærit.

Homerus. *Nemo cogendus amicus.*

Quum innues aliquem non eſſe ad negocium accerſendum præter animi ſententiam: aut non eſſe collocandũ officium in eum, qui nec agnoſcat, nec accipiat libẽter, accommodum fuerit illud Homeri:

Ἦ μ' ἐθέλησιν ἀνάγκη λ' οὔτιμον ἄξω. Id eſt,

Si uolet, inuitum hũc haudquaquam abduxero quoquam.

Neceſſitas moleſta.

Ariſtotel. Πᾶν τὸ ἀναγκαῖον πρᾶγμα ἀνιαρόν ἐστιν.

Quicquid enim eſt neceſſarium, natura moleſtum eſt. Quod oſtendit eſſe moleſta, quæ ſecundum naturã non ſunt.

Vadimonium deſerere.

Olim & turpe erat & damnoſum, uadimonium deſerere: nec excuſabatur uadimonij promiſſor, niſi ob cauſas egregiè graues.

Sontica cauſa.

Næuius. Næuius ſonticam cauſam appellat admodum grauem.

NOBILITAS, OBSCVRITAS.

Generoſior Codro. Εὐγενέστερος Κόδρου.

Per ironiam rectè dicetur in iſtos, qui maiorum fumoſis imaginibus & natalium antiquitate gloriãtur. Codrus Melanthi filius, qui ſingulari in patriam pietate præcipuè nobilis, &c.

Gene-

Generosior Spartæ. Ἐλευθερώτερος ἀπάσης.

Dicebatur excellentis animo, minimeq; timidus, aut humilis. Spartanis enim olim indoles aderat generosa, & ingenium omnis impatiens seruitutis, ac uelut imperio natum, unde nec mœnibus urbem cingebant, &c.

Subditicius es. Ὑποβολιμαῖός ἐσι.

Idest, Suppositicius es. Subditicij siue submissicij uocantur partus adsimulati, inde transfertur in hominem fictum, & per dolum ab alio quopiam allegatum, suborpatumq;.

Ne patris quidem nomen dicere possit. Synesius.

Quadrabit in uehemēter obscuros & spurios, incertoq; patre natos. Quod genus est illud Iuuenalis:

Quorum nemo queat patriam monstrare parentis.

Vnde Plutarchus existimat spurios dictos nothos, quod duabus his literis prænotari soleant. S. P. hisq; significari, sine patre.

Terræ filius. Tertul.

Olim homines obscuro, ignotoq; genere prognati, terræ filij dicebātur, propterea quod terra sit omnium cōmunis parens.

Matris ut capra dicitur.

Τῆς μητρὸς ὡς αἴξ καλῆς.

In spurios dictum uidetur, quorum pater incertus est, eaq; gratia à matre denominantur. Ductum ab hœdis, qui in caprilibus, à matre dinoscuntur: nam à patribus haudquaquam possis. Manet etiam hodie iocus, quo dicunt sapientem esse filium, qui patrem suum norit.

Lychnobij. Senec.

Apparet λυχνοβίους prouerbiali ioco dictos, qui lucernariam uitam ducerent: ut torqueri possit uel in nocturnū potorem: uel hominem supra modum studiosum, qui, quemadmodum dictum de Demosthene, plus absumat olei, quàm uini: Vel in sordidum & parcum, quasi de lucernario oleo uiuat tantem.

Vir-

Virtus gloriam parit.

Sentit benefactis potius, quàm opibus parari ueram gloriam.

Cicero. *Quanta uix cœlo capi possint.*

Hac hyperbola M. Tullius famæ celebritatem expressit. Idem: In cœlum laudibus ferre. Ita Vergil. Vltra sidera Notus. Et Horatius: Sublimi feriam uertice sidera.

Auis ex auibus. Ὄρνις ἐκ τῶν ὀρνέων.

Aristoph. Prouerbij forma dictus est Aristophani per ironiã uir nobilis quasi bonus ex bonis prognatus.

Plinius. *Cymbalum mundi.*

De homine celebrati nominis.

Demosth. Διακοσμῆσαι.

Demosthenes dixit pro explorare atq; examinare.

Cicero. *Domi nobilis.*

Qui non opibus *tantum aut potentia* clarus est, sed ex nobilibus nobilis prognatus est. *Hunc* Cicero subinde domi nobilem uocat.

E domo in domum. Οἴκοθεν οἴκαδε.

Hac sermonis forma significamus aliquem propriis uirtutibus quippiam egregiæ laudis peperisse suæ domui patriæq; uel.

Fumosæ imagines.

In eos dicebatur, qui iactarent peruetustam generis nobilitatem. Iuuenalis ueteres ceras appellat.

Iouis germen. Ἐκ Διός ἔρνος.

Id est, Ex Ioue germen. Dicebatur insigni uirtute præditus.

NON SOLVS ILLE.

Plutarch. *Brasidas quidem uir bonus, sed Lacedæmon multos habet præstantiores.*

Βρασίδας μέν ἀνὴρ ἀγαθός, ἡ δὲ λακεδαίμων πολ-

πολλοὺς ἔχειν καρδόνας.

Aduersus eos, qui se non modo primos, uerùm etiam solos existimant.

Multi Mannij Ariciæ. Fest. Pōp.

Mannius apud Festium Pompeium, Dianæ Aricinæ lucum, qui & ipse Aricinus dictus est, consecrasse legitur. Ex hoc Mannio Aricio uiro laudatissimo, quàm plurimi extiterint uiri item clarissimi eodem nomine, & hinc natum prouerbium.

Multi boniq;. πολλοὶ κἀγαθοί.

Translatum à ritu sacrorum, in quibus sacrificus rem diuinam facturus, dicebat: τίς τηδε; id est, Quis hic? Deinde qui aderant, respondebant: πολλοὶ κἀγαθοί, id est, Multi & boni. Atq; hæc partim ominis causa dicebantur: oportebat enim in sacris εὐφημεῖν, hoc est, bene ominata dicere: partim, ut si quis esset sibi conscius admissi piaculi discederet à mysteriis. Prouerbium igitur locum habuerit, quoties aut testes, aut iudices, aut conuictores significamus idoneos, ac neutiquam reiciendos.

NOTVS.

Hoc iam & uates sciunt.

Aptè torquebitur iocus in rem tandem compertam, quæ diu fefellerat.

In ore atq; oculis. Cicero.

Quæ propalam fiunt, in ore atque oculis omnium fieri dicuntur.

Rumor publicus non omnino frustra est.

Hesiodus:

φήμη δ' οὔτοι πάμπαν ἀπόλλυται, ἥντινα λαοὶ
πολλοὶ φημίζωσιν. Id est,

Haudquaquam in totum rumor peritille, per ora
Qui uolitat populis compluribus.

Domesticè notus.

Lucianus: Lucianus.

Ἀνδρὶ ἰλιγγιάσῃ, ἢ οἰκοδέσποτα ἀκριβῶς ἐιδότι. Id est,

Viro

Viro libero, & qui te ex domestico conuictu cognitum habeat. Id erit uenustius, si ad res animi traducatur, ut si quis dicat artem Rhetoricam φιλόσοφον alicui notam.

Persius. *Intus & in cute.*

Intus & in cute notus, est omnibus modis cognitus, perinde, quasi dicas, foris atq; intus notus. Persius:

Ad populum phaleras, ego te intus & in cute noui.

Id est, Alius fucum facito, mihi planè notus es, neque potes imposturam facere. Plautus: Hunc ego penitus & domi inspexi.

Homerus. *Principes inter se noti.*

Qui dicet mutuam principum, aut eruditorum inter ipsos esse noticiam usurpare poterit illud Homeri:

Non ignoti inter se sunt diu morte carentes,
Quanquam semoti diuersa in sede morentur.

Torqueri poterit in satrapas istos, qui tametsi belligerari uidentur, tamen ipsi clanculum inter se colludunt.

NOVITAS.

Callistra. *In solle offerre.*

Pro eo quod est, inexploratè, inexplicatè & confusè, sicut qui syngraphas & pecuniam sacculo inclusas offert.

Plutarch. *Aliud genus remi.* Ἄλλο γένος κώπης.

Id est, Aliud genus remi. Dicebatur olim, ubi quispiam res nouas, & antea nō uisas induceret. Aut ubi quis uetustis moribus pristinis, nouum & inusitatum uitæ genus institueret.

Homerus. *Grata nouitas.*

Quãdo dices nuperrima quęq; uulgo maximè placere, non intempestiuum erit illud Homeri ex Odyss. A.

Τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι,
Ἥ τις ἀκροῶντιαι νεωτάτη ἀμφιπέληται. Id est,

Cantio enim hæc hoīm longè est celeberrima uulgo
Et gratissima, quæ nuperrima uenit in aures.

Qui modus equitum? Τίς τρόπος ἱππῶν;

Id est, Qui modus equorum? Vbi quis nouam ac peregrinam

grinam induceret consuetudinem: Veluti si quis Italus Gallicis uestibus uteretur. Dictum uidetur de hospitibus nouo quadrigarum genere inuectis.

NVGALIA.

Κρουνοχυτρολήρολον.

Hominem stultè nugacem Græci uocabant κρουνοχυτρολήρολον, uoce ridiculè composita à κρουνὸς, qua propriè dicitur aqua impetu scatēs, & χύτρα olla, & λῆρος quod est nugari. Ollas autem stupidos uocamus. Refertur à Suida, & uidetur è Comœdia quapiam sumptum. Suidas.

Nugæ theatri. Plautus.

Plautus nugas theatri appellat quotidiana conuicia, quæ in meretrices, lenones & parasitos iaciebātur à Comœdiarum actoribus. Quin etiam totum hoc, quod in Comœdijs agitur, nugæ theatri dici poterunt. Veluti iuuenes amare, senes obiurgare, seruos heris imponere, lenas fitire, &c.

NVNQVAM.

Cum Nibas coccyssauerit.

Ὅταν Νίβας κοκκύσῃ.

Simillimum illi, Ad Græcas calendas. Tradunt in Thessalonica Macedoniæ ciuitate uicum esse, cui nomen Nibas ubi galli nunquam uocem ēdant.

Ad Græcas calendas. Augustus.

Pro nunquam, propterea quòd Græci non habent calendas more Latinorū, sed νουμηνίας, id est, nouilunia. Atq; ad lunæ recursus Græci soluebāt usuras. Quum aliquos nunquam soluturos significare uelis, ad Græcas calendas soluturos ais.

Quum mula pepererit.

Quoties significamus aliquid nunquam futurum ἐπὶ τὰ ἡμίονοι τίκτουσι, id est, quum mulæ pepererint, dicimus. De sterilitate mularum scribit Plin. lib. 8. cap. 44.

Anno magno Platonis.

Simi-

Simile est superiori. Hunc enim existimant nunquam futurum.

Plenilunio fiet. Τῇ πανσελήνῳ.

Diogeni. Quasi serò, aut nunquam futurum. Etenim cum Datis & Aristophanes ductores regis Persarum, in Marathonem irrupissent, plenilunium obseruant, ut tum in prælium exirent. Ergo prius quàm illi uenirent, Atheniensis bellum aggressi sunt. Historiæ meminit Herodotus lib. VI. Inde quasi prouerbio de cunctantibus & quauis occasione rem proferentibus, aptè dicitur: Ἐπὶ τῇ πανσελήνῳ.

Plutarch. *Per harma aliquid facere.*

Poterit per iocum accommodari ad ea, quæ nunquam euentura credamus, quemadmodum aiunt ad Græcas calendas. Huc faciunt sermones isti Ciceronis prouerbiales: *Post homines natos. Post hominum memoriam.*

NVPER A.

Heri & nudiustertius.

Plato. Χθὲς καὶ πρώην.

Prouerbialis hyperbole tẽpus admodum *nuper* actum significans.

NVSQVAM.

Aristotel. *Vbi cerui cornua abijciunt.*

Ὅπου αἱ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλουσιν.

Cerui cornua deposituri, secedunt in loca aspera & inaccessa. Quadrabit, ubi locum uehementer abditum, abstrusum'que significabimus. Postremò, quod innuemus nusquam inueniri, illic esse dicemus, ubi cerui cornua abijciunt.

Pindarus. *Nec apud homines, nec in mari.*

Prouerbiali schemate dictum est à Pindaro Olympiacõn hymno 6. Ἀκίνδυνοι δ' ἀρεταὶ οὔτε παρ' ἀνδράσιν, οὔτ' ἐν ναυσὶ κοίλαις τίμιαι. Id est, Virtutes autem periculi expertes, neq; apud homines, neq; in cauis nauibus habẽtur in precio: pro eo quod erat, nusquam: quasi dicas, neq

neq; terra, neq; mari. Ipsa autem sententia conuenit cũ illo Hesiodo decantatissimo:

Virtutem posuere dei sudore parandam.

Nemo magnam laudem parauit absq; periculo, &c.

In Aphannis. Εἰς ἀφάννας. Stephan.

Stephanus tradit. Aphannas locum quempiam fuisse Siciliæ uehementer obscurum & ignobilem, unde & nomen adductum apparet. Hinc natum prouerbium: Aut in Aphannis, de incertis & quæ nusquam sunt.

NVNCIVS LAETVS.

Haud annuncias bellum. Iulianus.

Οὐ πόλεμον ἀγγέλλεις.

Dici solitum, ubi quis rem oppidò lætã annunciat, quòd bellum res sit omnium calamitosissima. Iulianus: O auctorum nuncius uerborum.

Prouoluitur ad miluios. Suidas.

Προκυλινδεῖται ἰκτίνοις.

Id est, Adorat miluium. Initio ueris prodeũt miluij, quare læti tenues, quòd iam hyeme sint leuati, prouoluũtur, eosq; uelut adorant. Accommodari potest in eos, qui nouas spe gestiunt.

Quid tibi Apollo cecinit? Zenodot.

Τί σοι ἀπόλλων κεκιθάρικεν;

Id est, Quid tibi Apollo cecinit citharã? hoc est, quid tibi respondit? Conueniet, ubi quis à principe redeuntem percontabitur, quid responsi tulerit. Allusum est autem ad Apollinis citharam, quam illi tribuunt Poëtæ.

Vulcanus tibi uaticinatus est. Suidas.

Ἀφθάς τοι λελάληκεν.

Suspicor dictum, ubi quis crederet se rem habere certã, uelut ex oraculo auditam.

Siren amicum nunciat, apis hospitem. Idem.

Σειρὴν μὲν φίλον ἀγγέλλει, ξεῖνον δὲ μέλισσα.

Id est, Hospitem apis, uerum Siren prædicit amicū: Quæ ties complures eadem de re bene ominantur, aut ubi sui quisq; spei blandiens, ex quamlibet leuibus argumentis diuinat futurum quod optat. Nam Siren hoc in loco insecti genus est, apī non dissimile.

OBLIVIO.

Obliuionis campus. Λήθης πεδίον.

Lethes campus, dicetur uel de uehemēter obliuiosis, uel de rebus commenticijs ac friuolis, quæ nunquam fuerunt.

Hierony. *Proprij nominis obliuisci.*

In hominem uehementer obliuiosum. Ouidius:

Nominis antè mei uenient obliuia nobis.

Homerus. *Malorum obliuio.*

Qui deprecabitur omē aliquod parum faustum, aut qui iubebit obliterari memoriam malorū, usurpabit illud Homeri ex Iliad. Λ.

Τὰ λε πάντα θεοὶ μεταμώλια θεῖεν. Id est,
Irrita dij superi uentis hæc omnia tradant.

Val. Max. *Ne malorum memineris.* Μὴ μνησικακήσῃς.

Id est, Ne malorum memoriam refrices. Ne præteritarū rerum mentio fiat.

Galenus. *Ex libro gubernatores.* Ἐκ βιβλίου κυβερνῆται.

Galenus de compositione pharmacorum XXXI. adhibens iis ijs, qui prouerbio dicuntur gubernatores è libro, de mutis magistris alibi dictum.

Plutarch. Ἀμνισία.

Obliuio est omnium quæ in conuiuijs uel fiunt uel dicuntur.

Idem. *Hæc non egreditur uerbum.*

Ex Lycurgi institutione, qui natu maximus erat, stabat ad ostium, & ad cōuiuium ingredientibus, dicebat ostentis foribus: Διὰ τούτων ἔξω λόγος οὐκ ἐκπορεύεται. Id est. Per has ce nullus sermo progreditur foras. Horat. Ne fidos inter amicos Sit, qui dicta foras eliminet.

Vino

Vino inscribere mulieris iusiurandum.

Τὸν γὰρ γυναικὸς ὅρκον εἰς οἶνον γράφω. Id est,
Inscribo uino si qua iurat fœmina.

Innuit irrita esse solere, quæcunque in compotationibus effutiuntur.

Odi memorem compotorem. Lucianus.

Μισῶ μνάμονα συμπότου.

In eos, qui quæ inter amicos & inter pocula dicuntur, liberius foras eliminant.

Viuorum oportet meminisse. Cicero.

In eos, qui plurimũ de uita defunctis loquuntur: id quod uulgò putant ominosum, mortuos in ore habere.

Ventis tradere. Horatius.

Pro eo quòd est obliuisci, atq; ex animo efficere. Horat.
Tristitiam & metus, Tradam proteruis in mare
Creticum Portare uentis.

Olæ uestigium in cinere turbato. Plutarch.

Χύτρας ἴχνος συγχυθὲν τῇ τέφρᾳ.

Plutarchus in Symposiacis interpretatur, nullũ euidens iracundiæ uestigium oportere relinqui, sed simulatq; de ferbuerit, atq; resederit animi tumor, omnium præteritorum malorum memoriam penitus tollendam esse.

Imis ceris eradere. Hierony.

Pro eo quod est, delere penitus, sic ut nullũ omnino memoriæ pristinæ uestigium extet. Sumptum ab his, qui in ceratis scriptitant tabulis.

Bibere mandragoram. Iulianus.

Inest uis somnifica mandragoræ, adeò ut enecet etiam largiore potu. Vnde qui cessant in officio dormitantq;, multam mandragoram bibisse dicuntur. Non dissimile illi: Bibe elleborum.

OBSCVRITAS.

Delius natator. Δήλιος κολυμβητής. Socrates.

Olim uulgò dicebatur admodum natandi peritus, quicq nosset in summa natare aqua. Natum à Socrate, qui rogatus de Heraclii libro cuiusmodi uideretur, respondisse fertur hoc pacto: Quæ quidem intellexi, præclara: arbitror autem & ea, quæ non intellexi, quanquam natatore Delio opus, ut ne quis in eo præfocetur.

Per nebulam.

Vide Indiligentiæ.

Cicero.

Numeris Platonicis obscurius.

Id ideo dictum, quòd Plato numeris Pythagoricis obscurat suam philosophiam, ac ueluti nebulas offundit. Nã Pythagoras omnem ferè philosophiæ rationem ad numeros traxit.

Tertius.

Dauus sum, non Oedipus.

Oedipi ingenium scitè proponendis, simul & dissoluendis ænigmatum scirpis nobilitatum est, propter dissoluta sphingis problemata, adeò ut in prouerbium abierit eius nominis appellatio. Similis est farinæ: Non sum diuinus.

Canis podicem inspicere.

Vide Cæcutientia.

Bœotica ænigmata.

Βοιώτικα αἰνίγματα.

Dicebantur obliquè atq; obscurè dicta, quæq; perdifficile percipi possent. Sumptum à fabula sphingis monstri Thebani. Ea proposuit Oedipo ænigma huiusmodi: Quadrupes, bipes, ac rursum tripes. Id Oedipo interpretatus est, hominem esse, qui puer manibus quoq; pedum nititur uice: deinde confirmato gradu duobus pedibus se sustinet, donec ætas decrepita baculum, ceu tertium pedem addat.

Ne Apollo quidem intelligat.

Ταυτί δ' οὔτ' ὄψιμ, οὐδ' ἂν Ἀπόλλων μάθοι.

Id est, Nec Apollo, quid sibi hæc uelint, intelligat, quod uehementer esset obscurum, & intellectu perdifficile.

Car-

Carcini poëmata.

Dicebantur ea, quæ uiderẽtur obscuriùs & instar ænigmatis dicta. Carcinus poëta quispiã fuit. Is finxit Orestem abillo coactum, ut matricidium confiteretur.

OBSECVNDANTIS.

Ad digituli crepitum.

Qui arrogantius, fastuosusq; iubent quippiam, digituli crepitu significare dicuntur. Diuus Hieronymus in epistola ad rusticum usurpauit, in supercilioſum quendam & fastidientem, qui dicturus, digituli crepitu silentium imperabat. Hieron.

Quum uterq; concedit alteri.

Quum omissa contentione, uterq; alteri concedit, usurpabitur illud Homeri Iliad. IIII. Homerus.

Ἀλλ' ἤτοι γὰρ ταῦθ' ὑπείξομεν ἀλλήλοισιν,
Σοὶ μὲν ἐγὼ, σὺ δέ μοι. Id est,

Quum magis alteri in his rebus cedamus uterq;:
Tu mihi, contrà ego deinde tibi.

Lex & regio. Νόμος ἡγεμὼν χώρας. Zenodot.

Id est, Mos siue lex & regio. Seruiendũ & obsecundandũ esse moribus regionis, in qua uerseris. Zenodotus adscribit unicuiq; genti, suas quasdam leges esse, & instituta uiuendi.

Deum sequere. Ἕπου θεῷ. Plutarch.

Id est, Sequere deum. Putant hunc esse sensum: Obtempera rationi. Quasi cuique debeat oraculum esse, quicquid in pectore dictauerit ratio. Ineſt enim suus cuique animus deus.

Non statuar leænam in machæra. Aristoph.

Οὐ στήσομαι λέαιναν ἐπὶ τῳ ξοκυήσιδος.

Prouerbium meretricium, quum negat scortum sui copiam facturum sese: Nam in capulis militariũ gladiorũ elephantes ac leones imponi solent. At hi procumbentes insculpuntur, siue ne lædant manum utentis gladio, siue ne defringantur facilè si in pedes erecti figerentur.

Obedientia felicitatis mater.

Vide, Infortunij.

Insanire cum insanientibus.

Τοῖς μανομένοις συμμαίνεσθαι.

Dicebatur, qui se moribus quorumlibet attemperabat.

OBTRECTATIO ET MALEDICENTIA.

Mortui non mordent.

Οἱ τεθνηκότες οὐ δάκνουσιν.

Id etiam hac tempestate uulgò dicitur. Natum arbitror ex apophthegmate Theodori Chij, qui, quum deliberaret utrum Pompeius ab Aegypto repellendus esset, an admittendus, censuit receptum occidendum, addens hoc dictum: Mortuos non mordere.

Homerus. *Mortuis non conuiciandum.*

Victo non insultandum, nec in mortuum ultrà congerenda conuicia, quanquam iure sit occisus. Huic suffragatur Homerus:

Οὐχ ὅσιη κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν ὐχετάασθαι. Id est, Haud fas est super occisis iactare teipsum.

Aristoph. *Cum laruis luctari.*

Vide, Inanis opera.

Iugulare mortuos.

Vide, Absurda.

Non impetam lingua. Οὐκ ἐπιγλωττήσομαι.

Id est, Non incessam lingua. Vnde semper à maledictis temperandum.

Hierony. *Tuis te pingam coloribus.*

Id est, Talem te scribam, qualis es.

Plutarch. *Sphæram inter se reddere.*

Meminit de lusus genere Iulius Pollux, libro de rerum uocabulis nono: Non dissimilis est, quem hodie pilæ uocant. Quadrabit in eos, qui sese uicissim dictèriis incessunt.

sunt. Confine illi: Cædimus, inq; uicem prębemus crura sagittis.

Infixo aculeo fugere. Βαλὼν φεύξεσθαι οἴει.

Id est, Iaculo emisso fugiturũ te putas? Metaphora prouerbialis, ubi quis dicto conuicio, seu maleficio quopiã peracto, statim subducit sese, ne uel tueri cogatur quod dixerit, aut ne mutuum recipiat. Translatum ab apibus, aut uespis, quæ infixo aculeo statim aufugiunt.

Vulgus suspicax. Homerus.

Suspicionosum uulgus, & pleraq; malam in partem interpretatur, Homerus Odyss. H.

Δύσζηλοι γάρ τ' εἰ μὴ ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων. Id est.

Quippe homines pleriq; sumus malè suspiciosi.

Pellem caninam rodere. Martialis.

Martialis ponit pro eo quod est, hominem maledicum & improbum conuicijs insectari. Sic enim scribit in obtrectatorem quendam & obligatorem:

Non deerunt tamen hac in urbe forsan,
Vnus uel duo, trésue, quatuórue
Pellem rodere qui uelint caninam.

Vitilitigator. Cato.

Vitilitigatores Marcus Cato uocabat litium auidos, & alienorum operum calumniatores. Cato ex uicijs & litigatoribus eleganter composuit.

Zoili.

Quære, Inuidia.

Archilochum teris. Ἀρχίλοχον πατεῖς.

De maledico dicebatur. De Archilocho testatur Horat.

Archilochum proprio rabies armauit iambo.

De quo plura paulò post.

Archilochi patria. Ἀρχιλόχου πατρίς. Diogeni.

Diogenianus testatur hoc dici solere de mordacibus ac maledicis.

Dente Theonino rodi.

Theonino dente rodi dicuntur, qui conuiciis lacerãtur. Sumptum à Theone poëta quodam rabiosæ loquacitatis petulantissimæq; maledicentiæ. Horatius hoc uicium alibi succum loliginis uocat, & salem nigrum, quod dicat morsu addat & famæ maculam.

Carpet citiùs aliquis, quàm imitabitur.

Μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται.

Porrò res egregias multo promptius est carpere, quàm æmulari. Aptè dicetur de re quapiam artis absolutæ, atque inimitabili.

Persius. *Genuino mordere.*

Qui clanculum obtrectant, lacerantq; quẽpiam, eum genuino mordere dicuntur. Persius: Et genuinum fregit in illis. Dentes aũt genuini sunt omnium reconditissimi, ac propemodũ operti gingiua. Serò emergunt homini.

Etiam in deorum cœtu.

Καὶ θεῶν ἀγορᾷ. Quidam interpretantur de maiorem in modum probis & æquis: quidam de uehementer maledicis. Addunt locum quẽdam esse in Eleusine, uicinum Anactoro, uocatum θεῶν ἀγοράν, in quem non ingrediebantur, nisi bene ominantes: unde de quopiam præter modum maledico dicebant: οὗτος καὶ θεῶν ἀγορᾷ λοιδορεῖται. Id est, Hic uelin deorum concione, malè ominando loquetur.

Cicero. *Dentata charta.*

Dentata dicuntur mordacia. M. Tullius ad fratrem: Calamo & atramẽto temperato. Dentata enim charta res agetur. Rursus edentula, quæ morsu careant.

Idem. *Hipponacteum præconium.*

Pro infami nota dixit M. Tullius de Tigellio quodã ita scribens: Eumq; addictum iam tum puto esse Caiui Licinij Hipponacteo præconio. Nam Hipponax Poëta fuit iambographus, amarulentus, ac notæ mordacitatis.

Idem. *Archilochia edicta.*

Cõtumeliosa uocat ac uirulẽta. Archilochi poëtæ mordaci-

dacitas uulgò celebratissima fuit. Is Lycamben socerum à quo fuerat repudiatus, huiusq; filiam adeò uirulentis uersibus insectatus est, ut uterq; laqueo se præfocauerit.

Plaustra conuiciis onusta. Lucianus.

Lucianꝰ: ἢ, ὅλας ἁμάξας βλασφημιῶν κατεσκίδασαν ἀλλήλοιν. Id est, & solida plaustra cõuiciis onusta, inter sese effundebant. Loquitur de duobus philosophis inter sese contumeliosè altercantibus.

Naues onustæ conuiciis. Homerus.

Homerus Iliad. Υ.

Εσὶ γὰρ ἀμφοτέροισι ὀνείδεα μυθήσασθαι,
πολλὰ μάλ', οὐδ' ἂν νηῦς ἑκατόζυγος ἄχθος ἄροιτο.

Probrorum supereſt ambobus copia ſumma,
Quorum onus haud portet centũ rasis incita remis.

Affine illi: Quos tollere nec centum queant Aegyptij.

Morsus aspidis. Δῆγμα ἀσπίδος. Nicander.

De malo immedicabili, aut de lingua uehementer uirulenta. Nihil autem uetat, quo minus trahatur adagiũ ad hoſtem clancularium, & tanto peſtilẽtiorem, quòd clanculum citra q; dolorem infundat uenenum hæc ſerpens.

Hystricis seta. Θρίξ ὕστριχος.

Id est, Pilus hyſtricis: dici poterit dicterium aceriter in quempiam tortum. Eſt autem hyſtrix de genere Erinaciorum, niſi quòd huius longiores ſunt aculei.

OCCASIO.

Ansam quærere. Plautus.

Et consimiles metaphoræ. Anſa eſt, qua quippiam prehenditur ac tenetur. Plautus: An non uides hunc anſam quærere (id eſt, captare occaſionem) reſcindendę irritandæq; pactionis? Plaut. ut contentionis anſas multis præbuerint. Eodem pertinet, præbere anſam, anſam arripere, anſam præterire, anſam negligere, in eaſdem anſas incidere, & ſi qua ſunt alia.

Capere crines.

Pro arripere occaſiõem oblatam, & arreptam retinere.

Plautus. *Eximere è manu manubrium.*

Plautus dixit pro eo quod est, iam paranti facere quippiam, extorquere peragendi facultatem. Translatum ab eo, cui iam uibrato gladio percussuro, repente capulus excutitur è manibus.

Terentius. *Fenestram aperire, & similes metaphoræ.*

Pro eo quod est, occasionem ac uelut ansam administrare. Terent. in Heaut. Hui quantam fenestram ad nequitiam patefeceris. Verùm hoc non nisi in malam partem, illud etiam in bonam. Aperire ianuam. Item illa: Repagula aperire, ianuam aperire, præstruere uiam, præcludere uiam, iacere fundamenta.

Plautus. *Gladium dedisti, quo se occideret.*

Ministrasti materiam & adiumentum ad perniciem: Veluti si quis amanti adolescenti pecuniam det in manum, & cætera.

Homerus. *Tollenda mali occasio.*

Qui suãdebit, ut mali submoueatur occasio, citabit illud Homeri ex Odyss. π.

Αὐτὸς γὰρ ἑφίλυσε καὶ ἀνδρακοίδησε. Id est,

Quippe uiros ferrum illicit ipsum. Ita diuitiæ proliciunt ad luxum, consuetudo puellarum ad amorem.

Idem. *Premenda occasio.*

Qui significabit modis omnibus instandum esse, nec omittendam è manibus semel oblatam occasionem, accõmodabit illud ex Odyss. λ.

Υμεῖς δ' ἀσφαλέως ἐχέμεν μᾶλλόντε πιέζειν.

Vos premite & uinclis magis arctè stringite captum. Quod quidem detorquere licebit ad id, quum dicemus impetus animi hoc magis ac magis esse coërcendos rationis moderamine, quò magis efferuescunt, & ad malum solicitant.

Seneca. *Nunc tuum ferrum in igni est.*

Eius ferrum in igni esse dicebant, cuius negocium iam ageretur.

Non

Non semper erit æstas. Lucianus.

Οὐκ ἀεὶ θέρος ἔσται, ποιεῖσθε καλιάς.

Id est, Aestas non semper fuerit, componite nidos. Non semper uirebit ætas, para, quò se recipiat senectus. Aut non semper erit prospera fortuna, munias animum philosophiæ decretis, quò fortunam aduersam possis contemnere.

OCIVM.

Conchas legere. Cicero.

Summi ocij est conchas & umbilicos legere in littoribus, qui lusus esse solet puerorum. Quanquam transferri potest ad eos, qui aliud agentes obiter etiam leuiora quædam animi gratia admiscent. Crassus orator apud Ciceronem libro de oratore, 2. de Lælio & Scipione loquens: non audeo, inquit, dicere de talibus uiris, sed tamen ita solet narrare Scæuola, conchas eos & umbilicos ad Caietam & Lucrinum legere cõsueuisse, & ad omnem animi remissionem ludumq; descendere. Vmbilicos opinor appellant uel conchas uel calculos umbilicõ formam imitantes, uel herbam quæ Veneris umbilicus dicitur, autore Dioscoride.

Liber non est, qui non aliquando nihil agit. Cicero.

Qui in summo ocio uersabantur ab omnibus feriati negocijs, ñ nihil agere dicebantur. M. Tullius lib. de orat. 2. sub persona Crassi ad Scæuolam: Quid igitur, inquam, quando ages negocium publicum, quando amicorum, quando tuum? quando denique nihil ages. Tum illud addidi, mihi eñ liber esse non uidetur, qui non aliquando nihil agit. Hęc ille. Mox interpretatur quid declaret, nihil agere. In qua, inquit, permaneo Catule sententia, meq; quum huc ueni, hoc ipsum nihil agere, & planè cessare delectat. Nam cessare dicuntur non tantum ñ, qui desistunt à negocio, sed qui sunt in ocio. Expedit autem interdum nihil agere, ut cætera rectè agamus. Aliâs ostendimus eos nihil agere dici, qui inanem sumsit operam.

Terra

Plautus. *Terra defossum habes.* Γῆ κεκρυμμένας ἔχεις.

In eum qui non impartit, neq; profert suas dotes. Sumptum ab auaris, thesaurum humo defodientibus.

Suetonius *Occultæ musices nullus respectus.*

Cuius adagij sensus est. Quamuis egregias animi dotes, si non proferas, perinde esse quasi non habeas. Persius. Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter. Eccl. 20. Sapientiæ reconditæ, & thesauri abstrusi, nullam esse utilitatem. Ouid.

Tu licet & Thamiram superes, atq; Orphea cantu,
Non erit ignotæ gratia magna Lyræ.

Ἀχελῶος.

Plautus. Sunt nonnulli mortales qui uel natiuo quodam ingenij uicio, uel data etiam opera, quę sciunt dissimulãt, & aliis grauantur impartire. His illud nonnunquam euenire solet, ut pro indoctis negligantur. His adscribendum quod Græci πλοῦτον κλοῦτον appellant, id est, diuitias cæcas reconditas opes & abstrusas.

Qui sunt apud inferos terniones.

Τὰς ἐν ᾅδου βακκάδας.

Hoc adagio ridebantur ij, qui res abditas & abstrusas curiosa quadam diligentia uestigarent. Aiunt terniones apud inferos honoratos esse, ut Hecate sacros, &c.

Aristoph. *Nisi si qua uidit auis.*

πλὴν εἴτις εἶδεν ὄρνις.

De re uehementer occulta. Suidas hunc uersiculum citat ex Aristophane: Nemo me contuetur, nisi prætereuolans auis.

Zenodot. *Attici Eleusinia.* Ἀττικοὶ Ἐλευσίνια.

Subaudiendum κάθ' ἑαυτούς, id est, inter sese. Vsurpatur si quando conueniunt inter sese aliqui, secreto de re quapiam arcana tractãtes. Ducta metaphora à mysteriis sacrorum Eleusiniorum, quæ in honorem Cereris agebantur apud Eleusim, summa religione, mysticisq; cæremoniis à quibus arcebantur prophani.

In te-

In tenebris saltare. Ἐν τῷ σκότῳ ὀρχεῖσθαι. Lucianus.

Est rem gerere clanculum, nullo teste nullo que iudice. Translatum ab iis, qui choros ducunt in tenebris.

Monstrum alere.

Monstrum alitur, ubi quid occulti uicij latere significamus. Inde sumpta metaphora, quòd monstra ob pudorem clanculum aluntur & occultantur. Terētius.

Muris circumcurrentibus.

Τῶν τοίχων περιδρεχόντων.

Id est, Parietibus circumcurrentibus. Plutarchus indicat muliebre fuisse prouerbium, quo secretum significabant, muris uidelicet testes & arbitros arcentibus. Licebit uti, quum aliquid monstri alitur, & ob id captari secretum. Plutarch.

Summis ingredi pedibus.

Dicitur qui clanculum, aut cautim, ac pedetentim, quod aiunt, conatur aliquid. Græci iucundius efferunt aduerbio composito, ἀκροποδιτί. Idem ualent illa: Suspēso gradu, & suspensis pedibus. Traductum à gestu eorum qui sic ingrediuntur, ut strepitum pedum nemo sentiat.

In aurem dicere. Εἰς οὖς λέγειν. Matth. 10.

Vel hodie uulgò dictitant, pro eo quod est, clanculum ac secreto committere. In Euangelio: Et quæ in aurem auditis, prædicate super tecta.

Ostium obdite prophani. Lucianus.

Θύρας ἐπίβεσθε βέβηλοι.

Id est, Fores occludite quicq; prophani. Sumpta est allusio ex Orpheo, cuius hoc citatur carmen:

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστί, θύρας ἐπίβεσθε βέβηλοι. Id est,

Fas quibus est audire loquar, uos turba prophana Obturate fores.

Iubet ut prophani ostiũ auribus imponãt, ne quid arcani sermonis possit ingredi. Cõueniet uti, si quãdo significabimus nos de rebus arduis & arcanis loquuturos esse.

Ig

Cicero. *In simpulo.*

In simpulo olim fieri dicebant, quod uel clanculum uel in re minuta, atq; humili fieret. Est enim simpulum uas paruũ minutim fundens, unde ueteres res minutas nullius q̃ precij, simpularias appellabãt. Allegoria sumpta à puerorum lusu, quo solent per fistulam angustam in simpulum inflantes quasi fluctus quosdam, & aquæ fritu excitare.

In angulo. Ἐργωνίᾳ.

Id est, In angulo fieri dicitur, quod fit in occulto. Dissimile illi: Super tectum prædicare, pro eo quod est, palàm & in publico prædicare.

Homerus. *Admoto capite.*

Ἀγχὶ χὼρ κεφαλὴν, ἵνα μὴ πευθοίατ' ἔι ἄλλοι. Id est, Admoto capite, reliqui ne audire ualerent.

Admonet eo loco, si quis obiurgandus est amicus, ut id fiat primũ in tempore, deinde comiter & amicè magis, quàm asperè, postremò clanculum semotis arbitris, Vnde optimum est illud, Admoto propius capite.

Plutarch. *Vrit absq; torre.*

Versum hunc ceu prouerbialem subinde Plutarchus usurpat:

Εὖει ἄτερ λαλοῦσὰ, ὠμὸς γήρᾳ λᾶκεν.

Exurit sine torre, grauiq; dat illa senectæ.

OCCVPATIO, OCIVM.

Lucianus. *Ne ad aures quidem scalpendas ocium est.*

Οὐδ' ὅσον κνῆσαι τὸ οὖς φασι, σχολὴν ἄγων.

Id est, Ac ne tantisper ociosus, ut aurem, ficut ajunt, scalpere uacet. Quum ne minimum quidem ocij superesse significabimus.

Aristotel. *Nullum ocium seruis.* Οὐ σχολὴ δούλοις.

Id est, Non est ocium seruis. Sumptum à seruorum conditione, quibus heri nullum concedunt ocium.

Plutarch. *Festum multas habens.*

Ego-

Εορτὴ πολλὰς ἔχουσα.

Subaudiendum molestias aut occupationes. Dictum in eos, qui magnas componerẽt sarcinas, aliquo profecturi, Natum ab iis, qui festa solent adire.

Vincula Tyrrhena. Δεσμοὶ τυρρηνικοί.

Dicebãtur odiosa negocia qbus distringebatur aliquis. Traductum à uinculis, quibus Tyrrheni captiuos uincie bant grauibus & molestis.

Quum licet fugere, ne quære litem. Alcibiad.

Ἐξὸν φυγεῖν μὴ ζήτει δίκην.

Ab Alcibiade natũ: Is quum è Sicilia citaretur ab Athenienſibus ut criminibus reſponderet, abdidit ſeſe, negãs litigandum eſſe, ſi quo modo liceret effugere.

ODIVM.

Odium agreſte. Μῖσος ἀγρικόν. Lucianus.

Atrox odium ſic appellabãt ueteres, propterea quòd ruſtici plerunq; μισάνθρωποι ſunt, & acerbius atq; implacabilius oderunt.

Odium Vatinianum.

Pro capitali & uehementer acerbo. Vatinius in quem acerrimè M. Tullius inuectus eſt, in tantum odium populi Romani peruenerat, iam detectis illius flagicijs, ut in prouerbium ceſſerit, odium Vatinianum. Catullus.

Odium nouercale.

Nouercis omnibus innatum eſt fatale quoddam & irreconciliabile odium in priuignos. Cicero.

Oderint dum metuant.

Licebit adagium per iocum uſurpare, ueluti ſi quis eruditione ſuperior, de clancularijs hoſtibus, qui tamen ob metum hiſcere non audeant, dicat: Oderint, dum metuant. Horatius.

Odit cane peius & angue.

Horatius: Alter Mileti textam cane peius & angue. Vitabit chlamidem. Plautus in Mercatore:

Nempe

Nempe ruri uxor est tua, quam dudum dixeras
Te odisse æquè atq; angues.

Empedoclis simultas. Εμπεδοκλέους ἔχθρα.

Diogeni. Dicebatur pertinax & irreconciliabilis. Empedoclem enim aiunt ita fuisse moribus, ut assiduè simultatem cum aliquibus susciperet.

Ἀσπονδὸς πόλεμος.

Cicero. M. Tullius epist. ad Attic. lib. 9. Huius igitur belli ego particeps & socius, & adiutor esse cogor, quod ἄσπονδον est cum ciuibus. ἄσπονδον uocat perpetuum & atrox, & irreconciliabile. Conueniet in simultatem ac dissidium amarulentum.

Archidamicum bellum.

Ἀρχιδάμιος πόλεμος.

De bello sæuo crudeliq; dicebatur. Ab Archidamo duce Lacedæmoniorũ. Archidami sæuiciam memorat & Pausanias in Laconicis.

Et Scellij filium abominor.

Aristoph. Hic est affectus humanus, ut si quis uel hominẽ uel quãcunq; rem uehementer oderit, non solùm in commemoratione, uerùm etiam à cognatis uocibus abhorreat. Id elegãter expressit Aristophanes in Auibus: ibi persona quædam sic loquitur:

Ἀριστοκράτους ἀλλὰ τί ζητεῖς. Id est,
Aristocratiam palàm est te quærere.

Altera respondet,

Μὰ τὸν Ἀπόλλω τὸν Σκελλίου βδελύττομαι. Id est,
Minimè sed ipsum Scellij natum quoq;
Abominor.

Scellij filius dictus est Aristocrates. Hoc nomen iure inuisum est detestanti Aristocratiam, quòd ea uox abominãdæ rei memoriam renouet.

Non magis quàm canem.

Plautus. Odium & contemptum uulgò declarant canis uocabulo. Horatius. Odit cane pejus. Et Plautus in Amphitr.

Valuis

Valuistin' usq; Expectatus aduenio? Soſt. haud uidi magis. Expectatum enim ſalutat haud quiſquam magis, q̃ canem.

Cui iſta arrident, meis ne gaudeant.

Quum ingens diſcrimen intereſſe ſignificabimus inter noſtras & aliorum rationes. Contrarium huic: Ariſtoph.

Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui.

De iis, quę eiuſdem ſunt farinæ, & exæquo contẽneda.

Ne uia quidem eãdem cum illo uult ingredi.

Μηδὲ τὴν αὐτὴν ὁδὸν βαδίζειν. Plutarch.

Ne uia quidem eadem ingredi dicuntur, qui extremo diſſident odio, ut ne uia quidem communi uelint ambulare.

Fratrum inter ſe iræ ſunt acerbiſſimæ. Euripides

Si quando ſimultas inciderit inter fratres, ea ſolet eſſe atrocior, quàm uulgarium inimicorũ. Euripides in Iphigenia Auli:

Δεινὸν κασιγνήτοισι γίγνεσθ' λόγους.
Μάχας δ' ὅταν ᾖσιν ἐμπέσωσιν εἰς ἔριν.
Res dira uerbis inuicem altercarier,
Diſtrictę fratres dimicare mutuis,
Si quando lis inciderit aut contentio.

Ira omnium tardiſſimè ſeneſcit. Sophocl.

Ὁ θυμὸς ἔχατος γηράσκει.

Id eſt, Ira poſtremum ſeneſcit. Nam uulgò mortales iniuriæ tenaciſſimè meminiſſe ſolent, benefactorum quàm facilimè obliuiſci.

Vt lupus ouem. Ὡς λύκος ἄρνα φιλεῖ.

Id eſt, Vt lupus ouem amat. Qui ſui commodi gratia ſimulat amorem.

Si tu proreta. Plautus.

Plautus in Rud. *Si tu proreta iſti nauis, ego gubernator ero.* Quo licebit uti, quoties neuter alteri in negocio quopiam uult cedere.

Principum fauor necessarius.

Vbi quis inuitis principibus conatur extricare sese é malo quopiam, aut litè à qua non possit explicari, nisi illorum adiutus fauore, conueniet illud Homeri, in Aiacem Oileum dictum:

Φῶ ῥ' ἀίκητι Διὸς φυγέειν μέγα λαῖτμα θαλάσσης. Id est,
Iactabat sese spacioſi ex æquoris altis
Emersurum undis, inuito numine diuûm.

OMINANDI.

Benè sit. Καλῶς ἔσω.

Ominis uox, quum quis rem quampiam nouam & arduam auspicaretur. Quod fauſtum fœlixq; sit.

Cum musis. μετὰ μουσῶν.

Hoc est, Musis bene fortunantibus. De doctis, aut his quæ doctè dicuntur.

Adsint dij beati. Σαὼ δὲ θεοὶ μάλλον.

Zenodot. Id est, Fœlices adsint superi. Sermo est bene ominantis in re quapiam aggrediunda.

Mercurio dextro.

Hesychius indicat, ueteres in iactu quodam solere omnis gratia præfari Mercurium. Per locum usurpari licebit, ubi quid aggredimur noui.

Seneca. ### In morbo consumat.

Potest ab amico dici, qui nolit deesse amico, quodimpendat, si morbus inciderit. Potest & ab inimico, qui malo uiro morbum optet.

In tuum ipsius caput.

Demosth. Quoties in autorem mali, malum retorquetur aut incidit, Græci dicunt Εἰς τὴν αὐτοῦ κεφαλήν.

OMNIA.

Ioca seriaq;.

Cicero. Quoties omnia nostra cum aliquo cõmunicamus, cum eo ioca seriaq; conferre dicimur.

Nec animans nec inamine.

Pro-

Prouerbiali figura dictum est apud Platonem libro de Leg. 8.

πάντων τῶν τε ἐμψύχων καὶ τῶν ἀψύχων. Id est, Omnium & animantium & inanimorum, quum nihil omnino significamus excipiendum.

Pueri, senesq;

Vide, Multi.

Angustum & latum.

Aristoph.

Aristophanes: Dexteritate ego mea exilem & amplum faciam populum reddere. Macrescunt enim pueri malè pasti: rursus benè pasti fiunt obesi. Appositè torquebitur in eos, qui adolescente: rectè docent aut secus, quiue populo dexterè concionantur, aut secus.

Dulce & amarum.

Plautus.

Plautus in Pseud dixit Dulce & amarum, pro lætis ac tristibus.

Omnium quos sol uidet.

Sunt & illæ figuræ prouerbiales: omnium quos terra sustinet, aut quos sol uidit pessimus optimusue.

ORIGINIS.

E tardigradis asinis equus prodijt.

Ἐκ βραδυσκέλων ὄνων ἵππος ὤρθωσεν.

Id est, E tardigradis asinis equus emmersit. Quum clarus euadit quispiam obscuro genere natus, aut quoties ab indocto præceptore proficiscitur discipulus eruditus. En tibi ex asinis equum, id est, ex infimis parentibus arrogantem & ferocem.

E quercubus ac saxis nati.

Homerus.

E quercu, é saxis prognatus, quod quadrabit uel in hominem obscuro genere: uel in eum qui sit agrestis, & effero ingenio moribusq; immanibus. Inde illud: Et duro robore natos. Homerus in Odiss. T.

Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐσσι παλαιφάτης, οὐδ' ἀπὸ πέτρης.

Nam neq; fatidica quercu satus es, neq; saxo.

Nunquam ex malo patre bonus filius.

Φεῦ φεῦ, παλαιὸς αἶνος, ὡς καλῶς ἔχει.
Οὐκ ἂν γένοιτο χρηστὸς ἐκ κακοῦ πατρός. Id est,
Heus heus, ut illi dictitant, recte, probum
Patre ab improbo non posse nasci filium.

Theogn.

Esquilla non nascitur rosa.

Οὔτε τ' ἐκ σκύλλης ῥόδα φύεται.

Id est, Non etenim è squillis rosa nascitur. Admonet adagium è probis parentibus nasci liberos probos: ex improbis improbos. Horatius: Neque imbellum feroces Progenerant aquilę columbam.

Homerus.

Ex minimis laboribus maxima.

Maximæ simultates nonnunquam ex leuissimis iniurijs nascuntur, non secus atq; ex minutissima scintillula grauissimum incendium.

Diogeni.

Exiguum malum, ingens bonum.

Μικρὸν κακόν, μέγ' ἀγαθόν.

Id est, Pusillum malum ingens bonum. Admonet adagium, ex paululo incommodi labore & exiguo, summa maximaq; commoda colligi. Si quid feceris honestum cum labore, labor abit, honestum manet. Si quid feceris turpe cum uoluptate, uoluptas abit, turpitudo manet.

Macrob.

Bonæ leges ex malis moribus procreantur.

Nam sicuti medicorum pharmacis nihil opus foret, nisi morbis laboraretur: ita legibus ferundis nihil opus esset, nisi perperam uiueretur.

Initium belli. Ἀρχὴ πολέμου.

Id est, Origo belli. Vbi quis prior lacessit iniuria seu conuicio. Vnde ἀπόλιμος lædere dicitur, qui nulla lacessitus iniuria, simultatem exercet.

Lucianus.

Hinc belli initium.

Quum alicunde natam simultatem ac tumultum rerum exortum innuimus, Lucianus in Pseud.

Καὶ

Καὶ κατὰ τὸν θουκυδίδην ἄρχεται ὁ πόλεμος ἐνθένδε ἤδη. Id est, Et iuxta Thucididem, iam hinc belli initium.

Piscis primum à capite fœtet.

Ἰχθὺς ἐκ τῆς κεφαλῆς ὄζειν ἄρχεται.

Piscis à capite primum incipit putere. Dictum in malos principes, quorum contagione reliquum uulgus inficitur.

Ab impijs egressa est iniquitas. 1. Reg. 24.

Significat ab improbis semper mali quippiam exoriri: à bonis nihil malorum proficisci.

γνώμης γὰρ ἀγαθῆς ἔργα χρηστὰ γίγνεται.

Probis ab animis facta promanant proba.

Mali corui malum ouum. Gellius.

Κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν.

Id est, Mali corui malum ouum. Aptè usurpabitur, quoties à malo præceptore discipulus malus proficiscitur, ex improbo patre filius improbus, ex patria illaudata uir illaudatus: denique facinus sceleratum ab homine scelesto.

Autor omnium & fons. Homerus.

Veluti si quis dicat superbiam omnium malorum parentem, fidem omnium uirtutum fontem, Homerum omnis poëseos patrem.

Ex tua officina.

Ex nostra officina depromi dicuntur, quæ à nobis inuenta nostroq; ingenio profecta sunt. Hoc quo longius traducetur ad res animi, hoc fuerit lepidius, ut: Hoc cõsiliũ quis non intelligat è tua prodisse officina? Totum hoc negocij tuæ fuit officinæ.

Generosioris arboris statim planta cum fructu est. Fabius.

Egregia beneq; nata ingenia statim matureſcere, & ad frugem peruenire indicat.

Magnorum fluuiorum nauigabiles fontes. Idem.

Significat præpotentium quantulacunque plus polle-

re, quàm uniuersas tenuium opes.

Terẽtius. *Hinc illæ lachrymæ.*

Dicetur de rei causa aliquandiu dissimulata, quæ uetat tandem deprehendatur.

PARASITI.

Athenæus *Muscæ.* Μῦῖαι.

Olim dicebantur, qui delectabantur aliena mensa, quos Plautus muribus comparat, semper alienum edentibus cibum. Apud Athenæum libro 6. parasitus quispiam se muscæ confert.

Δίψυχρ᾽ ἄκλητ᾽ ὦ μῦῖα.

Id est, Quod *inuocatus* cœnitare amo, muscæ sum. Aduolat enim hoc insectum ad cibum alienum.

Myconiorum more. Μυκονίων λίην.

Myconiorum more dicebantur ad conuiuium accedere, qui ultrò ueniebant non uocati. Myconus una Cycladum est: ipsa gens ob rerum inopiam cogebatur sese cõuiuijs ingerere.

Quadra propria.

Nihil æquè sapit, ut cibus proprius domi sumptus. Catullus: De meo ligurire libido est: id est, gustare cum uoluptate. At diῆ Homerici malunt inuitari ad nidorem stiarum, quàm uiuere οἰκόθιτοι.

Plautus. *Muris in morem.*

Plaut. in Captiu. duo. Quasi mures semper edimus alienum cibum. In parasitos dictum, quibus iucundum est aliena uiuere quadra. Non conueniunt nec in una sede morantur, libertas & cibus alienus, quod eleganter indicat Apologus Aesopicus de mure siluestri & domestico. Quin & Græcis prouerbiale uerbo μυσπολᾶν dicuntur, qui muris in morem cibi causa obambulãt oberrantes. Indicat hoc Hesychius.

Plutarch. Αὐτολίκυβοι.

Dice-

Dicebantur, qui non ex animo, sed uentris causa colerent amicos, inde conficta uoce, quòd sponte ad Lecythum commearent, & inuocati præsto essent in conuiuijs. Eosdem τραπεζίας quoq; uocatos fuisse testatur Plutarchus, & ab Eupolide τοὺς περὶ τάγηνον, ἢ μετ' ἄριστον φίλους, id est, Circum sartaginem & post prandium amicos dictos fuisse.

Ἀλλοτριοφάγοι. Athenæus.

Vocantur, quibus dulce est aliena uiuere quadra.

Κατὰ χειρῶν ὕδωρ. Athenæus.

Apud Athenæum refertur: Orta disceptatione quænam aquarum esset optima, quum alij præferrent Lernæam, alij Pirenæam, alij aliam. Carneus iuxta Philoxeni sententiam dixit: Τὸ κατὰ χειρῶν ὕδωρ ἥδιστον, suauissimam aquam quę manibus infunditur, quòd ea declarat cœnam esse paratam.

Feruet olla, uiuit amicitia. Ζεῖ χύτρα, ζῇ φιλία.

In eos dicitur, quos patina, non beneuolentia conciliat.

PAVPERTAS.

Nec obulum habet, unde restim emat. Lucianus.

In eos, qui maxima rei familiaris inopia laborant. Lucianus in Timone:

Χθὲς μὲν οὐδὲ ὀβολὸν, ὥστε περίαπτον βρόχον ἐκπιόντας.

Id est, Qui pridie ne obulum quidem habeant, quo laqueum emerent. Pauperrimus sit oportet, qui tenuitatis tædio sese laqueo præfocare uelit.

Nudior Leberide. γυμνότερος λεβέριδος.

De uehementer tenuibus. Leberis enim serpentis exuuium significat, quo nihil potest esse inanius.

Iro, Codro pauperior. Ouidius. Iuuenal.

Ouidius: Irus erit subito, qui modò Crœsus erat. De Codro. Iuuenal. Tota domus Codri rheda cõponitur una.

Nudior Paxillo. γυμνότερος παξάλου.

De extremæ paupertatis homine dicebatur hæc hyperbole. Nam Paxillis corticem quoq; detrahimus.

Telenico pauperior. Τελεινίκου πενέστερον.

Nam is notæ paupertatis fuit.

Nudus tanquam ex matre.

Γυμνός ὡς ἐκ μητρός.

Id est, Nudus ex matre. De uehementer paupere.

Ne in pelle quidem. Οὐδ' ἐν δέρμασι.

Suidas. De supra modum tenuibus, uelut usqueadeò nudis, ut ne pelle quidem propria tegantur.

Hesiodus. *Araneas eijcere.*

Hesiodus: Εκδ' ἀγγίων ἰλάσεσθαι ἀράχνια. Id est, Vasis efficias quas nectit aranea telas. Sic enim significant inanitatem & inopiam. Lucianus: Carie & araneis differta.

Idem. *Cum exoßis suum rodit pedem.*

Οτ' ἀνόστεον ὁμ πόδα τένδα.

Consimili figura significauit egestatem in eodem opere. Exossem uocat polypũ, quòd ossibus careat. Is creditus est nonnullis sua brachia rodere, quum deest cibus: Est enim edacissimus.

Hesiodus. *Macilenta manu pinguem pedem.*

Manus enim gracilescunt fame, pedes intumescunt frigore. Hesiodus: Ne te deprendant inopem mala tempora brumæ. Atque pedem premere incipiat manus arida pinguem. Venustius erit, si longius transferatur, ad uaticum parandum senectuti, aut similia.

Tullius. *Pedem ubi ponat, non habet.*

In hominem insignitè tenuem atq; inopem.

Cinclus. Κίγκλοι.

Id est, Cincli. Rusticano prouerbio dicebantur præter modum pauperes. Cinclus enim auis quædam est imbecillis atq; inualida.

Postillo nudior. Ιπέρ γυμνότερον.

De uehementer tenui, miseroq;.

Pau-

Paupertas sapientiam sortita est. Zenodot.

Πενία δὲ τὴν σοφίαν ἔλαχε.

Zenodotus citat ex Euripide: Ignaua est opulentia, uerùm inopia multarum artium repertrix est. Persius: Magister artis ingenijq; largitor Venter. Hominem experti multa paupertas iubet.

Pauper, sed ingeniosus. Homerus.

In hominem tenui cultu, sed egregio tamẽ corpore, quadrabit illud Homeri ex Odyss. ξ.

Οἷκῳ ἐν ἐρικείῳ ὁ γέρων ἐπιγωνίδα φαίνει.

Quos profert senior pannis è uilibus armos.

Lucianus torquet ad senem ingenio facundiáque præcellentem.

Multa docet fames.

Πολλῶν ὁ λιμὸς γίγνετ' διδάσκαλος.

Id est, Fames magistra est artium complurium. Quid. Ingenium mala sæpe mouent. Persius: Ingenijq; largitor Venter negatas artifex sequi uoces.

Hecala pauperior. Ouidius.

Hecale paupertate nobilis est. Ouidius:

Cur nemo est Hecalen, nulla est quæ ceperit Irum?
Nempe quòd alter egens, altera pauper erat.

Fames magistra. Plautus.

Πολλῶν ὁ λιμὸς γίγνετ' διδάσκαλος.

Magistra multorum improba existit fames.

Ad incitas.

Quos urgeret extrema necessitas, his res dicebatur ad incitas redijsse.

Centro & spacio circunscripta. Plutarch.

Plutarchus: Quòd si facultates modicæ fuerint, & centro & spacio circunscriptæ ad usum. Sẽtit fortunas tam angustas, ut nisi certa dimensione dispensentur, non sint ad necessarios usus suffecturæ.

Nani.

Quadrabit in tenues & humilis fortunæ homunculos, ac quemadmodum ait Horatius, moduli bipedalis, qui potentes sumptu conantur æquare.

Horatius.

Tunicati.

Tenues & humiles nullo cultu insignes, tunicati dicuntur. Horat. Vilia uendentem tunicato scruta popello.

Canalicolæ.

Homines exilis tenuisq; fortuna, dicti olim Canalicolæ, quòd circa canales fori consisterent.

Cicero.

Ne tempestas quidem nocere possit.

In homines insigniter nudos & inopes. Qui enim possident aliquid rerum, aut habent in agris, aut in mari, his tempestas nocere potest. Cui uerò nulla tempestas nocere potest, is nec in agris possidet quicquam, ut agricolæ, nec in nauibus, ut negociatores.

Non habet cui indormiat.

Dicimus & hodie: Non habet lectum, aut non habet stramenta, quibus indormiat.

Omnia præter animam.

Quum nihil non datum significamus præter uitam, dicimus omnia tradita præter animã. Simili figura animam debere dicuntur, qui plus quàm omnia debent.

Zonam perdidit.

Acron in Horat.

Prouerbium castrense in ἀχρημάτους, id est, eos qui nihil habent nummorum. Porphyrion tractum dicit à militum consuetudine, qui quicquid habent, in zona secum portant.

Terẽtius.

Animam debet. Τὰν ψυχὰν ὀφείλ∫.

De eo qui immodico ære alieno teneatur, ut plus quàm omnes facultates debeat, ac denique seipsum debeat. Terent. Quid si animam debet? Luat in corpore, id est, opera, qui non habet in ære.

Saguntina fames.

Est

Est Saguntum Hispaniarum oppidū iuxta flumen Hiberum, societate fœderecq; conjunctum cum Romanis. Id longa Pœnorum obsidiōe fameq; eō redactum est, ut ciues extructo in foco igni, quicquid erat preciosarum rerum in eum conjicerēt, ac postremo seq; suosq; liberos eodem præcipitarent, ne uenirent in hostium manus.

Fames meliæa. Λιμὸς μηλιαῖος.

De fame extrema, deq; rebus difficilimis. Est enim Melus oppidum Thessaliæ, quod Nicias Atheniensium dux ob sedit expugnauitq; non tam machinis bellicis, quàm fame. Meminit historiæ Thucydides. Aristoph.

Famis campus. Λιμοῦ πεδίον.

In ciuitates dicitur ingenti fame pressas. Est autem locus quispiam hoc nomine.

Λιμοδωξίς.

Hesychius addit ex autoritate Dydimi, eos qui iuxta Oëtam accolebant sic uocatos, quòd ob terræ sterilitatem frequenter cum fame rem habebant. Quadrabit igitur in eos qui fame adacti aliquo demigrant.

Aquam bibens nihil boni paries. Demet.

Ὑδωρ πίνων, χρηστὸν οὐδὲν ἅψῃ τέκνῳ.

Id est, Aquam bibens, probum & utile paries nihil. Languet poëtarum ingenium ni uino concalescat. Horat.

Nulla placere diu, nec; uiuere carmina possunt,
Quæ scribuntur aquæ potoribus. Iuuenalis:

Satur est quum dicit Horatius: Ohe. Horatius:

Fœcundi calices, quem non fecere disertum? Item:

Laudibus arguitur uini uinosus Homerus. Et,

Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma
Prosilijt dicenda.

Aristoteles pſitacum loquaciorem fieri putat, si uinum biberit.

Non est Dithyrambus, si bibat aquam.

Οὐκ ἔστι διθύραμβος, ἂν ὕδωρ πίνῃ.

Id est, Haud Dithyrambus est, aquā si potitet: Non adest hila-

hilaritas, quum deest uinum. Excitat enim uini calor in ueniendi uim, quæ torpet nonnunquam in ieiunis: mouet phantasias, addit impetus, subministrat fiduciam. Dithyrambi canebantur in honorem bacchi.

Diogen. *Quærendæ facultates, deinde uirtus*

Διζεσθαι βιοτὴν, ἀρετὴ δὲ ὅταμ ἢ βίος.

Quærendus uictus, uirtus autem, ubi uictus adfuerit. Horat. O ciues, ciues quærenda pecunia primum est:
Virtus post nummos.

Zenodot. *Pausone mendicior.*

Γαύσωνος πτωχότερος.

Pauson pictor qui spiam fuit insigni tenuitate, quemadmodum apud Iuuenalem Codrus.

Sterilior Agrippo.

Ἀκαρπότερος ἀγρίππου, id est. Sterilior Agrippo. Laconum adagium est, de ijs qui sunt extremæ paupertatis, neque quicquam facultatum possident. Quadrat & in ignauos, nullius q; industriæ homines.

Aristoph. *Trium dierum commeatum.*

Trium dierum commeatus, cum instare paupertas extrema significatur. Translatio ducta à militum commeatu.

Homerus. *Qui eget, in turba uersetur.*

Etiam hodiernis temporibus uulgò iactatur fabula, de cæco mẽdico, qui iubebat ministro, ut eò se duceret, ubi maxima esset hominum procella, addens sententiam populari ioco celebrem: Ibi quæstum esse, ubi sit hominum frequentia.

Mendico ne parentes quidem amici sunt.

Πτωχῷ δὲ φίλοι οὐδὲ οἱ γεννήτορες.

Diuitiæ conciliant amicos. Paupertas nec illos habet amicos, quos natura coniunxit.

Omnem facultatem indutus est.

Ἀπὸ-

Ἁπάσαν τὴν οὐσίαν ἠμφίασαι.

Id est, Vniuersam substantiam indutus est. De paupere, qui præter uestitum nihil præterea rerum possidet. Hodie uulgato ioco dicunt: Cum subfilio, facultates omnes meæ commouentur. Notum illud Biantis philosophi dictum: Omnia mea mecum porto. Plautus:

Hoc quod induta sum, summæ opes.

Theagenis pecuniæ. Aristoph.

Θεαγένους χρήματα, τὰ Αἰσχίνου.

Id est, Theagenis pecuniæ, quemadmodum Aeschinis. Iocus prouerbialis in eos, qui pauperes quum essent, tamen diuites haberi uolebant. Hoc morbo notatus est uterq; & Theagenes & Aeschines. Vnde cognomen his additum, ὀλλοις, à Sello quopiã ineptè ambitioso. Finitimum ei: Phaniæ ianua.

Cleomenes cubile superat.

Ὁ Κλεομένους δὴ κοίτης ὑπερέχει.

De eo, qui magis abundaret rebus superuacaneis, quàm necessarijs. Ductum apparet à quopiam, corpore quàm pro lectuli modo maiore.

Certißima paupertas. Columel.

Columella: Nam uetus prouerbiũ est, paupertatem certissimam esse, quũ alicuius indigeas, uti ex eo non posse, quia ignoretur ubi proiectum iaceat, quod desideratur.

Ostiatim.

Eleganter nec sine prouerbij specie Cicero dixt, ostiatim, pro singulatim, siue nominatim. Iucundius erit si transferatur ad res animi, ut si quis è singulis libris aut capitibus autorum petat testimonia aut probationes, dicitur ostiatim petere. Cicero.

PENSATIO BENEFICII, VEL OFFICII.

Manus manum fricat. Plato.

Monet autem neminem fermè mortalium inueniri, qui uelit

uelit in quempiam beneficium collocare, à quo non spe ret aliquid emolumenti uicissim ad se redituru, sed offi cium inuitari officio. Idem adagium effertur & hoc pa cto: Id Χεὶρ χεῖρα νίπτει. Id est, Manus manum lauat.

Suidas. *Botrus oppositus botro, matureſcit.*

Βότρυς πρὸς κότρυν πεπαίνει.

Id est, Botrus iuxta botrum matureſcit. Quando dice mus talem quenq; euadere, cum qualibus habet consue tudinem. Habet autem hoc assiduitas, ut uicinis uicia fa ciat communia. Translatum ab uuis, quæ mutuo oppo sitæ maturitatem inter se uicissim, & dant & accipiunt.

Da mihi mutuum testimonium.

Cicero. Δάνεισόν μοι μαρτυρίαν.

Hoc est, Da mihi tuum testimonium, recepturus itidem meum. In eos rectè iaciendum, qui se mutua talione laudant.

Senes mutuum fricant.

Celebratur & Scipionis Aemiliani apophthegma, Iumē ta quòd manibus careant, alieno egere fricatu. Quo signi ficatum est eos, qui res egregias gerere non possunt, egere præcone, quo famen sibi comparent.

Pro Delo Calauriam.

Αντὶ Δήλου τὴν καλαυρίαν.

Est in fabulis: Neptunum cum Latona permutationem fe cisse, ut illa Calauriam insulam Neptuno cōcederet, pol sideret Delum, pro'que dato Tænato reciperet Pytho nem. Est autem Calauria exigua insula, haud procul à Creta. Ea res in prouerbium abiit, quoties officium offi cio pensatur.

Diogeni. *Fricantem refrica.* Τὸν ξύοντα ἀντιξύειν.

Id est, Scalpentem uicissim scalpe. Par est, de merente be nè, benè mereri, & officium officio pensare.

Pro. 7. *Ferrum ferro acuitur.*

Ferrum ferro acuitur, & homo exacuit faciē amici sui.

Eo-

Eodem cubito. Αυτῷ πήχει. Lucianus.

Hoc est, Eadem regula, eadem mensura. At non inutile fuerit admonere, plerasq; metaphoras à mensuris ductas esse prouerbiales, ut Pensiculare rem, Pensitare factum, Rependere beneficium, Remetiri gratiam, Librare negocium, Expendere cuusam, Renumerare beneficium, Aequilibrium officij, Retaliare conuicium, atq; id genus alias.

Eadem mensura. Matth. 7.

Christus in Euangelio utitur, quum ait futurum, ut qua mensura fuerimus alijs emensi, eadem nobis alijs remetiantur.

Par pari referre. Ισομοίρῳ ἐπιφέρειν. Terētius.

Quo monemur, ut tales simus in alios, quales in nos illos experimur. Idem in prologo Phorm. Quod ab ipso allatum est, sibi id esse relatum putet.

Paria facere.

Paria facere, idem est, quod pensare ex æquo.

Hostimentum est opera pro pecunia. Plautus.

Hoc adagium admonet nihil gratuitum esse debere, sed officium beneficio pensandum. Hostimentum autem, autore Festo Pompeio, beneficij pensatio est, à prisco uerbo hostire & redhostire, quod est paria referre. Ab eodē hostem dici putat Nonius, quòd ex æqua causa pugnam suscipiat. Siclena apud Plautum in Asinaria adolescenti respondet sua exprobranti beneficia. Hostimentum ex opera pro pecunia, hoc est, neuter habet quod imputet alteri. Tu mulierem amabas, missa est: Ego pecuniam, dedisti.

Pro bonis glomi. Αντ' ἀγαθῶν ἀγαθίδες. Suidas.

Id est, Pro bonis glomi. Dici consueuit, ubi quis beneficium quod in alium contulisset, cumulatè, cumq; fœnore reciperet. Agathides enim Græcis glomi dicuntur, uerum allusionis decus in uoce Græca est, quod in sermone Latino reddi non potest.

Vt

Cicero. *Vt sementem feceris, ita & metes.*

Reportabis præmium tuis factis dignum. Perquam festiuum est, quod de Diogene refert Laërtius: Super cœnam quidam illi obiiciebant ossa uelut cani, quòd Cynicus esset, eam contumeliam sic ille pensauit. Accessit propius, & iuxta illos stans mingebat, uicissim illis canem agens. Sed propius huc pertinet, quod idem refert in Zenone, qui seruum in furto deprehẽsum cędebat: Seruus interim clamabat, in fatis fuisse ut furaretur. At Zenon, illud etiam, ut cedereris. Seruus quoniam audierat herum disputantem de necessitate fatorum, eam præterxuit suo commisso. Sed scitè retorsit philosophus.

Idem. *Benefactis pensare delicta.*

Ἄλλοις μὲν ἐυθλοῖς τὸμ δ' ἀποθεῖνῃ φόγον.

Alijs benè actis hocce depellunt probrum.

PERFICIENDI SIVE ABSOLVENDI.

Cicero. *Nodum soluere.* Κάθαμμα λύειμ.

Dicebatur, qui negocium alioqui impeditum facilè conficeret.

Tenedia bipennis. Τενέδιος πέλεκυς.

Id est, Tenedia securis. Conueniet autin eos, qui nimium seuerè iudicant ac puniunt: aut qui celeriter expediunt controuersias, & litium ambiguitates. Inde translatum, quòd olim rex Tenedi securim gestans lites audire consueuit: causáque iudicata, protinus eum, qui fecisset iniuriam, securi percutere. Aut quòd Tenedius quidam rex legem tulit in adulteros, ut utriusq; corpus securi concideretur, eiusq; legis exemplum etiam in filium ędidit.

Diogenianus. *Colophonem addidit.*

Τὸμ κολοφῶνα ἐπέθηκεμ.

Dici consueuit, quum summa manus rei cuipiam imponitur, aut quum accedit id, sine quo negocium confici non potest. Strabo scribit Colophonios olim cum na-

uali

ualibus copijs abundasse, tum equestribus usqueadeo præcelluisse, ut ubicunque gentium bellum gereretur, quod confici non posset, Colophoniorum equitum auxilio profligaretur.

Colophonium suffragium. Plato.

Κολοφωνίαν ψῆφον.

Quum Colophonij duodecim ciuitatibus imperarent, quarum una Smyrna, in publicis concilijs si quando Smyrnensium æquales fuissent calculi, pars ea uincebat, cui subscripsissent Colophonij illi quorum opera uicerant in prælio. Itaq; prouerbium quadrabit, quum significabimus iudicium, aut suffragium alicuius plurimum in re quapiam ualere.

Summum fastigium imponere. Cicero.

Pro eo quod est, Rem omnibus suis partibus absoluere. Exempla reperies apud Ciceronem. Trãslatum ab ædificatoribus, qui perfecto demum artificio, fastigium ali quod solent imponere.

Circulum absoluere. Τὸν κύκλον ἀποπλήρωσαι. Est rem omnibus numeris, omnibusq; partibus perfectam reddere.

Summam manum addere. Seneca.

Mirum ni Metaphora ab artificibus translata, qui primum rude quoddam operis simulachrũ effingunt, atque hanc primam appellant manum, deinde formant expressius, postremo summa cura expoliunt, atq; hanc supremam seu summam manum uocant. Eadem figura dicimus: Nihil deesse præter extremam manum.

Supremum fabulæ actum addere. Cicero.

Pro eo quod est, Extremum finem imponere. M. Tullius ad Quintum fratrem: Illud te ad extremũ & oro & hortor, ut tanquam Poëtæ boni & actores industrij solent, sic tu in extrema parte & conclusione muneris ac negocij tui diligentissimus sis.

Ad umbilicum ducere. Horatius.

Pro eo, quod est, Librum finire atq; absoluere. Sunt em umbilici ornamenta quædam ossea aut lignea cornea-ue, umbilici nostri formam imitantia, quæ uoluminibus iam absolutis addebantur, atque hinc prouerbialem figuram esse natam: Ad umbilicum peruenit, id est, ad finem.

Ad coronidem usq;. Μέχρι τῆς κορωνίδος.

Id est, Vsque ad coronidem. Quum extremum finem rei cuiuspiam significamus. A nauibus translatum, quibus aliquid rostri speciem gerens solet addi. Iucundius erit, quoties transfertur ad animum, ueluti si quis studiorum coronidem dicat: aut moneat, ut egregijs cœptis auream addat coronidem. Aut uitæ laudabiliter actæ iubeat auream imponi coronidem, hoc est, mortem piam.

Seruatori tertium. Τῷ σωτῆρι τρίτον.

Id est, Tertium seruatori. Pindari interpres ostendit antiquitus fuisse morem, ut in conuiuijs primus calix misceretur Ioui Olympio, secundus heroïbus, tertius Ioui seruatori. Addit autem hunc calicem σωτῆρος appellatum, quòd hucusq; potatio citra ebrietatem animiq; noxam consisteret. Iuxta illud apud Apuleium Asclepiadis dictum, existimantis primum craterem pertinere ad sitim, secundum ad uoluptatem, tertium ad ebrietatem, quartum ad insaniam.

Hesiodus. *Domum quum facis, ne relinquas impolitam.*

Sensus est: Vnicuiq; negocio, quod semel instituerimus, finem idoneum imponendum, ut nihil omnino desideretur. Veluti si quis adhortetur aliquem ne literarium studium deserat, sed laudabiliter institutis summam manu imponat, ne uulgò ludibrio sit.

Iul. Poll. *Omnia octo.* Απαντα ὀκτώ.

Cum nihil deesse significamus, aut quum multa inter se similia uidentur.

Cicero. *Si meus ille stylus fuisset.*

Pro eo quod est, Si hoc negocij meo arbitrio, meoq; artificio commissum fuisset. Translata metaphora à fabularum

larum autoribus, quorum stylo & calamo fabula tota cõficitur. Porrò stylus est cuspis illa graphiaria, qua scribimus in tabulis ceratis.

Ad Herculis columnas. Ἡρακλέους στήλας.

Sicẽ uulgò dici solet τὰ πέρα καθίστωμι οὐ περατά. Quæ ultra Gades, inaccessa. Quo significant ultra columnas Herculis non esse quò progrediare. Columnas has Hercules sibi fixisse dicitur, quum boues uestigaret Geryonis, tanquam illic esset suprema orbis meta.

Ad phasim usq; nauigauit. Strabo.

Εἰς φάσιν ἔνθα ναυσὶν ἔσχατος δρόμος.

Id est, Ad phasim, ubi supremus cursus nauibus. Phasis Euxini sinus ex extrema nauigationis meta. Aut usque ad Britannos, quos autores extra mundi terminos ponunt.

Omni deuorato boue in cauda defecit.

Πάντα ἐκτραγὼν τὸν βοῦν, εἰς πλὴν οὐρᾶς ἀπέκαμεν.

Hoc est, Reliquo negocio peracto, in extremo fine delassatus est.

Bellicum canere. *Receptui canere.*

Bellicum canere, pro eo quod est, animare atq; exhortari. Receptui canere, pro finire. Signa canant, apud Martialem, id est, iam congrediamur. Et apud Plautum, collatis signis depugnare: apud eundem, uersis gladiis depugnare. Quin hoc ipsum collatis signis, haud dubiè prouerbij speciem habet, quum significamus seriam & exactam de re disceptationem. Iuuenalis:

Hæc tuba rixæ, Id est, hoc belli initium.

Hic telam texuit, ille deduxit. Iul. Poll.

Hoc est, Alter orsus est, alter perfecit.

Filum neuisti, & acu opus est. Hernipp.

Ῥάμμα ἔπεκλωσας, προσδεῖ σοι ῥαφίδος.

Id est, Filum ductum est, opus est & acu. Quum significamus non satis esse cœpisse, nisi pari industria perficias: Didicisti artem, supereſt exercitatio. Didicisti grammaticam, reſtat dialectica. Didicisti ſacras literas, reſtat bona uita.

Lucilius. *Summum ſuere centonem.*

Ad hanc formam pertinet, quod apud Nonium ait Lucilius: Sarcinatoris esse, ſummum ſuere cẽtonem optimè.

Plutarch. *Lunæ radijs non matureſcit botrus.*

Conueniet in eos, qui conantur quod ob defectum uirium non queunt perficere.

Nihil poteſt, nec addi, nec adimi.

De perfectis operibus ita uulgò dici ſolitum.

Ariſtotel. *Quadratus homo.*

Qui caret omni uicio, & quæ ſunt uirtutis contemplabitur: ac fortunæ caſus optimè feret, ac prorſus omni ex parte modulatè, is uerè bonus eſt & quadrangulus.

Horatius. *Rudem accipere. Rude donare.*

Rudem accipere, pro dimitti à munere. Rude donare, pro dimittere. Inde ducta metaphora, quòd antiquitus gladiatores, quibus permiſſum erat, à gladiatorio munere ceſſare, rude donati dicebantur. Proinde quicunque à munere quouis in ocium reſtituitur, uel ob ætatem, uel ob imbecillitatem, rudem accepiſſe dicentur.

Solon. *Finem uitæ ſpecta.*

Solon Cræſo reſpondit, nemini competere nomen beati, niſi qui feliciter uitæ curſum peregiſſet. Quod referens Iuuenalis: Quem uox, inquit facunda Solonis Reſpicere extremę iuſſit ſpacia ultima uitę. Ouid. in Transformatiõibus ſic extulit: Sed ſcilicet ultima ſemper Expectanda dies homini eſt, dicíq; beatus Ante obitum nemo ſupremaq; funera debet. Quin hodieq; paſſim omnibus eſt in ore: Ab exitu rem ſpectandam eſſe.

Homerus. *Haud perficiet.*

Qui dicet negocium haudquaquam perfectum iri, uerbis

bis Homericis id dicat licebit.

Τλίη δ' ὁδὸν οὔποτε ταύτην. Id est,

Verùm hancce uiam haud perfecerit unquam.

Capere prouinciam. Tradere prouinciam. Terentius.

Tradere prouinciam, figura prouerbiali dicũtur, qui negocium aliquod curandum committunt. Capiunt ſuſcipiunt'ue prouinciam, qui rei curandæ onus in ſe recipiunt. Metaphora ſumpta à conſuetudine Romanorum: apud quos qui magiſtratum gerebant, prouincias alias alii ſortiebantur. Terentius: O Geta, prouinciam ſuſcepiſti duram. Plautus: Abi rus. Abi directus in tuam prouinciam.

Curſu lampada trado. Lucretius

Curſu lampada tradere, eſt partes tuas quaſi ſucceſſione, in alium atq; alium transferre. Eodem pertinet illud Perſianum: Qui prior es, cur me in decurſu lampada poſcis? Terent. Tradũt operas mutuas, & alijs alij uicisſim ſuppetias ferunt.

Sarta tecta. Tullius.

Pro conſummatis, probeq; curatis, & in quibus nihil ſit omiſſum, ex ſolennibus uerbis Iurecõſultorum abiit in prouerbium. Plaut. in Trin. Ne tibi ægritudinem pater parerẽ, parſi ſedulo. Sarta tua præcepta uſq; habui mea modeſtia.

PERFIDIA.

Verbis conceptis peierare.

Olim iuraturo ſolennibus uerbis præibatur, quò iuſiurandum eſſet firmius. Interdum iurans tenebat aram, quo maior eſſet iuriſurãdi religio. Itaq; ſanctiſſimũ iuſiurandum ſignificantes, dicebant: nec ſi aram tenens iuraueris, credam tibi. Plautus.

Θράττειν.

Θράττειν ſignificat decipere, & Thracijs dolis tractare. Sunt enim Θράτται ancillæ Thraciæ.

Superauit dolum Troianum. Idem.

Nusquam tuta fides Virgil. 4. Aen.

Plautus in Pseud. Superauit dolum Troianum, atq; uicit Pseudolus. Sentit autem de equo Troiano è trabibus contexto. Quemadmodum autem Græci per suborna-tum Sinonẽ imposuêre Troianis, ita Pseudolus per Har-pagem imposuit Lenoni.

Ausonius

Græca fide. Ἑλληνικῇ πίστει.

Pro certa fide per ironiam. Ausonius: Mutuatur ad Græ-cam fidem, Euripides: πιστὸν ἑλλὰς οὐδὲν οἶδεν. Ideſt, Græ-cia nequaquam nouit fidem.

Punica fides.

Pœnorum perfidia in prouerbium abiit, quòd ea gens peculiariter perfidiæ uanitatiſq; notata ſit.

Gregorius.

Altera ſcabit, altera ferit.

Gregorius theologus: ὥσπερ εἴ τις ἑνὸς ἀνδρὸς τῇ μὲν τῶν χα-ρῶν μεταφύχοι τὴν κεφαλὴν, τῇ δὲ πατοὶ τὴν παρειάν. Id eſt, Perinde quaſi quis eiuſdem uiri altera manu ſcabat ca-put, altera malam feriat.

Aesopus.

Ex eodem ore calidum & frigidum efflare.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος δ' ἀναφυσῶν καὶ ψυ-χρὸν ἀξάγειν.

Bilingues, & qui eundem modò laudant, modò uitupe-rant, ex eodem ore calidum & frigidum ſpirare dicun-tur. Huic cõfine eſt illud Iacobi Apoſtoli: Ex eodem ore emanat dulce & amarum.

Magadari.

Μαγαδίζειν ſiue μαγαδιάζειν dicebantur olim, qui bilin-gues eſſent: eodem ore laudantes ac uituperantes, pudi-cè & obſcœnè loquentes: ductum à magadide, quod or-ganum eſſe λιφωνον conſtat, ſimul emittens geminam uocem, grauem & acutam, harmonia, quæ dicitur διὰ λιὰ πασῶν.

Plutarch.

Altera manu fert aquam, altera ignem.

Τῇ μὲν ὕδωρ φέρῃ, τῇ δὲ ἑτέρῃ τὸ πῦρ.

In eum torqueas licebit, qui quum coram ſit blandus, oc-

cultè

cultè noceat. Aut in bilinguem, & nunc laudãtem, nunc uituperantem. Loquitur Plutarchus de muliere diuersis & contrarijs instructa.

Altera manu fert lapidem, altera panem ostentat. Plautus.

Qui corãm blandiuntur, clãm obtrectantes, palãm amicos agunt, clanculum nocent. Aut qui hic prosunt, illic lædunt, falsam beneficij spem ostentant, ut nacti occasionem funditus perdant, ij dicuntur altera manu portare lapidem, altera panem ostentare. Translatum ab ijs, qui canes ostentato pane pelliciunt: deinde accedẽtibus saxum illidunt.

PERPLEXVS.

Ventus neq; manere sinit, neq; nauigare. Diogen.

Ἄνεμος οὔτε μένειν ἐᾷ, οὔτε πλεῖν.

Vsus erit, ubi quis in eas rerũ angustias inciderit, ut nec relinquere negocium sit integrum, nec absoluendi sit facultas. Metaphora sumpta à uentis.

Auribus lupum teneo. Terẽtius.

Donatus Græcam parœmiam Græcis adscribit uerbis: Τῶν ὤσιν ἔχω τὸν λύκον, οὔτ' ἔχω, οὔτ' ἀφεῖναι δύναμαι. Id est, Auribus lupum teneo, neq; retinere, neq; amittere possum. Aiunt lupum non posse teneri auribus. Dicitur in eos, qui huiusmodi negocio inuoluuntur, quod neq; relinquere sit integrum, neq; tolerari possit.

Hæret in uado. Ambrosi.

Ambrosius in Lucam: In abruptum, inquit, disputationis uenimus, hæremus in uado. Metaphora à nauigio ducta, quòd uado illisum frustra circumagitur. Tullius: Venit ad extremum, hęret in salebra. Sunt autem salebrę fluminum aut uiarum obstacula, à saltu dictæ.

Gangamon. Aeschyl.

Iulius Pollux lib. 10. citat Aeschylum, qui negocium inuolutum & explicatu difficile γαγγάμονα dixerit, quemadmodum dicimus nassam. Docet item genus esse retis inuolutis flexibus sinuosum ac perplexum, quòd à Grę-

cis dicatur γαγγάμων, à γὰ, quod est capio.

Cicero. *In aqua hæret.*

Qui fluctuat, neq; in solido consistit. Translatum ab oratorum clepsydra, ut eum in aqua hærere dicamus, qui se distillata iam aqua, tamen è causa non potest expedire.

Terẽtius. *Nunc meæ in arctum coguntur copiæ.*

Terentius: In angustum oppidò nunc meæ coguntur copiæ. Metaphora sumpta ab exercitu, qui undiq; obsideretur ab hostibus, ut difficile sit effugere.

Plato. *In puteo constrictus.* Ἐμφρέατι συνοχόμενος. Quadrabit in eos, qui in angustias eas redacti sunt, ut extricare sese nullo modo possint. Idem: In puteo cum cane pugnare, & Cantherium in fossa.

Perplexus.

Homerus. Qui in maximis uersatur periculis, nec ullum affulget subsidium, usurpabit illud Homeri ex Odyss. ξ.

Οὐδέ τις ἄλλη
Φαίνετο γαιάων, ἀλλ' οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα. Id est,
Nec ulla apparuit ultrà
Tellus, sed nobis cœlum undiq;, & undiq; põtus.

Perplexus, animiq; consternati.

In eum, qui periculoso negocio consternatur animo, nec rationem inuenit, qua explicet sese, quadrabit illud Homeri ex Iliad. Θ.

Νέστορα δ' ἐκ χρῶν φύγον ἵπποι θυμαλγέα τα. Id est,
Fugêre è manibus mirandæ Nestoris habenæ.

Ne Execestides quidem uiam inuenerit.

Οὐδ' Ἐξηκεστίδης ἂν εὗροι τὴν εὐθεῖαν ὁδόν.

Id est, Ne Execestides quidẽ rectam uiam inuenerit. De negocio perplexo atq; inexplicabili. Execestides quidam uulgò malè audiit, quòd immodicus esset in peregrinationibus, ut omnes uias quàm maximè cognitas haberet.

Laby-

Labyrinthus. Λαβύρινθος.

Labyrinthum olim uocabant orationẽ, aut rem quampiam uehemẽter impeditam & inextricabilem. Veluti si quis philosophiæ studium, Labyrinthum uocet. Sumptum à Labyrintho Dædali. Huic nõ dissimilis erat Mæander. Id erat picturæ genus ortum ab exẽplo Labyrinthorum. Prudẽtius in carmine: Cultor Dei, O tortuosẽ serpens, Qui mille per Mæandros.

De gradu deijcere. Plato.

Proeo, quod est, animo consternari, ac uelut à statu mẽtis dimoueri. In gradum reponere, quasi in pristinum locum restituere. Ad eandem formam pertinent, mouere loco, deturbare gradu, restituere in locum.

De possessione deijcere.

Ex sermone Iurisconsultorum in uulgi sermonem abijt, pro eo quod est, famam cuipiam eripere, quam iam omnium cõsensu obtinuerit, aut adimere quippiam, quod suo quasi iure tenere uideatur. Nam ius semper fauet possidenti.

Peribis, si non feceris. Plautus.

Vbi quis in eum redactus est locum, ut nec aggredi rem possit citra magnum incommodum, neq; tutò omittere: Si faxo, uapulabo.

Nec currimus, nec remigamus.

Aptè torquebitur in illos, qui frustra conantes nihil proficiunt, uidelicet aduersante fortuna.

Nec caput, nec pedes. Cicero.

Negocium ita perturbatum, ut nescias quo pacto uel expedias uel amittas, ueteres dicebant, nec caput habere nec pedes.

PERSPICACITAS.

Lynceo perspicacior. Plato.

Sunt qui tradant Lynceum primum reperisse fodinas metallorum, æris, argenti, & auri. Et hinc uulgò natam fabulam, quòd ea quoq; uideret, quæ sub terra forent:

Aristophanes in Pluto: Βλέπειν τ' ἀποδίξω σ' ὀξύτερον τοῦ Λυγκέως. Id est, Faxo ut uideas, uel Lynceo ipso acutius. Cicero: Quis est tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat?

Serpentis oculus. Ὀφεως ὄμμα.

De his dici consueuit, qui acribus & intentis intuerentur oculis. Ab animante sumpta metaphora. Horat.

Cur in amicorum uicijs tam cernis acutum,
Quàm aut aquila, aut serpens Epidaurius?

Iulianus. Ἐμπλάτει.

Ἐμπλάτει dictum, accipiendum interpretantur Græci, quum paululum ultra præscriptum significant esse cõcedẽdum, præsertim in his quæ sunt humanitatis. Velut si quis pollicitus solutionem ad diem Augusti decimum, reddat postridie. Iulianus Pandectarum lib. 46. Titul. de solution. cap. Ratum autem dominus habere debet, mox quum primum certior factus est, sed hoc ἐμπλάτει id est, & cum quodam spacio temporis accipi debet.

Odorari.

Translationes, quę ducuntur à corporis sensibus, omnes ferè prouerbiales sunt: Veluti odorari, pro rescisci, Olfacere, pro deprehẽdere. Subolere, pro suspectum esse. Obolere pro molestum esse, aut esse in supicione. Huc pertinẽt & illa: Olet mendacium. Redolent Atticismum, Olet lucernam. Cicero ad Atticum: Hominem degustes. Idem ad eundem: Et Latinus ille tuus Atticismus exinteruallo regustãdus. Et palato satisfacere dicitur, quod animo placet. Deuorare tædium. Absorbere molestiam. Affinia sunt illa: Sapiunt arrogantiam. Resipiunt iuuenile quiddam. Cõcoquere item, pro uincere molestiam. Nauseare, cum tædio audire. Euomere, dicere quod dolor non finebat reticere. Et expuere miseriam ex animo. Cõputare, pro lacessere maledictis. Despuere, pro contemnere. Stomachari pro indignari. Oculis ferre, pro uehementer amare, curæq; habere. In oculis esse, Obuersari oculis, id est, recordari, & in memoria, cogitationeq; esse. Respicere, curam agere, & rationem habere.

Pro-

Prospicere, in postremum consulere. Despicere, fastidire. Suspicere, mirari. Conniuere, pro data opera dissimulare. Cæcutire, hallucinari, pro falli iudicio.

PERSPICVITAS.

Vel cæco appareat. Plutarch.

De re uehementer perspicua. Eusebius aduersus Hieroclem:

Ἀλλὰ γὰρ καὶ τυφλῷ φασι δῆλον. Id est,
Quin etiam uel cæco perspicuum aiunt esse.

Et puero perspicuum est. Καὶ παιδὶ δῆλον. Plato.

De re supra modum perspicua confessa.

Notum lippis ac tonsoribus. Horatius.

Quę iam in ora uulgi abierunt, omnibus tonsoribus ac lippis nota dicuntur, propterea quòd olim in tonstrinarum confessibus omnes rumores narrari consueuerũt. Horatius: Opinor Omnibus & lippis notum & tonsoribus esse. Nam lippi in tonsorum officinis desidẽt, expetentes remedium oculorum.

Tanquam in speculo. Tanquam in tabula.

Κατάπτῳ ὡς κατόπτρῳ, μὴ ὥσπερ ὡς γραφῇ.

De re uehemẽter euidente, perspicua. Terent. Denique inspicere tanquam in speculum uitas omnium iubeo.

Rudius ac planius. Suidas.

Suidas admonet subesse prouerbium, quod hunc ad modum feratur: σαφέστερόν μοι κ' ἀμαθέστερον φράσον. Id est, Apertius mihi loquere, atq; indoctius. Sumptũ à quibusdam ænigmatum inuolucris.

Electro lucidior. Ἠλέκτρου διαφανέστερος. Lucianus.

Id est, Electro pellucẽtior. De re magnopere dilucida.

Veluti è speculo. Ὡς ἀπὸ σκοπιᾶς. Plutarch.

Dum quis rem ueluti oculis subiectam, totam undiq; cõtemplatur.

Archimedes non posset melius describere. Cicero.

Archimedes Syracusanus Geometra fuit celeberrimus, nus-

nusquam non intentus figuris geometricis, adeò ut pingens sit interfectus.

Mens uidet, mens audit.

Νοῦς ὁρᾷ, & νοῦς ἀκούει.

Id est, Mens uidet, mens audit. Locus erit adagio, ubi iubemus quempiam attentum esse, quèadmodum dicimus: hîc esto, & isthic sum.

Candidus sermo. Λευκὸς λόγος.

Græcis dicitur oratio dilucida, perspicuaq; à colore, qui inter cæteros plurimum habet lucis. Vnde λευκότεροι εἰπεῖν dicuntur, qui clarius efferunt quod sentiunt, hoc est, σαφέστερον. Et λευκὴ φωνὴ uox dicitur quæ facilè penetrat aures auditorum.

PERTINACIA.

Ostrei in morem hæret.

Aristoph. Ὥσπερ λεπὰς προσίσχεται. Id est, Ostrei siue conchylij in morem adhæret. Aristophanes dixit inanem quæ ægrè à iuuene diuellebatur:

Ὡς εὐτόνως ὦ Ζεῦ βασιλεῦ τὸ γραίδιον
ὥσπερ λεπὰς τῷ μειρακίῳ προσίσχεται. Id est,
O Iuppiter, quàm fortiter conchæ modo,
Isthæc anicula adhæret adolescentulo.

Est conchæ genus quod capillamẽtis quibusdam inter se cohæret, quò tutius sit aduersus undarum motus.

Lycurgus sophista. *Alios Tragœdos prouocat.*

Τοὺς ἑτέρους τραγῳδοὺς ἀγωνιᾶται. Id est, Aduersus reliquos Tragœdos sese parat. Didymus ostẽdit dici solitũ in eos, qui sese componunt, instruuntq; aduersus partẽ aduersam. Translatum uidetur à certaminibus Baccho sacris, in quibus Tragœdorum feruebat concertatio. Huc referas licet paulò inferius adductum.

Auriculam mordicus.

Mordicus tenere.

Cicerõ. Est summa pertinacia tueri, quod Græci uocant πρόσχεσθαι. In eundem sensum dixit Seneca: Vtraq; manu.

Toto

Toto corpore. Omnibus unguiculis. Idem.

A feris sumpta metaphora, quæ dentibus, unguibus, totoq; corpore retinere solent, quod nolint extorqueri.

Gladiatorio animo. Terentius

Terent. in Phorm. Hem gladiatorio animo ad me affectant uiam. Quo significatur ita tendi ad nocẽdum alteri, ut id cum proprio etiam periculo tentetur, animo pertinaci, paratoq; uel perdere uel perire.

Nisi crura fracta fuerint. Cicero.

Marcus Tullius docet prouerbio fuisse iactatum in C. Plancum, eum perire nõ posse, nisi crura ei fracta fuissent. Is incenderat curiam, ob quod facinus quum esset eiectus in exilium, tamen pòst armatus ausus est redire in urbem.

PHILAVTIA.

Non uidimus manticæ, quod in tergo est. Persius.

Id est, Non uidemus nostra ipsorum uicia, quum aliena curiosis oculis perspiciamus. Finxit Aesopus singulos mortales binas habere manticas, hoc est, peras. Alteram ante pectus, alteram à scapulis, tergoq; propendentem. Sed in priorem, inquit, aliena uicia immittimus, in posteriorem nostra.

Quod uolumus sanctum est. Augusti.

D. Augustinus lib. contra Cresconium Grãmaticum IIII Non iam ut uetus prouerbiũ fertur, quod uolumus sanctum est, sed etiã quãdo uolumus, & quandiu uolumus. Genus hoc hoĩm hodie regnat in mundo, qui pietatẽ nõ exigunt ad Christi regulã, sed ad suos affectus, & quicqd uehemẽter amant, hoc uideri uolunt etiam sanctum.

Papæ myxus. Βαβαὶ μύξου.

In glorioso & iactabundos dici consueuit. Nam βαβαὶ stuporis & admirationis significationem habet. Myxus autem sacerdos quispiam fuit Dianæ, gloriosus & magniloquus.

Amicos Tragœdos æmulatus.

τοὺς

Τοὺς ἑταίρους τραγῳδοὺς ἀγωνῶν.

Sumptum ab hiſtrionibus Tragœdiarum, qui quum ſint leuiſſimi nebulones, tamen ubi Deum aut regem agunt in fabula, tum cultu, uoce, geſtuq; maieſtatem quandam imitantur: dici ſolitum de his, qui ſeſe accommodarent, & morum ſeueritatem ſumerent ad æmulationem aliorum.

Plutarch. *Tragicè loqui.* Τραγικῶτερον λαλῶν.

Eſt uerbis uti magnificentioribus. Eſt enim tragicorum character ſublimis, amatq; Tragœdia ampullas & ſeſquipedalia uerba.

Turpis iactantia.

Homerus. Non eſt generoſi animi iactare ſeſe de ijs, quæ fortiter aut feliciter fecit. Super hoc ita Menelaus apud Homerum Iliad. P.

Οὐ μὲν καλὸν ὑπέρβιον εὐχετάασθαι. Id eſt,
Haud ſanè pulchrum ſeſe iactare ſuperbè.

Ne magna loquaris. Μὴ μέγαλα λέγε.

Diogen. Admonet temperandum eſſe à magniloquentia. Horat.
Proijcit ampullas & ſeſquipedalia uerba. Idem:
Et ſpirat tragicum ſatis & feliciter audet.

Argenti fontes. Ἀργύρου κλαῦσαι λαλοῦσιν.

Id eſt, Argenti fontes loquuntur. In eos, qui ſtolidè quidem atq; indoctè, ſed arroganter tamen & confidenter loquerentur, opibus uidelicet ſuis freti. Mimus:
Fortuna quẽ nimiũ fouet, ſtultum facit. Antiphanes:
Opes enim ſicut medicus malus,
Vbi cœperint, reddunt uidentes illico cæcos. Quadrabit in eos quoq;, quorum oratio propter opum fiduciam plus ſatis libera atq; audax uidebitur. Nam quem admodũ paupertas timiditatem adfert, itidem opulentia παῤῥησίαν, id eſt, loquendi confidentiam adducere ſolet.

Fœnum habet in cornu.

Horatius. In homines feroces ac maledicos dicitur: Fœnum habet in cornu. Horat. in Sermo. Fœnum habet in cornu, longè fu-

gè fuge. Inde translatum, ut Acroni placet, quòd antiqui tus bubus cornupetis fœnum pro signo in cornu appenderetur, quò sibi caueerent, qui forrè occurrissent.

Colophonia ferocia. Κολοφώνεια ὕβρις. Diogen.

In insolentes, qui ferociter decipiunt & affligunt humilioris fortunæ homines. Aut in eos, quibus sua ferocitas exitium attulit. Sumptum ab arrogãtia, superbiaq; eius gentis.

Oleum in auricula ferre. Martialis.

Est apud Martialem. Poëta taxare uidetur hominem rigida, supinaq; aure:

Narratur quidam bellè dixisse Matulle.
Qui te referre oleum dixit in auricula.

Neq; negarim posse referri ad assentatores, qui uelut oleum in aurem instillant, dum iucunda loquuntur magis, quàm salutaria.

Oleum uendere.

Huc pertinebit & illud Euangelicum, de uenditoribus olei.

Fortuna reddit insolentes. Homerus.

In eum, qui postea quàm fortuna secundior affulsit, animos item effert, & paulò confidentius gerit sese, quadrabit illud Homeri:

Lætatus uentis pandebatuela secundis.

Ab Eteobutadis ducit genus.

Ἐξ Ἐτεοβουταδῶν ἕλκει γένος.

Dici solitum de ijs, qui maioribus illustribus & antiqua nobilitate sunt oriundi: uidelicet à Buto quopiam, qui sacerdotes instituit Athenis. Et ab huius posteris postea summi magistratus creabantur. Venustius erit, si per ironiam sumatur in hominem obscurum, aut nobilitatis & imaginis ostentatorem.

Ne intra uestibulum quidem. Οὐδ' ἐντὸς ἐωγός.

In tumidos, feroces & insolentes dici solitum, qui procul omnes à se submouent.

Aut

Plutarch. *Aut minus animi, aut plus potentiæ.*

Ἢ φρονεῖν ἔλασσον, ἢ δύνασθαι μεῖζον.

Id est, Oportet aut minus animosum esse, aut plus posse. Conuenit in feroces, quorum arrogantiæ non suppetant uires. Aut qui non timent irritare, quem uincere non possint. Plutarchus: Aut adde uiribus, aut detrahe animo.

Mendax atraphaxis. Ψευδὴς ὦμ τραλέα ἁραφάξις.

Aristoph. Id est, Referta mendacijs atraphaxis. De tumidis ac uentosis. Atraphaxis holeris genus, quod celeriter in altum surgit, Latinis atriplex dicitur, betarum generi affinis.

Suum cuiq; pulchrum.

Vide, Alia aliijs placent.

Homerus. *Suo quisq; studio gaudet.*

Qui dicet aliijs studijs alios teneri, & unumquemq; suo uti exercitare quæstu, proferet illud Homeri:

Οὐ γὰρ φαιήκεσσι μέλει τόξ' ἠδ' ἀγαθήκη,
Ἀλλ' ἔρετμὰ νεῶν, καὶ νῆες ἐΐσαι. Id est,
Nam Phæacibus haud cordi iacula atq; pharetra,
Sed remi, tabulisq; ratis compactilis æquis.

Horatius: Tractent fabrilia fabri.

Matth. 7. *Festucam ex oculo alterius deijcere.*

Matthæus: Quid autem uides festucam in oculo fratris tui, trabem uero quæ in oculo tuo est, non intelligis? Horat. *Qui ne tuberibus propriis offendat amicum. Postulat, ignoscat uerrucis illius æquum est.* Tubera, maiora ictia dixit: uerrucas minora, quæ alibi neuos appellauit. Hinc & illud: Verrucis offendi qui tubera habet.

Suus cuiq; crepitus bene olet.

Nemo est cui sua mala, non uideantur uel optima.

Plato. *Ipsis placet.* Αὐτοῖς ἀρέσκει.

Vbi rem parum nobis probari, aut causam nihil ad nos pertinere significamus. Terentius: Mihi non fit ueri simile. Atqui ipsis commentum placet. Suis quisque consiliijs

filijs, suaq; sententię blanditur. Homerus: ἤνδανε θυμῷ. Id est, Placuit animo. Item: Sic lubitum est animo meo. Vergilius: Dijs aliter uisum.

Pedere thus. Βδέειν λιβανωτόν. Aristoph.

Accommodabitur in hos, quorum & uicia placent, aut ipsis, aut alijs impendio amantibus. Aristophanes: Non enim thus pedo. Quadrabit & in assentatores.

In armis accissat. Ἐπὶ τοῖς ὅπλοις ἀκκίζεται.

In eum, qui sibi placet, sesecq; quasi contemplatur in armis suis. De Accone muliere, quæ ad speculũ ineptè sibi blandiebatur.

Philauti. Φίλαυτοι.

Qui sibi uehementer placent. Vicium autem φιλαυτία dicitur. Quod appositè circumloquẽs Horatius: Cæcus (inquit) amor sui.

Quæ quis ipse facit. Aristotel.

Aristotel. Rhetoricorum lib. 2. disputans de affectibus, refert hoc dictum ut uulgò iactatum: ἃ γάρ τις αὐτὸς ποιεῖ, ταῦτα λίγιται τοῖς πέλας μὴ νεμισάν. Id est, Nam quæ quis ipse facit, hæc dicitur uicinis non uertere uicio. Conuenit cum illo Terentiano: homine imperito nihil quicquam est iniustius, qui nihil nisi quod ipse facit, rectum putat. Sunt enim qui damnãt quicquid ipsi non possunt assequi.

Et me mater, &c.

Theocritus Ecloga cui titulus νομᾶς: Theocrĩ.

Κἠμ' ἔφαθ' ἁ μάτηρ πολυδεύκεϊ ἠμὲν ἀμεινὼ. Id est,

Me quoq; Pollucem mea mater uincere dixit.

Cum quis anteponitur, aut æquatur ijs, cum quibus nullo modo conferendus est. Matres enim amore cęcutiunt in filios, & formosissimos putant, qui sunt deformes: fortissimos, qui ignauissimi. Pollux pugil optimus fuisse creditur.

Teipsum laudas. Σαυτὸν ἐπαινεῖς.

Vbi quis sese laudat, suiq; tibicinem agit.

Plutarch. *Teipſum inſpice.*

Μὴ τὸ μόμ, ἀλλὰ καὶ τὸ σὸν φυλλοσκόπει.

Id eſt, Age non meum, uerùm & tuum inſpicito genus. Stultum eſt in alterum dicere, quod in te poſſit retorqueri.

Lucianus. *Patriæ fumus igne alieno luculentior.*

Lucianus: Καὶ ὁ τῆς πατρίδος αὐτῷ καπνὸς λαμπρότερος ἐφάνετο τοῦ παρ' ἄλλοις πυρός. Id eſt, Patriæ fumus luculentior homini uidetur, quàm ignis alibi. Homerus Odyſſeæ A.

καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοήσαι
ἦς γαίης. Id eſt,
Exoptans oculis ſurgentem cernere fumum
Natalis terræ.

Multi te oderint, ſi teipſum laudas.

πολλοί σε τοι μισοῦσιν ἢν σαυτὸν φιλῇς.

Id eſt, Multi oderint, ſi temet ipſe diligas. Multis enim diſpliceat oportet, qui nimium ſibi placet. Nulli minus ſunt appoſiti ad mutuum amorem ac beneuolentiam, qui ſeſe uehementer amant.

Sine riuali diligere.

Auſonius Qui ſtultè mirantur, quòd nemo alius concupiſcat, uelut ſimia catulos ſuos, & miratur, ac amplectitur: & indocti poëtæ ſuas nugas ſoli diligunt. Tull. O dii, quàm ineptus, quàm ſeſe amans ſine riuali. Horatius in arte poëtica:

Nullum ultra uerbũ, aut operam ſumebat inanem,
Quin ſine riuali, teq; & tua ſolus amares.

POTENTES.

In omnia potentes.

Heſiodus. In eos, qui plurimũ poſſunt uel nocere, uel prodeſſe quadrabit illud Heſiodi:

ἐν τοῖς γὰρ ἄλλοσε ἰσὴν ὁμῶς ἀγαθόν τε κακόν τε.

Eſt enim in his pariter ſita ſumma boni & mali. Accommodare licebit uel in hominem, cuius ſumma ſitu-

toritas, uel in rem quæ plurimum habeat momenti, uel ut in principem, aut uehementer gratiosum, siue in pecuniam per iocum, uel in literas ac uirtutes ferió.

Nutu atq; renutu. Cicero.

Cui summam potẽtiam adscribimus, eius nutu ac renutu cuncta geri dicimus. Multum est uerbo efficere quod uelis, at plus est idem efficere nutu ac renutu.

Preces armatæ.

M. Tullius πειθανάγκην appellat suasionem cum necessitate uiq; cõiunctam: quales sunt principum preces. Ouid. Precibusq; minas regaliter addit.

PRAELONGI.

Colossi magnitudine.

Κολοσσαῖος τὸ μέγεθος.

Id est, Colossæa magnitudine. In homines pregrandi corporis mole. A statuis ingẽtibus, quas Colossos appellant.

Caliga Maximini. Iul. Poll.

In homines insulsos, & immodicæ proceritatis. Natum à Maximino imperatore, octo pedes & semis longo.

Clematis Aegyptia. Κληματὶς αἰγυπτία. Demet.

In eos, qui corpore præter modum procero, atro colore essent: natum haud dubiè ab eius herbæ specie. Dicitur autem quòd hanc maximè gignat Aegyptus, folio lauri, longo tenuiq;, &c.

Amens longus. Ἄνους ὁ μακρός. Sophocl.

Amens qui longus, hoc est quod uulgò dicitant, prælongis mentem deesse, pusillis nimium adesse animorum.

Nullus malus magnus piscis. Athenæus.

Οὐδεὶς κακὸς μέγας ἰχθύς.

In homines prægrandi quidem corpore, cæterùm ingenio nullo. Idem: Nullus magnus putris piscis.

Pinguis uenter non gignit sensum tenuem. Hierony.

Παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον.

Id est, Subtile pectus uenter obesus non parit. Admonet adagium, luxu corporis hebetescere mentis aciem.

Pusillus, quantus Molon.

Suidas. Μικρὸς ἡλίκος Μόλων.

Id est, Pusillus ut Molon. De uehementer breui statura corporis homuncionibus. Suidas ostendit duos fuisse Molones, nota, sicuti coniicio, corporis breuitate, quorum alter histrio fuerit, alter fur: honesti scilicet quæstus uterq;.

PRAETER SPEM BONVM AVT MALVM.

Coturnix Herculem.

Zenodot. Ὀρθῶς ἔσωσεν Ἡρακλῆν τὸν κατεψόν.

Id est, Seruauit Herculem coturnix strennuum. Adagionis originem ad huiusmodi fabulam referunt. Coturnicem quandam Herculi in deliciis fuisse, cuius nidore cũ uiua incenderetur, ille mortuus sit in uitam restituturus. Dici solitum de his, qui in periculo seruati essent abhis, à quibus minimè sperarant.

Faciunt & sphaceli immunitatem.

Καὶ σφάκελοι ποιοῦσιν ἀτέλειαν. Id est, Faciũt & sphacelim munitatem. Athenis celebratum prouerbium de his, qui quouis prætextu quod uolunt asse quuntur. Natum ab euentu. Phacelus autem morbi genus est, quod exim modica defatigatione solet accidere. Quidam putant esse tormina articulorum, quidam ossium tabem. Hesychius indicat, quemlibet dolorem grauem sphacelum dici.

Omnia secunda saltat senex.

Iocus prouerbialis, quo conueniet uti, quoties res prius in periculum adducta, præter expectationem feliciter exierit. Quum aliquando Romæ ludi Circenses Apollini celebrarentur, & Hannibal nunciatus esset circa portam Collinam ingruere, omnes raptis armis concurrunt. Reuersi postea quum praculum formidarent, inue-

nerunt

nerunt saltantem in circo senem quẽdam, qui quum interrogatus, dixisset se non interrupisse saltationẽ, dictum est hoc prouerbium: Salua res, saltante sene. Huic finitimum est, γλαῦξ ἵπτατο. Id est, Noctua uolauit.

Homo homini deus.

Ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ δαιμόνιον.

Quod dici solet de eo, qui subitam atq; insperatam attulit salutem, aut qui in magno quopiam beneficio iuuit. Antiquitas enim nihil aliud existimabat esse deũ, quàm prodesse mortalibus.

Deus ex improuiso apparens.

Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς ἐπιφανείς. Lucianus.

In eos dicitur, quibus in rebus perplexis præter spem exoritur aliquis, qui salutem adferat, negocijsq; difficultatem expediat.

Mercuriale.

Ἑρμαῖον Græci uocabant lucrum præter expectationem oblatum: à primicijs quas olim in uijs ponebant Mercurio, ijs uiatores uescebantur. Alij malunt ductũ ab aceruis lapidum, quos in itineribus ambiguis Mercurio sacros ponebant.

Deorum manus. Θεῶν χεῖρες.

Olim per ironiam, ut opinor, dicebantur efficacia illa pharmaca, quæ plurimis in rebus, & è longinquo petitis conficiuntur.

Negocijũ ex ocio. Πράγματ' ἐξ ἀπραξίας. Suidas.

Ex ocio negocium. Vbi res præter opinionem euenit, & inde tumultus oboritur, unde tranquillitatẽ & ocium sperabamus.

Euentus præter expectationem. Homerus.

Quoties res multo secus euenit, quàm uel fuerat instituta, uel probabilibus coniecturis euentura uidebatur, cõgruet illud Homeri ex Iliad. P.

Ἀλλ' ἄλλοτε Διὸς μρείσσων νόος αἰγιόχοιο. Id est,

Verùm præpollet magni Iouis usq; uoluntas.

Vergil. *Mopso Nisa datur.*

Quum præter omnium spem res præclara contigit cuipiam prorsus indigno, ut nihil iam non posse sperari uel à quouis appareat. Mopso Nisa datur, quid non speremus amantes? Nam Mopsam dicens, intelligit infimum abiectissimum'que pastorem, Nisam puellam insigni forma.

Glaucus poto melle resurrexit.

Γλαῦκος πόσει μέλιτος ἀνέστη.

Id est, Glaucus poto melle reuixit. Dici solitum, quoties aliquis uulgari rumore dictus mortuus, denuo prodit in publicum, & quasi rediuiuus apparet iis, quibus persuasum fuerat, eum uita defunctum esse. Satis constat ab euentu natum: nempe Glaucum quempiam præter omnium expectationem, gustato mellito pharmaco reualuisse.

Pindarus. *Insperabilem uitam agis.* Ἀνέλπιστον βίον ἄγεις.

Id est, Insperatam uitam agis: Sic enim loquuntur Attici, hoc est, uitam mirificam, & quam ne sperare quidem auderet quispiam.

Plutarch. *Lauares Peliam.* Λούσεις τὸν Πελίαν.

Id est, Laues Peliam. Dictum apparet, ubi quis salutem pollicitus, adfert exitiũ. Aut ubi quis prodesse conatus, ingens addidit malum. Ductum à notissima Peliæ fabula, quem dum filiæ à Medea persuasæ studentad iuuenta tem reuocare, lebeti feruenti impositum occiderunt.

Homerus. *Subitum remedium periculi.*

Quum indicabimus rem in extremum discrimen adductam, actum'q; fuisse, ni subita salus protinus affulsisset, conuenient illud Homeri ex Iliad. θ.

Εἰ μὴ ἄρ᾽ ὀξὺ νόησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Ni illico sensisset genitor diuum'q; hominum'q.

PROBRVM, GLORIA.

Homerus. *Glorioſum & apud posteros.*

Quum

Quum facinus significabimus, cuius famam & posteritas celebratura uideatur, quadrabit illud Homeri ex Iliad. x.

Αλλὰ μίγα ἔργον τι κραὶ ἀσομένοισι πυθέσθαι.
Imò facinus insigne peregit,
Ipsa etiam quod posteritas exaudiat.

Gloria futuri. Τὸ δὲ τοι κλέος ἐσομένοιο.

Admonet, famam laudemq; rectè factorum contingere potissimùm apud posteros. Ouidius: Plutarch.

Pascitur in uiuis liuor, post fata quiescit.

Non omnino temerè est quod uulgò dictitant. Aristotel.

Non planè falsum uidetur, quod plurimis est in ore, quodq; populi consensus approbat. Aristides dicit, non usquequaq; irritum esse solere, quicquid rumore populi iactatum fuerit.

Sutorium atramentum. Cicero.

Tullius lib. epistol. 9. Iam pater eius accusatus est à M. Antonio, sutorio atramento absolutus putatur. Sentit (opinor) hominem absolutum fuisse iudicum corruptela, non citra infamiam. Est enim huiusmodi sutorium atramentum, ut neque magnopere atram imprimat notam, neq; ullam tamen illinat maculam. Plinius simili figura dixit: Vitelliana cicatrice stigmosum.

Scarabeo nigrior. Καραβάσου μελάντερος.

In fœdos & uehementer atros ac fuscos. Nam scarabeus animal insigni, sed fœdo nigrore est.

Dedecus publicum. Homerus.

Res omnibus modis infamis ac perniciosa, nõ inelegan ter indicabitur his uersibus Homeri ex Iliad. γ.

πατρίτε σφ μίγα πῆμα πολῖτε παντίτε λάμω,
Δυσμένεσιν μὲν χάρμα, κατηφείην δὲ σοι αὐτῷ. Id est,
Noxa ingens urbiq; tuæ, populoq; patriq;,
Hosti gaudia, sed probrumq; dolorq; tibi ipsi.

Cythonymi probrum. Κυθωνύμου αἶσχος. Zenodor.

Id est, Cythonymi dedecus. In hominem uehementer in-

famem fœdiſq; nominis, cuiuſq; nomẽ iure ſupprimi debeat, uel ob malefacta, uel ob calamitates. Vnde & Græca uox à celando nomine dicta eſt. Ethodie dictirant uulgò, tegendam ollam, quoties innuũt fœdius eſſe factum, quàm ut autoris faciendaſit mentio.

Horatius. *Cerite cera dignus.*

Olim notari dignos, atque improbos & nequam homines, Cerite cera dignos prouerbio uocabant: nimirum Ceritem ceram, inſignem ignominiam appellantes. Horatius:

Quid deceat, quid nam obliti, Cerite cera
Digni, remigium uicioſum Ithacenſis Vlyſſis.

Acron & Porphyrion huiuſmodi tradunt originem adagii: Romani Ceritibus bello ſubactis, eam dixere conditionem, ne ſuffragij ius haberent, ne leges ullas aut adderent aut haberent.

Hic bonorum uirorum morbus eſt.

Αὐτή γε χρηστῶν ὄζιμ ἀνδρῶν ἡ νόσος.

Id eſt, At ille ſanè morbus eſt probi uiri. Vti licebit, quũ id probro datur, quod magis laudi duci oportebat. Aut in triſtia quædã & ſeuera uicia, quæ quũ atrociora ſint, tamen minus obnoxia ſunt infamiæ, quòd his magnates ac probati laborent.

Quem fortuna pinxerit.

Apoſtoli. Ὃν τύχη μέλανα γράψῃ, τοῦτον οὐ ταῖς χιόνων λεύκανοῦ.

Id eſt, Quẽ fortuna nigrũ ſcripſerit, hũc non uniuerſum æuum candidum reddere poteſt. Hoc eſt, Cui fortuna refragatur, huic quicquid tentauerit, infeliciter cedet. Alluſum eſt ad & albos calculos ſuffragiorum.

Zenodot. *Cur non ſuſpendis te?*

Τί οὐκ ἀπάγξω, ἵνα θηβαίοις ἥρως γένωμαι;

Id eſt, Quin te ſuſpendis, ut apud Thebanos heros fias? Apud illos ſummus honos habebatur ijs, qui ſibi mortem cõſciuiſſent, præſertim pro ſalute patriæ. Dici poſſe uide-

uidetur in eos, qui famę ducti cupiditate, semet periculis grauibus obiiciunt.

Adhortantis ad gloriam.

Homerus.

Quũ hortabimur ad immortalem gloriam egregijs parandam factis, non inconcinne adhibebimus Homericũ illud carmen, quo Tullius aliquot locis usus est.

Αλκιμός τ' ἀγαθός τε καὶ ὀφρυόνωρ τ' ἔμεν' ἄλλων.

Strennuus esto, quo te posteritas quoq; laudet.

Fractis auribus.

Galenus contra Thrasybulum. ὥρᾳ ἐστὶ τὰ θαυμαζόμενα τουτί συγγράμματα, νῦν ὑπὸ τῶν τὰ ὦτα κατεαγότων περιφερόμενα. Id est, Quorum sunt admirãdi isti libri, qui circumferũtur ab his qui fractas gerunt aures. De pugilibus, ni fallor, sentit, qui postea facti medici scribũt libros: aut potius de libris imperitorum medicorum, qui leguntur à pugilibus, qui solent habere laceras aures more suum, oculos suggillatos, totam faciem tuberibus notatam, ex arte, quam exercent.

PROCLIVITAS.

Currentem incitare. Τὸν τρέχοντα ὀθεῖν. Homerus.

Est adhortari quempiam ad id, ad quod suapte sponte tendit. Homerus: Quid me spõte mea properantem maxime Atrida Extimulas?

Bene plaustrum perculit.

Rusticorum prouerbium est: Bene plaustrũ perculit. In eos, qui quempiam impellunt, quo sua sponte iam propendebat. Translatum à plaustris onustis. Plautus: Qui monet, quasi adiuuat.

A uicinis exemplum habent.

Qui faciũt quippiam aliorum exemplo prouocati. Vicinus enim uicino morbum suum affricat, & malos cõmercio reddimur deteriores. Terent. Quid isthuc tam mirum est, de re si exemplum capit?

In planiciem equum. Εἰς πεδίον τὸν ἵππον. Plato.

Quoties quis ad id prouocatur, in quo plurimum ualet

quoq; uel maximè gaudet. Equus in campo tanquam in sua est harena. Plato: Equites in planiciem prouocas, Socratem ad disputandum.

Diogen. *Mustelæ seuum.* γαλῆς σέαξ.

Id est, Mustelæ pingue, subaudiendum das, aut committis. Quum ea dantur, quorum qui accipiunt, natura sunt appetentissimi, gaudet enim hoc animal præcipuè seuo, ueluti si quis laudaret laudis auidissimum, aut ad bibendum prouocaret natura bibosum.

Plinius. *Calcar addere currenti.*

Ouid. Non opus admisso subdere calcar equo. Sunt autē fermè prouerbiales in totum illæ metaphoræ: Subdere calcar, Subdere stimulos, quēadmodum & illæ: Inijcere frenum, Compescere freno, Reuocare freno, &c.

Suidas. *Vna scutica omnes impellit.*

Μία μάστιξ πάντας ἐλαύνει.

Id est, Vna scutica incitat omnes. De negocio dictum, quod facilè fieret, uidelicet à prōptis omnibus, ac suapte sponte currentibus. Vel in hos, quos eadem causa impellit, puta eadem spes lucri, studium commune, idem amor aut studium. Sumptum ab aurigis.

Lydum in planiciem prouocas.

Λυδὸν εἰς πεδίον προκαλεῖς.

Id est, Lydum in campum prouocas. In eum competit, qui lacessit iamdudum ad id propensum & promptum. Notati Lydi, quòd ad bellum capessendum quo propensiores essent.

Sphæra per præcipitium.

Ἡ σφαῖρα κατὰ πρανοῦς.

Id est, Globus per decliue, subaudiendum, uoluitur aut mittitur, perinde est, quasi dicas, currentē incitare. Nam sphæra facilè per locum decliuem deuoluitur. Nec malè quadrabit in eos, qui uitæ genus aliquod nacti sunt, ad quod uidentur esse natura propensi.

Vno

Vno digitulo. Terentius

Vno digitulo, summam negocij facilitatē significabant. Terent. Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus. Hieronymus: De qua nobis minitaris, uno (ut aiūt) digitulo repellam.

Suade lupis ut insaniant. Theocri.

Vbi quis animum inducit ad rem stultissimam, quam nō aggrederetur nisi insanus. Nam lupi insaniūt uel sua spō teueluti si quis tyrannum instiget ad crudelitatem.

In numerato habere.

Qui in causis agendis est ingenio præsentissimo, & quic quid alijs præstaret diutina cogitatio, id illi prima statim animi intentio daret. Sumptum ab his, qui res suas ad certissimum calculum redegerunt, hoc est, ad pecuniam numeratam.

Titio ad ignem. Δάλῳ ἐπὶ πῦρ.

Vbi quis applicatur ad eas res, ad quas natura propensus est: ut si mulier osus ad puellarum conuictum, sanguinis auidus ad militiam. Non admodum abludit ab illo: In matulam immeiere.

Maturior moro. πεπαίτερος μόρυ.

Dici potest uel in hominem miti ingenio præditum, uel in mollem, uel in uehementer propensum ad aliquid, uelut in uirginem nupturientem.

Olla lenticulam attigit.

Χύτρα δὲ φακέας ἥψατο.

Id est. Sed olla lenticulam attigit. Conueniet in eos, qui uehementer propensi sunt ad aliquid, &c. Olla futilis uidetur amare lentem.

Ignis ad torrem. πῦρ ἐπὶ δαλὸν ἐλθόμ. Diogen.

Id est, Ignis ad torrem ueniēs. De negocio quod raptim facilēq; conficitur, quasi quum ultrō ignis ad torrem transuolat, ob materiei siccitatem.

Quàm facilè uulpes pyrum comest. Plautus.

Plau-

Plautus: Tam facilè uinces, quàm uulpes pyrũ comeſt. De re factu procliui. Quod nihil negocij ſit uulpi dentatiſſimæ pyrum edere.

Plautus. *Tam in procliui, quàm imber.*

Plautus: Tam hoc tibi in procliui, quàm imber eſt, quando pluit. Nam procliue propriè dicitur, quod ex alto deorſum propendet. Arduũ eſt autem onera ſubmoliri in in altum.

Tullius. *Tanquam de narthecio.*

Prǫ eo quod eſt, Ex parato, & ad manum. Nam narthecium (opinor) uocat pyxidem, unde pharmacopolæ depromunt medicamenta.

Strabo. *Mercator nauiga & expone.*

Quoties ſignificabimus rei cuiuſpiam eſſe tantam auiditatem, ut nulla copia ſufficiat: præſertim ſi quid mali ſit, quod expetitur.

Vna pertica.

Plinius. Pro eo quod eſt, eadem opera. *Sumptum* uidetur ab his, qui metiuntur agros. *Perticam poſuit pro decempeda.* Seruius dixit perticam eſſe lineam, qua diuiduntur agri.

Tharichus aſſus eſt ſimul atq; uiderit ignem.

Athenęus. Τάριχος ὁπτὸς εὐθὺς ὡς ἴδῃ τὸ πῦρ. Id eſt, Tarichus aſſus mox ut ignem uiderit.

Eſt autem Tarichus piſcis ſalſus. Opinor idem eſſe cum illo, ἀφύα ὅτ τὸ πῦρ.

Referas huc citatum antè: Ignem gladio ne foditto.

PROFICIENTIVM IN MELIVS.

Plautus. *Ab aſinis ad boues.*

Ex humiliori conditione ad ditiorum partes tranſire.

Ariſtoph. *Diues factus, iam deſijt gaudere lente.*

Επτα πλουτῶν οὐκ ἔθ' ἥδεται φακῇ.

Id eſt, Lenticula diuiti placere deſijt. Lens legumen parum ac tenuium cibus eſt. Quæ faſtiditur ſimulatq; lau-

lautior fortuna contigit. Vnde prouerbium in eos, quibus ad uberiorem conditionem euectis, fastidio sunt ea, quæ prius inopes boni consulebant.

Satis quercus. Ἀλις δρυός.

Id est, Sat quercus. Vetus adagium in eos, qui relicto uictu sordido, ad elegantiorem lautioremq; digrediuntur. Aut quoties pristinum aliquod studium aut institutum relinquitur.

Non enim spinæ. Οὐ γὰρ ἄκανθαι.

De conditione dicebatur in melius commutata. Sumpta metaphora à noualibus, quæ repurgatis spinis, frugiferæ incipiunt esse.

Effugi malum, inueni bonum. Zenodo.

Ἐφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον.

Id est, Euasi mala, nactus sum meliora. Dici solitum, si quando fortuna lautior cuipiam contigisset.

Iuxta cubitum profecit.

Κατὰ πῆχυν ἐπεδείδου.

De eo dicebatur, qui promotus esset ad meliora, siue quis quis ordine progreditur legitimo. Cubitus enim & modum significat, ut intelligas nihil transiliendum.

Meliores nanciscí aues.

Ἀμεινόνων οἰωνῶν τυχεῖν.

Dicuntur, quibus post res aduersas succedunt prosperiora. Nam ut apud Latinos auis & ales interdum non animal, sed omen ipsum & auguriũ significat: itidem apud Græcos οἰωνὸς & ὄρνις, cum σφουβὸς non eodem accipiatur modo, quemadmodum indicat Eustathius in I. Odysseæ librum. Horatius: Mala ducis aui domum.

Laborauit autem hac superstitione antiquitas, ut in magnis rebus aggrediundis, auium occursus obseruaret: neq; defuerunt qui eam uelut artem profiterentur. Atq; hinc apud Romanos augurum collegium.

Melius nobis est quàm heri. Aristoph.

Pro-

Prouerbialem habere figuram uidetur illud Aristophanis:

Ω βλεψίμη' ἄμεινον ἢ χθὲς πράττομεν. Id est,
O Blepsimede melius atq; heri mihi est.

Item illud Theocriti: Melius cras forsan habebit. Quum significamus fortunam in melius commutatam.

Ego ex bono in bonum traductus sum.

Suidas. Ἐγὼ μὲν ἐκ τοῦ καλοῦ εἰς καλὸν μετήνεγκα.

Id est, ego quidem è bono in bonum transij. De his qui bonum institutum bono commutant.

Fuit & Mandroni ficulna nauis.

Ἐγένετω ἠχὴ Μάνδρωνι συκίνη ναῦς.

In eos dici solitum, qui præter meritum ad felicitatem atq; opes euecti, pristinæ conditionis non meminerunt, sed præsenti rerum successu insolentius abutuntur. A Mandrone quodam sumptum, qui indignus & immerens, ex nauicolario factus est imperator. Nauim autem ficulnam, per contemptum dixit.

Aristoph. *Hodie nullus, cras maximus.*

Ὁ νεῖν μὲν οὐδείς, αὔριον δ' ὑπερμέγας.

Id est, Qui nullus hodie, cras erit uel maximus. Deorum cui repentè ingens aliquis honos accesserit.

I modò uenare leporem, nunc Ityn tenes.

Plautus. Id est, Hanc interim cœnam qualemcunq; certam habes, quære alteram si potes potiorem. Ityn enim auis, quem à Phaside Scythiæ flumine phasianum uocant. Verùm opinor legendum Itin. Nam id est animal de genere mustellarum, quod in cuniculos immittitur, ut prædam illiciat, Latini Viuerram appellant.

PROFVSIO.

Calliæ defluunt pennæ.

Dictum in Calliam apud Græcos, qui per luxum ac libidinem patrimonium abligurierat. Solet autem hoc inter-

interdū auibus accidere, uel morbo, uel certis anni temporibus.

Opus ad opus. Ἔργον ἐπ' ἔργῳ.

Hocadagio nullum operæ finem significamus.

Gallorum incusare uentrem.

Ἀλεκτρυόνων μέμφεσθαι κοιλίαν.

De edacibus, ac luxu multū absumentibus facultatum. Huic enim animanti uēter mirificè calidus, ita ut omnia statim concoquat.

Proteruiam fecit.

Proteruia, id sacrificij genus est, in quo si quid reliquum esset, id igni consumeretur. Vnde celebratur illud Catonis festiuiter dictum in Albidium quendā, qui patrimonio nisū uniuersum luxu absumpserat, unis exceptis ædibus, quæ incendio conflagrarunt. Proteruiam, inquit, fecit, propterea quòd ea quæ comesse non potuerit, quasi cōbussisset. Macrob.

Relinque quippiam & Medis. Plutarch.

Ἀπέτι καὶ Μήδοις.

Id est, Reliquum facito aliquid & Medis. Prouerbialis iocus in eos, qui ex conuiuio nihil reliqui faciunt, aut qui facultates uniuersas abliguriunt. Relinque quippiā & Medis, hoc est, comparce tu, quod dissipēt ij, qui tibi male uolunt. Hinc natum quòd Medi & Phocidem ipsam & extremos Bœotiæ terminos incursarunt, omnia uexantes, miscentesq; populationibus.

E dolio hauris. Ἐκ πίθου ἀνθλεῖν.

E dolio haurire dicebatur olim, qui abundaret rebus optatis. Admonet & Hesiodus dimidiato dolio parcēdum esse, quòd sera fit in fundo parsimonia. Diuitum est habere dolia, pauperes uappam bibunt è lagenis.

Vnà cum canistro. Αὖ σὺν κανῷ. Zenodot.

Quadrabit in eos, qui rem intemperanter profundunt, deuorantq; & abliguriunt. Mos enim erat antiquis, ut testa-

testatur Dydimus, ut cœnæ canistris inferrentur.

Cicero. *Largitio non habet fundum.*

Quo dicto significabant, stulta liberalitate quanta sibi opes exhauriri, uel effluere potius. Translatum uidetur à pertuso dolio Danaïdum apud inferos.

Ipso horreo.

Quod plixè & affatim datur, ipso horreo dari dicitur, quemadmodum ipso canistro, propterea quod ex horreo plenius depromitur, quàm è chœnice.

Plena manu.

Seneca. Pro eo quod est, ampliter, copiosè, prolixè, minimeque maligne. Translatum ab ijs, qui non parcè, sed plena manu largiuntur. Fit lepidius, quo magis ad animi res transfertur.

Plutarch. *Cupidinum crumena porri folio uincta est.*

Πράσου φύλλῳ τὸ τῶν ἐρώτων βέβυται λάντιον.

Id est, Porri folio amorum uincta est crumena. Porri uis est calefacere, ciere urinam, irritare Venerem. Suidas ostendit dictum de ijs, qui per amorem immoderatos faciunt sumptus, luxuique indulgent.

Plautus. *Festo die si quid prodegeris.*

Plautus: Festo die si quid prodegeris, profesto egere liceat, nisi peperceris. Admonet autem, ne in sumptibus festis ita profusi simus, ut non suppetat quo feramus quotidianos. Accommodabitur non perperàm in eos, qui iuuenes rem prodigunt, esurituri senes.

Bello parta. Ἐκ πολεμίας.

Id est, Ex hostium regione. Vbi quis immodicè insumeret. Solemus enim celerius ac temere profundere, si quid hostibus sit ereptum.

Glaucus alter.

Γλαῦκος ἄλλος ὁ Ἱππόβρωτος.

Id est,

Id est, Glaucus alter ab equis deuoratus. Quadrabit in hominem alendis equis exhaurientem facultates suas. A fabula natum.

Immolare boues.

Βυσσυτίην tanquam prouerbialiter dicebãtur, qui amplos magnificosq; sumptus facerẽt. Diuitum enim est, uel regum potius, boues immolare. Et βυσσίαν pro magnifico apparatu usurpant.

Carieum sepulchrum. Κάρικὸς τάφος.

Id est, Caricum monumentum. De re magnifica sumptuosaq;. Sumptũ à Mausoli sepulchro, quod est apud Caras.

Cui multum est piperis, etiã oleribus immiscet.

Ὁ πολὺ ἔχων πέπερι, τίθησι κἂν λαχάνοις.

Id est, Qui multum habet piperis, etiam oleribus admiscet. Cui rei cuiuspiam largior est copia, ea profusius uti licebit. De pusillo parcius insumendum. Vt cui multum supperit facultatum, huic licet opiparè uiuere. Martialis:

Vt sapiant fatuæ fabrorum prandia betæ:
O quàm sæpè petet uina piperq; coquus.

Non nauigamus ad Hippolaitas. Herodot.

Οὐχ Ἱππολαΐτας πλέομεν πολλῶν μιν.

Id est, Non nauigamus ad eximios Hippolaitas, ut sit admonentis parcius utendum esse rebus præsentibus: neq; enim nauigari ad eum locũ, unde rerum huiusmodi copia exuberat, ut quod temerè prodegeris, facilè possis sarcire.

Drachmæ grando. Δραχμὴ χαλαζῶσα. Zenodot.

Id est, Drachma grandinans. De lucro, quod tanquam cœlitus emissum obtigit. Nam olim theatrale præmium erat drachma, quæ ueluti grandinis in morem in populum spargebatur.

PROPRII COMMODI STVDIVM.

Plautus. *Tunica pallio propior est.*

Quo significatum est, ex amicis nos aliis atq; aliis magis esse deuinctos, neq; parem omnium habendam esse rationem. Pallium extrema uestis est apud Græcos, quemadmodum apud Romanos toga. Tunica toga tegebatur.

Cicero. *Intus canere.* *Aspendium citharœdus.*

Qui priuati commodi impendio studiosi essent, ac ferè quicquid agerent, id omne ad domesticam referrent utilitatẽ, ñ prouerbio intus canere, ĩdem apud Græcos ἀσπένδιος κιθαρίσαι. Id est, Aspendiũ citharista dicebantur.

Nequicquam sapit, qui sibi non sapit.

Μισῶ σοφιστὴν, ὅς τις οὐχ ἑαυτῷ σοφός.

Sapientem eum odi, qui sibñ ipsi non sapit.

Plautus. *Ad suum quenq; quæstum æquum est esse callidum.*

Quisq; aduigilat ad id quod expetit.

Decora teipsum. Γέραιρε σαυτόν.

Id est, Honesta teipsum. Locus prouerbialis in eum, qui se magnificentius gereret. Nam γεραίρειν uenerari est, & honorem habere.

Anguillam captare. Ἐγχέλεις θηρᾶν.

Id est, Anguillas uenari. Dicũtur qui priuati commodi causa cient tumultus: Inde ducta similitudine, quòd quũ aqua stat immota, nihil capiunt, qui captant anguillas. Quum uerò sursum ac deorsum miscent, ita demum capiunt. Quadrabit in eos, quibus tranquillo Reipub. statu nihil est emolumenti. Proinde seditiones gaudẽt exoriri, quo ciuitatis publicum malum in suum priuatum uertant commodum.

Suidas. *Vnà lauabor.* Παλοῦμαι.

Dici consueuit ubi quis insinuat se in societatem alterius: aut ubi quis admittit aliquem in societatem, uti qui pauperior est, sumptum effugiat. Tanquam hoc commo

dita-

ditatis laturi sint tenues, si cum diuitibus balneũ ingrediantur, ut spongijs suis parcant.

Manum admouere. Τὰὼ χεῖρα ἐπιβάλλειν.

Id est, Manum apponere. Dicebantur qui sese insinuarẽt in rei cuiuspiam egregiæ communionem.

Vndecunq; lucrum capiunt. Homerus.

In aduocatos, in calumniatores, in malos medicos, qui capiant undecũq;, si quis incidit in casses, quem possint expilare congruet illud Homeri ex Iliad. K.

Αἰὶ γὰρ τειρὶ νῆσος ἀλώμενοι ἰχθυάασιν
Τναμπλοῖς ἀγκίστροισι, λιτὴ δὲ γαστέρα λιμός. Id est,
Semper enim quaqua patet insula, piscibus hamo
Insidiabantur, uentrem fames enecat atra.

Genu sura propius. Γόνυ κνήμης ἔγγυον. Aristotel.

Hoc adagium ex euentu quodam est natum. Quum in prælio quidam conspiceret duos amicos pariter de uita periclitãtes, fratrem & consobrinum, neq; posset utriq; simul ferre suppetias, omisso consobrino fratrem defendit, atq; hanc interim sententiam pronunciauit.

Omnes sibi melius esse malunt, quàm alteri. Terentius

Terentius in Andria. Idem in eadem fabula: Heus, proximus sum egomet mihi. Nemo seipso diligit quenquam magis. Affine: Sibi quisq; amicus est.

Simonidis cantilena. Σιμωνίδου μέλη. Plutarch.

De uafris ac subdolis dictum est: Hunc tradunt primum astutiam & quæstum in artem induxisse. Erant illi duo scrinia, alterum gratiarum, alterum præmiorum: quæ quum post tempus aliquantum apperuisset, gratiarum arculam semper offendebat inanem, præmiorum semper plenam. Hoc commento significans se nolle gratis donare carmina.

Mihi ipse balneum ministrabo. Aristoph.

Ἐμαυτῷ βαλανεύσω.

Id est, Ipse mihi balneator ero. Vbi quis suis inseruit cõmodis, aut ubi quis non expectato alieno officio, ipse

suum agit negocium. Aristophanis interpres admone transtatum à balneis, in quibus cessante balneatore, ipsi qui lauant aquam hauriunt atq; infundunt.

Sibi canere. Εαυτῷ ᾄδειν.

Id est, Sibi ipsi canere. Dicitur, qui non ad alienum arbitrium facit quippiam, sed animo obsequens suo.

Aristotel. *Astutior coccyce.* Μηχανικώτερος κόκκυγος. Id est, Coccyce astutior. Dicebatur, qui astu sibi consuleret. Sumptum ab auis ingenio, oua subficientis in nidos alienos. De qua abundè Plinius & Aristoteles.

Opta uicino ut habeat, magis autem ollæ.

Potissimum est habere domi, quibus est opus. Proximũ, uicinum habere diuitem, à quo possis petere.

Zenodo. *Veniat hospes, quisquis profuturus est.* Ξένος ἐλθοι ὅστις ὀνήσει.

Id est, Veniat qui proderit hospes. Admonet adagium, eorum demũ aduentum esse gratum, qui commodi quippiam adferunt. Ouidius:

Ipse licet uenias, Musis comitatus Homere,
Si nihil attuleris, ibi Homere foras.

Suam quisq; homo rem meminit.

Plautus. Qui in alieno negocio dormitat, in suo uigilat.

Mercator est. Εμπορός ἐστι σκηπτόμενος.

Id est, Mercatorem se adsimulat. Dicendum in eum, qui ob timiditatem causas commenticias prætexit, ne cogatur subire discrimen.

Zenodot. *Ciuitates ludimus.* Πόλεις παίζομεν.

Lusus genus est quoddam, in quo calculis ludebatur olim, quos antiquitus πόλεις, id est, urbes uocabant: Neoterici χώρας, hoc est, regiones, appellare cœperunt. Mihi quadraturum uidetur quoties suum quisq; commodum quacunq; sectatur uia, & æmulo competitorique modis omnibus tendit insidias.

PROXIMIS VTENDVM.

Viam

Viam qui neſcit ad mare. Plautus.

Plautus in Pœnulo: Viam qui neſcit, qua deueniat ad mare, eum oportet amnem quærere comitem ſibi. Id eſt, qui rem commodè conficere nequit, is quauis ratione confi ciat, neceſſe eſt. Qui rectè uiuendi rationem ignorat, eos ſibi proponat, quorum uita laudata eſt.

Vt poſſumus, quando ut uolumus non licet. Terẽtius.

Ἐπεὶ οὐχ ὡς θέλομεν, ἀλλ' ὡς δυναμεθα.

Id eſt, Non uti libet, ſed uti licet, ſic uiuimus. Quo monemur tempori ac neceſſitati ſeruiendum eſſe.

Quando id fieri non poteſt. Terẽtius.

Oportet id quod adeſt boni conſulere. Et Martialis:

Quod ſis, eſſe uelis.

Bona eſt offa poſt panem. Zenodo.

Ἀγαθὴ καὶ μάζα μετ' ἄρτον.

De ijs dici ſolere ait Zenodotus, qui penuria meliorum amplectuntur deteriora. Nam maza quiddam eſt pane cocto deterius, cõflatum ex lacte & farina. Quo licebit uti, quum indicabimus rem uſu, non opinione æſtimandam.

Si non adſint carnes, taricho cõtentos eſſe oportet. Diogen.

Ἀμὴ ἔστι κρέας σῶκτέον τὸν τάριχον.

Id eſt, Probanda ſalſamenta egenti carnium. Sunt qui dicant τάριχον accipi pro piſce, ſed uili, putrido, qui idem ſit aphya. Fortaſſis hic pro iure accipiendum tarichus. Senſus hic eſt, Vbi non eſt copia meliorum, boni conſulere oportet, quæcunq; contingunt.

Aulœdus ſit, qui citharœdus eſſe non poßit. Ciceró.

Rectè dicetur in eos, qui malunt in multo inferiore ordine alicuius haberi momenti, quàm inter excellentes negligi. Quemadmodum Iulius Cæſar maluit in frigido oppidulo primus eſſe, quàm Romę ſecũdus. Nec malè quadrabit in eos, qui deſperatione meliorum ad humiliora ſeſe conferunt.

Suidas. *Si bouem non possis, asinum aga.*

Εἰ μὴ δύναιο βοῦν, ἔλαυνε ὄνον.

Id est, Si nequeas bouem, asinum agito, id est, si non potes ut uis, utcunque potes, facito. Si fortuna splendidiar non contingit, eâ fortẽ, quæ contingit, boni consulas. Si quod optas non licet, id quod est proximũ amplectere.

Plato. *Altera nauigatio.* Δευτέρα πλοῦς.

Id est, Secũdarius cursus, Vocabatur cum uento destituti, remis nauem impellerent. Conuenit, ubi quoties quæ potissima fierent, non contingunt, ad proxima confugitur auxilia.

Præsentem fortunam boni consule.

Τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν. Id est, Quod adest boni consule. Καὶ τὸ παρὸν εὖ τίθεσθαι. Id est, Quod adest æqui bonique facere oportet. Admonet adagium ne nos maceremus alienarũ rerum cupiditate, sed quæcunq; contigit sors, eam uelut optimam amplectamur.

Theocri. *Præsentem mulge, quid fugientem insequeris?*

Τὰν παρέουσαν ἄμελγε, τί τὰν φεύγουσαν διώκεις;

Id est, præsentem mulgeto, quid insequeris fugientem? Præsens lucrum non omittendum spe commodorum.

Quod adest, boni consule.

Oportet boni consulere, quicquid à fortuna conceditur.

Homerus. *Quæ dantur.*

Τὰ μὲν διδόμενα. Id est, Quæ dantur. Admonet adagiũ, quod à fortuna datur, id boni cõsulendum esse, & ferendum æquo animo, quod mutari non queat.

Quod datur.

Cicero. Nonius Marcellus citat hunc uersiculum è Cecilij Plotio: Patiere quod dant, quando optata non danunt. Danunt antiquè dictum est pro dant, conuenit cum præcedente: Τὰ μὲν διδόμενα.

Ex-

Extrema linea.

Quod in quacũq; re postremum est, extremam lineam appellabant. Ita Terentianus Phædria: Postremo extrema linea amare nonnihil est.

PRVDENTIA.

A fronte simul & occipitio oculatus.

Quum indicabimus admirabilem rerũ omnium cognitionem, aut singularem prudentiam, quæ constat non præsentium modò scientia, sed & memoria præteritorum & futurorum perspicientia, rectè uersum hunc usurpabimus. Vergilius:

Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox uentura trahantur.

Alter Ianus. Ἰάνῳ ἄλλῳ.

Quadrabit uel in prouidum ac circũspectum, uel in ancipitem & perfidum. Persius: O lane, à tergo cui nulla ciconia pinsit. Sumptum à Iano bifronte.

Sapiens diuinat. Donatus.

Donatus in Hecyram indicat prouerbium esse Diuinare sapientem, quod ex coniecturis prudenter collatis colligituerum, nõ solum de præteritis, uerùm etiam de futuris. Reliqua pete ex prouerbio, Qui bene coniecit.

Mus non uni fidit antro. Plinius.

Vulgatum illud est: Eum murem esse miserum, cui non est nisi unum specu. Locus erit adagio, si quem admonebimus, ut sibi plures amicos paret, aut unà cum opibus studeat philosophiæ, ut si fortuna quod suũ est eripiat, in literis sit præsidium.

Non oportet hospitem semper hospitem esse.

Hospites dicũtur ignari eius loci, in quo uiuunt. Sed turpe est in eadem ciuitate uiuere, & semper esse peregrinum. Sic turpe est in eadẽ disciplina diu uersatum esse, & nihil scire.

Aceto perfundere. Horatius.

Prouerbij speciem habet pro irridere, sicut & illud Horatij: Ad idem quod sale multo.

Vrbem defricuit charta laudatur eadem.

Aristotel. *Sapiens non eget.*

Χρὴ δ' οὐ ποθ' ὅσις ἄρτίφρων πέφυκ' ἀνὴρ.

Id est, Haud unquam eget, qui mente sana est præditus. Siue quòd magnæ sint opes, habere bonam mentem, siue quod sapienti facilè est ditescere, si uelit.

Tanquam de specula.

Qui futura longè prospiciunt priusquam eueniãt, tanquam de specula præuidisse dicuntur.

Cicero. *Qui bene coniiciet, uatem hunc perhibeto optimũ.*

Admonet adagium futurorum præscientiam, non è sortibus aut auguriis petendam esse, sed à prudentia: siquidem qui prudentia sit præditus, is ex præterorum, præsentium que coniecturis facilè prospiciet, quid sit euenturum.

Homo Thales. Ἄνθρωπος Θαλῆς.

Ironia prouerbialis in stultum, qui sapiens haberi studeat. Fuit enim Thales unus è septem Græciæ sapientibus.

Plautus. *Acetum habet in pectore.*

Plautus: Ecquid acetum habet in pectore? Pro eo, quod est. Num sapit? num quid habet astutiæ? Nam ut salsa, iridem & acida palatum iuuant, acuunt q; & irritant stomachum.

Aristoph. *In holmo cubabo.* Ἐν ὄλμῳ ξυνάσω.

Dicebatur ab iis, qui se quippiam diuinationis cognitum ire minitabantur. Nam quidam dicunt, tripodes Apollinis holmos appellatos fuisse. Tradit autem Aristophanes Grammaticus, eos, qui holmis indormissent, repentè diuinandi spiritum cocipere.

Perendinum uentum prædiscere.

Τὸν ἐπιταῖον ἄνεμον προγινώσκειν.

Id est, Perendinum uentum præscire, dicuntur, qui coniecturis, quod uulgò pòst euẽturum sit, colligunt. Sumptum

ptum à nautis aut negociatoribus.

Amyris insanit. Αμυρις μαίνετ. Zenodot.

Prouerbialis allegoria, qua rectè utemur, ubi quis insaniæ prætextu rebus suis consulit.

Non pluet, &c. Plutarch.

Plutarchus refert hunc uersiculum prouerbio iactatum:

ΜΗΚΕΤΙ ΥΗΤΟΣ ὗε, ΜΗΚΕΤ' ἐλθὴ ἀγροτέρα οὖς. Id est.

Iam non nocte pluit, qua sus fœtum èdit agrestis. Si quis significare uelit exacto uere, aut autumno serenitatem fore.

Lebsbius Prylis. Ο λέσβιος πρύλις. Idem.

Plutarchus tradit hoc prouerbium per similitudinem sumptum. Prylin enim fuisse Mercurij filium, ac diuinã di peritum indicat.

Timidi mater non flet. Aemilius.

In bello, qui contemnunt hostem, nihilq; metuendum ducunt: quoniam parum cauent, ferè pereunt, & matri bus luctum adferunt cum orbitate. Probus.

PRVDENTIA SENILIS.

Multorum festorum Iouis glandes comedit.

πολλῶν πανηγύρεων Διὸς βαλάνων ἔφαγεν.

De sene, longoq; plurimarum rerum usu docto, quasi dicas: Multas uixit Olympiadas.

Annosa uulpes haud capitur laqueo.

γέρων ἀλώπηξ οὐχ ἁλίσκεται παγῇ.

Id est, Vulpes anus laqueis capi haud ullis potest. Dicendum in eum, qui longa ætate, multaq; rerum experientia callidior est, quàm ut arte, dolisq; capi queat.

Eum ausculta, cui quatuor sunt aures. Zenodo.

Ακουε τοῦ τὰ τέτταρα ὦτα ἔχοντος.

Natum ab Apolline, qui fingitur quatuor habere aures, & manus totidem. Atq; ita monet prouerbium audiendos esse illos, qui diuturno complurium rerum usu, præ

cæteris ſapiunt, ita ut ferè faciunt ſenes.

Anus ſubſultans multum excitat puerũ.

In eos dici ſolitum, qui ob rerum experiẽtiam, multum negociorum aggrederentur.

Homerus.

Aetate prudentiores reddimur.

Si quando negabimus nobis eadem probari iam natu grandioribus, quæ quondam ob ætatis inſcitiam arriſerunt, ſed uſu rerum auctam prudentiam, congruet illud Homeri ex Odyſſ. B.

Ἐγὼ δ' ἔτι νήπιος ἦα:
Νῦν δ' ἔτε δὴ μείζων εἰμί, καὶ ἄλλων μῦθον ἀκούων
πυνθάνομαι, καὶ δή μοι ἀέξεται ἔνδοθι θυμός. Id eſt,
Eram adhuc puer: at ubi iam ſum
Grandior, & reddit me aliorum oratio doctum,
Ipſeq; grandeſcit mi animus.

Sine cortice nabis.

Horatius. Qui iam per ætatem non egent cuſtode morum.

Senum prudentia.

Homerus. In ſenem plurimarum rerum uſu peritum, quiq; multa meminerit ſuperioribus acta ſeculis, quadraverit illud Homeri ex Odyſſ. B.

παλαιά τε πολλὰ ἰδώς. Id eſt,
Qui antiquaq; multaq; norat.

Solon.

Seneſco ſemper multa addiſcens.

γηράσκω δ' ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

Id eſt, Diſcenti aſſiduè multa, ſenecta uenit. Significat autem uſu uitæ, multaq; rerum experientia parari prudẽtiam. Terent. Nunquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad uitã fuit, quin res, ætas, uſus ſemper aliquid apporret noui. Aliquid moneat, ut illa, quæ credas ſcire, ne ſcias: & quæ tibi putaris primã, in experiendo repudies. Senarius idem: Diſcipulus eſt prioris poſterior dies.

Homerus.

Moderator negocij.

Qui ſcientia & autoritate ſua negocium moderetur. Homerus:

Ἀνὴρ

Αὐτὰρ ὁ σκηπτάλιῳ ἰθύνετο τεχνήεντ'. Id est,
Ille ratam clauo scitè doctèq; regebat.

PRVDENTIA CONIVNCTA VIRIBVS.

Consilijs simul & facto ualens. Homerus.

In hominem cõsilio pariter ac uiribus excellentem conuenjet illud Homeri Odyss. Z.

Οἷος ἰκανὸς ἔην βουλεύμεν ἠδὲ μάχεσθαι. Id est,
Is cuiusmodi erat, seu pugna consilio'ue.

Prudentia cum uiribus coniuncta.

In eum, qui norit idem & alijs imperare quid fit agendũ, & ipse persequi quum est opus, iuxta Homerum:

Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής.
Et iuxta ductor bonus & certamine pollens.

Sunt enim qui imperatorem agere norunt, ac militem præstare non norunt.

Imperator bonus, & idem robustus miles. Idem.

Alexander huic carmini Homerico palmã tribuit, quod extat Iliad. r.

Ἀμφότερον, βασιλεὺς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής. Id est,
Dux bonus, ac miles præpollens uiribus idem.

PVDICITIA.

Hippolytum imitabor. Diogen.

Ἱππόλυτον μιμήσομαι.

Diogenianus in prouerbio, collectaneis ait dictitatum de ijs, qui statuissent pure, castèq; uiuere. Nota est fabula, quemadmodum is iuuenis odio fœminei generis, Dianę studijs sese totũ addixerit, despecto Veneris numine.

Melanione castior. Aristoph.

Μελανίων σωφρονέστερος.

Dicebatur, qui magnoperè à mulierum cõgressibus abhorreret. Aiunt Melanionem quendam odio mulierum, in solitudinem demigrasse.

PVDOR.

Pudor in oculis: Ἐν ὀφθαλμοῖς ἡ αἰδώς.

Horum

Horum nõs pudet, quæ in propatulo sunt. Aspectus eũ uel incutit, uel renouat etiam pudorẽ. Vnde fit, ut pueri quum pudescunt, oculos tegant. Hinc & poëtæ Cupidinem, quòd sit improbissimus, cæcum fingunt.

Homerus. *Pudebat recusare, & non audebant suspicere.*

Homerus:

Αἴδετο μὲν ἀνήνασθαι, δείσας δὲ ὑποδύμεναι. Id est,

Detrectare pudor, formido subire uetabat.

Quo uti licebit, quoties incidit eiusmodi negocium, ut aliud suadeat honestas, aliud utilitas: & dedecorosum sit non suscipere prouinciam, rursum periculosum suscipere.

Idem. *Pudor & metus.*

Quum abstinetur à re quapiam, quòd ea tum inhonesta factu uidetur, tum uerò minimè tuta, locum habebit illud Homeri ex Iliad. O.

Ἶσχε γὰρ αἰδὼς, κοὐ δίος. Id est,

Nam pudor atq; metus uetuit.

Verecundia inutilis uiro egenti.

Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ παρεῖναι.

Verùm homini pudor haudquaquã conducit egeno.

Admonet autem abiiciendum pudorẽ, quoties urget necessitas.

Plautus. *Apud mensam uerecundari neminem decet.*

Prouerbium hoc ex tanta antiquitate per manus traditum est, hodieq; uersatur in ore omnium. Verecundari neminem apud mensam decet. Nisi quòd uulgus addit, nec in lecto.

Tinctura Sardonica. Βάμμα Σαρδονικόν.

De colore præcellenti dicebatur, præcipuè purpuræ. Per iocum aũt transfertur ad eũ, qui pudefit, aut qui ob plagas sanguine tingitur. Sardon insula ingens opposita insulæ, in qua uariæ purpurarum tincturæ fiebant.

Aristoph. *Tinctura Cyzicena.* Βάμμα Κυζικηνόν,

Dedecus non eluendum appellabatur apud Atticos. Dicebã

cebatur & in eos, qui metu quippiam indecorè facerent. Nam Cyziceni duobus nominibus notati sunt, timiditatis & molliciei.

Vbi timor, ibi pudor.

Ινα δέος, ἄνθα καὶ αἰδώς. Plato.

Cui similis illa Terentiana: Omnes deteriores sumus licentia.

Aduersus solem ne meito.

Opinatur Erasmus commendare uerecundiam. Pythag.

Ne pudeat artem.

Ne pudeat artem proloqui quam factites. Multos nō pudet turpi quæstu uiuere, quum pudeat nomen eius quæstus profiteri.

PVNIRI PRO ALIO.

Tibicen uapulat.

Eubulus apud Athenæum lib. 9. ait fuisse morem, si quid peccasset coquus, tibicinem solere uapulare, Phylillius apud eundem:

Οτιὰν τύχη μάγειρος ἁλισκόμενος,
Τὸν αὐλητὴν λαβὼν πλήγας. Id est,

Quicquid coquus peccauerit, tibicen accipere solet plagas. Nullus homo læso indemnis euasit coquo.

Canis peccatum.

Vide, Vltio malefacti.

RAPACITAS ET AVARICIA.

A mortuo tributum exigeree.

Απὸ νεκροῦ φορολογεῖν. Aristotel.

A mortuo tributum exigere dicebantur, quī per fas nefasq; diuitias undequaq; cōgerunt. Dicti solitū in eos, qui turpiter undecunq; lucrum aucuparentur à rebus minutis ac sordidis. Veluti Vespasianus è lotio: aut è turpibus uelut è lenocinio, quæstuq; corporis: aut quum à quibuslibet extorqueatur, ab amicis, à tenuibus, à mendicis: postre-

stremò, uel ab ipsis mortuis. Nota hìc fœneratores Christianos.

Vndecunq; lucrum captant.

Homerus. Aptè dicetur in aduocatos, in calumniatores, in malos medicos, qui captant undecunq;, si quis incidat in casses, quem possint expilare.

Fabarum arroſor. Κυαμοτρώξ.

Suidas. Dicebatur, qui in creandis magistratibus uendebat sua suffragia, eóq; quæstus gratia sedulò uersabatur in comitijs. Vnde fabis uictitare dicebantur, quibus hinc erat quæstus.

Felis Tarteſia. Γαλῆ Ταρτησία.

No ineptè dicetur de rapacibus. Huic confine est illud Luciani: ἁρπακτικώτερος τῶν γαλῶν, id est, Rapaciores felibus.

Cicero. *Lacunam explere.*

Pro sarcire damnum. Cicero: Vide ne qua lacuna sit in auro, hoc est, ne quid desit.

Nullam corporis partem habet ocioſam, ne eam quidem qua uocem promit.

De quodam, cui omnia membra fuêre uenalia, etiam os & uox. Torquetur in hominem, non manibus tantum, sed toto corpore rapacem.

Quod utile, honeſtum, quod aũt noxium, turpe.

Plato. Nihil est utile, nisi quod honestum est.

Exigit à ſtatuis farinas.

Αἰτῆγε καὶ τοὺς ἀνδριάντας ἄλφιτα.

Id est, Sanè cibum & signis ab ipsis exigit. In eum dicendum qui nullius misertus, undecunq; quod potest auellit, aut ab ipsis mortuorum statuis. Competit in principes expilatores plebis: aut in auaros sacerdotes, apud quos ne sepulchrum quidem graris conceditur. Natum à tyrannis, qui & à sepulchris aut defunctorum statuis uectigal colligunt.

Quid terra terram uendis?

Nec

Nec paſsim, nec omnia, nec ab omnibus. Vlpianus.

Nam inhumanum, à nemine accipere: ſed paſsim, uiliſſimum eſt, & omnia, auariſſimum. Admonet in muneribus accipiendis non ſolum uerecundiam adhibendam eſſe, uerùm etiam delectum.

Lucri bonus eſt odor ex re qualibet. Iuuenal.

Facetа quidem, ſed tamen peſtilens illa uox Veſpaſiani, qui quum ex lotio uectigal faceret, homo turpiter auidus, ſuperq; eo facto à filio admoneretur, quòd è re tam putida lucrum faceret, paulò poſt collectam pecuniam filij naribus admouit, rogauitq;, ecquid illa puteret. Iuuenalis:

Lucri bonu odor ex re Qualibet. Ennius:
Vnde habeas, curat nemo, ſed oportet habere.

Mendici pera non impletur.

Πτωχοῦ πήρα οὐ πίμπλαται. Zenodot.

Id eſt, Mendici pera non impletur. Senſus per ſe liquet, nempe inexplebilem eſſe mendicitatem.

Mendicorum loculi ſemper inanes.

Πτωχῶν ὀυλαὶ ἀεὶ κεναί.

Id eſt, Mendicantium ſacculi ſemper inanes. De petacibus dictum & inſatiabilibus.

Vnà cum ipſis manipulis. Αὐτοῖς ἀμάλλοις. Suidas.

Id eſt, Cum ipſis manipulis. Quum omnia funditus pereunt, hoc eſt, quum ne gluma quidem ſit reliqua, Prouerbium à ruſticis natum.

Cum puluiſculo.

Quum omnia ſic tolluntur, ut ne puluis quidem ſit reliquus. Eodem pertinet Euangelicum illud, quo iubentur etiam puluerem excutere Apoſtoli, id eſt, ne minimum quidem ab eis auferre ſecum. Plaut. Conuerret hic iam me totum cum puluiſculo. Plautus.

Lucrum pudori præſtat.

Κέρδος αἰσχύνης ἄμεινον.

Plau-

Plautus in Pseudulo: Nimio illud quod pudet facilius fertur, quàm illud quod piget. Idem: Pol pudere, quàm pigere, præstat totidem literis. Plutarchus: Τὸ μὲν αἰσχύνην ἄρνυσθαι, Τὰ δ' ἔργα τῶν ἀρώντων ἐνθακιρδοῦς. Opinionem spernito iusti, ac uirum Quiduis agentem sequere, quum spes est lucri. Sophocles:

Τὸ κέρδος ἡδὺ κἂν ἀπὸ ψευδῶν ἔᾳ.

Dulce est lucrum profectum & à mendacijs,
Sententiæ bono uiro indignæ.

Horatius. *Charybdis, Barathrum.*

Hominem maiorem in modum edacem, bibacem, aut rapacem, helluonem, Charybdim aut Barathrum uocamus. Horatius de Lurcone quodam: Ingluuies & tempestas, Barathrumq; macelli.

Diogen. *Megaricæ sphinges.* Μεγαρικὴ σφίγξ.

Ita scorta quædam uulgus olim appellabat, eò quòd Megarensium mores improbi, ficticij, & populari conuicio quondã notati fuerint, siue & apud eos nutrix sphinx appelletur.

Sueton. *Boni pastoris est tondere pecus, non deglubere.*

Hodie uulgò celebratum durat, ubi quis est exactor durior atq; instantior. Quidᵉ Num & pellem uis? Quasi cõueniat lana contentum esse. Tondent igitur, qui ita spoliant, ut sortem relinquant, unde res possit crescere. Deglubunt, qui nihil reliqui faciunt. Nam lana deronsa renascitur. Cute detracta, nihil est quod deinde possis auferre.

Canis circum intestina.

Κύων παρ' ἐντέροις.

Id est, Canis iuxta intestina. Dicebatur, ubi quis earum rerum esset cupientissimus, præpositas conspiceret, quibus tamen frui non liceret. Canes enim oberrãt circum intestina, deuoraturi, nisi fustem timerent.

Plutarch. *Rapina cotytijs.* Ἁρπαγὰ κοτυτίοις.

Cotytia festum quoddam erat apud Siculos, in quibus ex

ex more placentulæ quæpiam, & arborum fœtus ramis alligabantur, eaq; diripienda proponebātur. Dicisolitum de bonis temerè profusis direptisq.

Ne à chytropede cibum nondum sacrificatum rapias. Hesiodus.

Indicat Marcus Tullius irreligiosum fuisse, cibum è patella edere. Scribit enim ad hunc modum lib. de Finibus 2. Atq; reperiemus Asotos primum ita nō religiosos, ut edant de patella. In genere poterit accōmodari ad quēuis, qui negocium irreuerenter & illotis, ut aiunt, pedibus aggreditur. Huc pertinēt & illa: A patella rapere, A uetu rapere, A sartagine.

Lauerniones.

Dicuntur homines furaces, quòd fures sub tutela Lauernæ deæ essent, in cuius luco obscuro atque abdito, soliti sunt furto sublata, prædamq; defodere.

Bona Porsenæ. Liuius.

Bona Porsenę dicebantur, quæ uelut ab hostibus erepta paruo uæneunt. Non ineptè dicetur in res, quæ dono cuiuspiam, aut fortunæ commoditate citra nostram operam contingunt.

Partitio, non præfocatio. μοῖρις, οὐ πνίξ. Athenaus

Id est, Sortitio, non præfocatio. Quo licebit uti, si quando significamus non esse locum uiolentiæ, sed ex æquitate iuris oportere tractari negocium.

Persæpe sacra haud sacrificata deuorat.
Ἀθυτα δ' ἱερὰ πολλάκις καταδίς.

Id est: Persæpè sacra haud immolata deuorat. Senarius est Simonidis, in mulierem quandam malè moratam & auidam in cōuiuijs. Concinnè dicetur in eos, qui uētris impulsu statim ad deuorandas epulas irrumpūt, nō expectatis cæremonijs & elegantiolis illis, quibus ciuiles utuntur. Ductum à uictimis, quas fas non erat cōtingere, nisi mysterijs peractis.

Diogen. *Vulturis umbra.* γυπὸς σκία.

Quadrare uidetur in hæredipetas, aut alioqui rapaces inhiantes & prædæ. Respondet illi: Si uultures, cadauer expecta.

Athenæus. *Voracior purpura.*

τὰ λιχνότερα τᾶς πορφυρᾶς.

Id est, Edaciora purpuris. Idq; dictum existimat Athenæus à tincta purpura, quæ omnia quibus admota fuerit, uelut ad sese rapit, suoq; colore res uicinas inficit: uel ab animante ipso, quod quicquid nactum fuerit, retinet ac deuorat. Conueniet in edaces, aut in eos, qui omnia in suum compendium uertunt.

Aristoph. *Edax currus.* Ἀδηφάγον ἅρμα.

In glutones & uoraces dicebatur, propterea q̃ currus multum absumit unginis siue ceromatis: siue quòd sumptuosa res sit, equos & currus alere. Venustius reddetur, si deflexeris ad animi uicia, uel cupiditates inexplebiles, quum naturæ usus perpauca postulet.

Iuuenal. *Laudant ut pueri pauonem.*

Iuuenalis scripsit in auaros, qui carmina laudant dum xat, nihil autem largiuntur poëtæ.

Didicit laudator auarus
Tantum admirari, tantum laudare diserto,
Vt pueri Iunonis auem.

Diogen. *Atticus moriens porrigit manum.*

Ἀττικὸς ὑπτέχει τὴν χεῖρα κ' ἀποθνήσκων.

Id est, Atticus porrigit manum etiã quum moritur. Huic adagio locum fecit Athenienſium in muneribus captandis & aucupandis lucris insatiata cupiditas.

Pamphili furtum. Παμφίλου νοσφισμός.

Id est, Pamphili sublatio. Pamphilus hic ueteris comœdiæ conuiciis notatus est, quòd ærarium expilasset. Conueniet in peculatores, qui è publico suffurantur.

Vergilius. *Non curat numerum lupus.*

Ver-

Verg. Hic tantum Boreæ cufamus frigora, quantum.
Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.
Recte dicetur in hominem imprudenter furacem.

Argiui fures. Ἀργεῖοι φῶρες.

De palàm improbis. Nam Argiui furacitatis infamia laborabant.

Vorare hamum. Plautus.

Nec minus elegans illud in Curculione: Meus eſt, hamum uorat. De lenone, cui fraus intendebatur, epiſtolam, qua decipiendus erat, lecturiente.

Polypi.

Olim dicebantur, uel ſtupidi ſtolidiq, uel rapaces, & unci Athenæus. cis ungibus homines. Siquidem ob eam cauſam Polypo ſtultitiam tribuunt, quòd ad manũ captantis ultro mouetur, nec aliter capitur, niſi quòd non cedat.

Ἡμερόκοιτος.

Vulgari ioco fures dicti uidentur ἡμερόκοιτοι, quòd inter Heſiodus. diu dormiant, noctu uigilent. Heſiodus:

Μήποτε σ' ἡμερόκοιτος ὁ φὼρ ἀπὸ χρήματ' ἕλητα. Id eſt,
Ne ſolitus dormire die, tua tollere poſſit.
Aptè torquebitur in tollionem & furacem.

Candidum linum lucri cauſa ducis.

Λευκὸν λῖνον κερδογαμεῖς. Diogeni.

Id eſt, Candidulum linum ob lucrum ducis uxorem. In eum quadrat, qui dotis cauſa ducit uel deformem, uel anum. Porro linum uocat uxorem, uel quòd apud ueteres ſolæ mulieres lineis uterentur, uel quòd uiro alligetur matrimonio, & libera eſſe deſinat. Nam Græci λῖνον pro uinculo uſurpant.

Nutricum more malè. Plutarch.

Καθ' ὥσπερ αἱ τίτθαι γε σιτίζουσι κακῶς.

Id eſt, Paſcis profectò more nutricum malè. Conueniet in eos, qui de lucro paululum aliquid impartiunt ſocijs: Aut, qui facultates alienas adminiſtrant, ut maximam

partem in suos cõuertant usus. Id quod hodie tutorum uulgus facitat.

Pecuniarum cupiditas Spartam capiet, præterea

Idem. *nihil.*

Ἡ φιλοχρηματία σπάρταν ἕλοι, ἄλλο δ' οὐδέν.

Vna fames auri Spartam capiet, subigetq;
Præterea nihil.

De ijs, qui sola pecunia possunt expugnari alioqui inuicti. Natum adagium ab oraculo, quo respõsum est, tum demum uincendos esse Lacedæmonios, quum aurum & argentum in precio cœperint habere.

Inexplebile dolium. Ἄπλητος πίθος.

Zenodot. Plautus: *In pertusum ingerimus dolium, operam ludimus. Competet in homines præter modum profusos. Congruit etiam in auaros, quorum cupiditatibus nihil est satis. Zenodotus etiam tartarum ipsum inexplebile dolium putat.*

Larus hians. Λάρος κεχηνώς.

Dicebatur, ubi quis auidius inhiaret prædæ. Est enim larus auida, uoraxq;

Labrax Milesius. Λάβραξ Μιλήσιος.

Plautus. In stolidum & auidum dicebatur. Labrax enim piscis genus lato oris rictu, unde escam totã unà cum ære faucibus corripit, atq; ob id facilè capitur, Lupus Latinè dicitur: Vnde apud Plautum lenoni Labracis nomen.

Buthus obambulat. Βοῦθος περιφοιτᾷ.

Cratinus. Id est, Buthus oberrat. De leuibus ac stolidis dicebatur. A moribus Buthi cuiusdam athletæ. Etiã uidetur dici posse in edaces, hoc est, βουφάγους.

Serpens nisi edat serpentem, draco non fiet.

Ὄφις ἢν μὴ φάγῃ ὄφιν, δράκων οὐ γενήσεται.

Potentes aliorum damnis crescunt, & optimatum fortunæ in tantum non augerentur, nisi essent quos exugerent.

rent. Quemadmodum inter pisces & beluas, maiores ui uunt laniatu minorum.

Priusquam sortiaris, communia deuoras.

Vide, Vis iniusta.

Nouit hæc Pylæa & Tyttygias. Zenodo.

Οἶδεν πυλαῖα ταῦτα καὶ τυττυγίας.

Hoc uelut ænigmate ueteres innuebant, opes malis artibus quæsitas. Tyttygias plagiarius quispiam fuit, qui seruos & res alienas, quas furto sustulerat, in Pylæa, is est Arcadiæ locus, uenditare consueuit, atq; hoc quæstu diues euasit.

Faciunt item huc locutiones istæ prouerbiales:

Olitorem odi, qui radicitus herbas excidat.

Malum lucro coniunctum, non est malum.

Non sacrificata rapere.

Communis tanquam Sisapo.

RARITAS.

Phœnice rarior. φοίνικος σπανιώτερος.

De rebus, aut etiam hominibus, inuētu perquam raris. Natum adagium à fabula phœnicis auis, de qua Plinius libro 10. cap. 2.

Vbi per harma fulgurarit. Strabo.

Ὅπου Διὶ ἅρματος ἀστράψῃ.

De iis, qui nimis cunctanter ac serō, aut admodum rarō fiunt, aut cum nimis anxiè ac superstitiosè captatur rei gerendæ oportunitas. Strabo unde natum sit adagium indicat, scribens uicum quendam esse desertum, atq; infrequentem apud Mycaletum Bœotiæ, quem harma, id est, currum nominant. Vel hinc nata paroemia: Vbi per harma fulgurat, uidelicet Pythicis uatibus fulgur aliquod certum, quod ex eo loco ueniret, obseruantibus eoq; uiso sacra Delphos mittentibus.

Lac gallinaceum. Ὀρνίθων γάλα. Aristoph.

Gallinarum lac. Dicitur in opulentos, & quibus quid-

uis rerum suppeditat. Aut de raris inuentu, atque ob id preciosis.

Rara auis.

Persius. Dicebatur res quæuis noua & inuentu perrara. Persius: Si fortè quid aptius exit, Quãdo hæc rara auis est. Iuuenal. Rara auis in terris, nigroq; simillima cygno. Vnde illud Aristoph. Quæ est hæc auis? De hospite & ignoto.

Alba auis. Ἀλκυόνος ὄρνις.

Iuuenal. Pro re noua atq; inauspicata. De albæ gallinæ filio dictum est alibi.

Coruus albus.

Idem. De raris inuentu dixit Iuuenalis: Coruoq; rarior albo.

Noctuinum ouum. γλαυκῆον ᾠόν.

Perottus. Sunt qui negẽt noctuinum ouum inueniri. Prouerbium itaq; quadrabit, uel in hominem nihili nulliusq; frugis, uel in rem raram inuentu.

REFVGIVM.

Abdera pulchra Teoïrum colonia.

Strabo. Strabo libro Geographiæ 14. tradit Teïos, quum Persarum contumelias ferre non possent, urbe relicta Abdera Thracum urbem demigrasse. Atq; hinc illud uulgatum fuisse: Ἄβδηρα κακὴ τηίων ἄποικις, id est, Abdera pulchra Teiũm colonia. Hoc ænigmate significamus, non deesse quo cõfugiamus, si quis præter modum pergat esse molestus.

REPELLENTIS.

Aliam quercum excute.

Ἄλλην δρῦν βακάνιζε.

Id est, Aliam quercũ excute. Hoc adagio ablegamus eos, qui sine fine petunt aliquid, ad alũ, ut nos illi omittant. Paræmiam hinc natam putãt, quòd olim mortales glandibus uictitabant, Cereris usu nondum reperto.

Tollat te qui non nouit.

Quintil. Si cuius dolos iam non ignotos esse nobis significabimus,

mus, neq; post hac posse ab illo falli, cõcinnè dicemus. Affinis locutio prouerbialis: Quære hospitem.

RIGOR.

Summum ius, summa iniuria. Cicero.

Hoc est, Tum maximè discediturab æquitate, quum maximè superstitiosè hæretur legum literis. Id enim summum ius appellant, quum de uerbis iuris contenditur, neq; spectatur quid senserit is, qui scripsit.

Ad uiuum resecare. Idem.

M. Tullius lib. de amicitia, ad uiuum resecare dixit, pro eo quod est, rem exactius quàm sat est, ac morosius excutere. Mutuo sumpta metaphora à tõsoribꝰ, capillos aut ungues resecantibus.

Radit usq; ad cutem. Σὺ δ' ἐς χρῶτ'. Sophoc.

Id est, Ad cutem usq; radit. De eo dicebatur, qui nimium exactè uideretur agere cum aliquo.

Ex syngrapha agere.

Ex syngrapha agere, obsignatis tabulis agere, pro eo quod est, rigidè parumq; ciuiliter, sed uelut ex obligatione.

Ad libellam debere.

Qui pecuniam præsentem ac iusti ponderis debet, ad libellam debere dicitur. Cicero.

Censoria uirgula.

Tritissimum est apud eruditos, Cẽsoriam uirgam appellare iudicandi autoritatem, præsertim cum supercilio: à magistratu Romano sumptum.

Obtorto collo trahi. Cicero.

Dicuntur, qui uolentes nolentes ad aliquid adiguntur. Pro eodem dicitur, Mento trahere.

RISVS.

Intra labia risit.

Theocritus: Risus uerò labiũ intra hæsit. Simile est quod de risu Sardonio dicitur. Theocri.

Risus Ionicus. γέλως Ιωνικός.

In molles & uoluptuarios dicitur. Nam Ionū mollicies perinde ut Sybaritarū fastus, in prouerbium abiit, quòd alteri Græcorum, alteri Barbarorum essent luxuriosissimi.

Diogen. ### Risus Megaricus. γέλως Μεγαρικός.

In eos dicendū, qui parum intempestiuè iocantur, quiq; malunt aliquoties amicum quàm dictum perdere.

Risus Chius. γέλως Χίος.

De molli lasciuoq; risu. Quandoquidem & Chiorū mores taxauit uetus comœdia.

Sardonius risus. Σαρδόνιος γέλως.

De risu ficto atq; amarulento, aut insano deniq. Tracti à Sardoa herba, quæ ora hominum & rictus dolore contrahit, & quasi ridentes interimit.

Aiacis risus. Αἴαντος γέλως.

Id est, Aiacinus risus. In eos, qui temerè ac uecorditer rident. Adagium natum est ex historia Aiacis: Is adeò grauiter tulisse legitur Vlyssem sibi prælatum in capescenda successione armorum Achillis, ut præ dolore in insaniam uersus sit. Deinde postea quàm resipuisset, partim pudore, partim metu, sibi mortem conscinit. Nec interim pestiuiter torquebitur in eos, quibus risus oboritur nulla de causa.

Ἀχθαρόγελως.

Prouerbiali, nouoq; composito uerbo dicebatur nugator, quiq; rebus ineptis oblectaretur.

Risum syncrusium. γέλως συγκρούσιος.

Risum effusiorem Græci συγκρούσιον uocant, quòd homines quatiat: Quem eundem quidam existimant Sardonium esse.

Zenodot. ### Stultior Melitide. Μωρότερος Μελιτίδης.

Melitides unus è felicissimis illis fatuis, quos Homerus suo carmine nobilitauit.

Emo-

Emori risu. Terentius.

Emori risu, Defluere risu, pro uehementer ridere.

RIXOSVS.

Rhodij sacrificium. Ῥόδιοι πρὸς θυσίαν. Diogen.

Idest, Rhodienses sacrificium. Vbi res iurgijs & uerbis malè ominatis peragitur. Refertur à Diogeniano.

Spirat Cæcias.

Aristophanes ad Cæcię uẽti naturam alludens, dixit: Vt iste spirat cæcias & sycophantiasiam. Cæcias autem po fuit pro turbis ac litibus. Notatur enim ibi Cleon ut delator & criminator. Aristoph.

Insana laurus adest.

Plinius libro 10. cap. 25. In eodem, inquit, tractu portus Amyci est, Bebryce rege interfecto clarus. Eius tumulus à supremo die lauro tegitur, quam insanam uocãt: quoniam si quid ex ea decerptum inferatur nauibus, iurgia fiant, donec abijciatur. Itaq; quadrabit in hominem rixarum autorem. Plinius.

Lindij sacrum. Λινδίοι πρὸς θυσίαν. Lactant.

Id est, Lindij sacrum, subaudi faciunt. Dicebatur in eos, qui inauspicatò rem diuinam faciebant. Hercules olim agricolæ cuidam Lindio duos boues per uim eripuit, & mactatis illis conuiuium sibi parauit. Senex autem Herculi comedenti, quum multa in eum maledicta congeret, uoluptati pariter & risui fuit: ita ut Herculem dixisse ferant, nullum unquam conuiuij sibi iucundius accidisse. Adagiũ ad multos usus accommodari poterit, uel ad rixosum conuiuiũ, uel ad rem quampiam malis omnibus instituram.

Litem mouebit, si uel asinus canem momorderit.

Quadrabit in eos, qui de re quãtumuis exigua litem suscitant. Natum uidetur ab euentu quopiam.

Canina facundia.

Quod in adagionem cessit in quosdam, qui tantum ad malè dicendum eloquentiæ studium exercent: à rixa Hieronym.

canum & oblatratu sumpto epitheto.

Litem incipere.

Homerus. In eum, qui iam prouocatus aggreditur conuicijs agere, congruet illud Homeri ex Iliad. K.

Εἵλετο δ' ἄλλιμον ἔγχος ἀκαχμένον ὀξέϊ χαλκῷ.

Hastam aut corripuit robustam cuspide acuta.

Cui diuersum est illud, Hastam abiecit.

Ne allia comedas & fabas.

Ἵνα μὴ φάγῃς σκόροδα, μηδὲ κυάμους.

Id est, Ne edas allia & fabas, pro eo quod est, ne bellis, ne ue in iudicijs adsis. Nam in bellum inferebantur allia commeatus militaris. In iudicijs fabas esitabāt, ne obdormiscerent.

Ptolemaica lis. Πτολεμαϊκὸς ὁ λίμν.

Diogeni. Diogenianus indicat dici solitum in litium auidos. Anus quæpiam fuit Ptolemais, quæ quoad uixit, lites agitabat.

Plutarch. *Vltra hyperbolum.* Ὑπὲρ τὸν Ὑπέρβολον.

Vincit Hyperbolum. Hyperbolus quispiam erat mirum in modum appetens litium, Vnde conueniet in eos, qui mili laborant morbo.

Tetigit lapidem à cane morsum.

Plinius. Plinius lib. 29. cap. 5. de ueneno rabidi canis agēs: Minus hoc miretur, inquit, qui cogitet lapidem à cane morsum usq; in prouerbiū discordiæ uenisse. Cuius è uerbis cōijcere licet, uulgò creditum fuisse, si quis lapidem à cane morsum contigisset aut calcasset, eum iracundionē euadere, & ad dissidia propensum.

Syrbenæ chorus. Συρβικὸς χορός.

De choreis incompositis ac tumultuosis olim dicebatur. Nam σύρβη quidam uocem existimant, qua subulci porcos uocare solent, unde & σύρβα pro tumultu abuntur. Σύρβη item fistularis dicitur theca, unde συρβικτής dicitur tibicen, aut tumultuosus. Ducta uidetur metaphora à dissono porcorum grunnitu. Tempestiuiter dicetur in hominem

mines inter se discordes & querulos: aut ubi offendet aures imperitorum cantorum symphonia discors.

Erethrienſium Rho. Ερετριέων ῥῶ. Diogen.

Vbi quis crebrius & asperius eam literam sonaret. Quo nomine nūc malè audiūt apud Gallos Picardi. Eretrienses adamarunt hanc literam ρ, quam loco σ supponebant, cùm contra Athenienses eam uerterint in σ, ut Θρᾷττα pro Θαῤῥᾶττα. Quoniam ea litera dicitur impetus ac uehementiæ significationem habere: uidetur & in homines præcipites ac uiolentes congruere prouerbium.

SALVBRITAS.

Crotone ſalubrius. Κρότωνος ὑγιέστερον. Zenodot.

De re nequaquam noxia, secundequaque salutifera. Zenodotus ab animante sumptam paræmiam existimat. Est enim Croton muscæ genus.

Cucurbita ſanior. Κολοκύνθης ὑγιέστερος. Suidas.

Id est, Cucurbita salubrior. Inde natum, uel quòd cucurbita non facilè læditur aëris uicio propter crustum, quo tegitur, uel quòd ea uariis remediis efficax esse perhibeatur.

Valere paneraticè.

Plautus dixit pro eo quod est, firma esse ualetudine. Nā in Pancratiastis robur corporis potissimum spectabatur. Pro eodem dixit, Valere Athleticè, ualere pugilicè, ualere basilicè. Plautus.

Sanior eſt piſce.

Nam ad eundem modum hodie ęq; uulgò loquuntur. Tam sanus es quàm piscis. Id inde sumptum est, quòd creditū est pisces non sentire morbos. Iuuenal.

Tria ſaluberrima.

Apud Plutarchum uidetur & hoc prouerbio fuisse iactatum. Sed præstat ipsius uerba transcribere. Plutarch.

Οἶνῳ ἄριστα λέλεκται τροφῆς ἀκορίην, καὶ πόνων ἀοκνίην, καὶ σώματος εὐεξίης συντύρησιν, ὑγιαίνοντα εἶναι.

Vnde

Vnde optimè dictum est, uesci citra saturitatem, non refugere laborem, naturæ semen conseruare, esse salubertima.

SCVRRILITAS.

Athenęus. *A sexaginta uiris uenio.*

Ἀπὸ τῶν ἑξήκοντα ἔρχομαι.

Athenienses mirè delectabantur his, qui risum dictis aut factis mouere norunt, adeo ut ad hoc in Diomedeo aut Heracleo sexaginta conuenirent, qui in ciuitate nominabantur sexaginta uiri, quemadmodum nos dicimus triumuiros & decemuiros, magistratum significantes: ut si quid ridiculè dictum esset, uulgò ita loquerentur. Sexaginta uiri hoc dixerunt. Poterit per ironiam dici in dictum illepidum & agreste. Dictũ sexaginta uiris dignum: aut in stultè dicacem, Hic nobis uenit à sexaginta uiris.

Gregor. Theolog. *Equitandi peritus ne cantet.*

Ἱππασύνην δεδαὼς μὴ ἄδῃ.

Sumptum à poëta quopiam, in eum, qui professus rem aliquam, eam in nugis uersatur.

SECVNDAE EXPERIENTIAE.

Posterioribus melioribus.

Inter Græcanicas paræmias refertur ἑτεροτέρων ἐμβρύων, id est, Alteris melioribus. Quo significabant ea, quę prima experiẽtia parũ bene successerant, secunda nonnunquam commodius euenire, & prioris consilij errata, posteriore consilio corrigi.

Homerus. *Danda uenia lapso.*

Qui dicet aliquando dandam ueniam, si quid erratum sit per incuriam, neque enim hominis esse, ut semper exactam præstet diligentiam, usurpabit illud Homeri ex Odyss. T.

Αλλ' οὐ γὰρ πως ἐστὶν ἀϋπνους ἔμμεναι ἀνὴρ
Ανθρώπους. Id est,

Haudquaquam fieri potis est, ut peruigil usq;

Mor-

Mortalis duret.

Destitutus uentis, remos adhibe. Hermola.

Quum res non succedit ut uolumus, ad alia præsidia cõfugiendum est. Aut cum fortuna est aduersa, tum magis ad laborandum. Barbarus.

SECVRITATIS ET TVTAE REI.

In tranquillo est.

Terentius: Qui te in scopulum è tranquillo auferat. Et quod alibi diximus: Ego in portu nauigo. Terẽtius.

In uado. Idem.

Terent. Omnis res in uado est. Vadum autem est aquæ fundus, in quo quisquis constiterit, is iam effugit periculum, ne mergatur.

Duabus ancoris fultus. Ἐπὶ δυοῖν ὄγμοῖν. Aristides.

Id est, Duabus nixus in portu sedet, subaudiendum ancoris. De firmis & immotis, & qui rem suam probè constabilierunt. Ductum à nauibus intra portum tutò manentibus.

Tanquam ad aram.

Quum extremũ refugium intelligi uolumus. Inde sumptum, quòd olim in extrema necessitate, ad aras deorum soleant confugere, unde nefas erat quenquam detrahere.

Ad asylum confugere. Cicero.

Cognatum est superiori. Hæc fient uenustiora, si ad animi res transferantur.

Arx.

Hac metaphora tutissimum ac ualidissimum præsidium significamus.

Bonum est duabus niti ancoris. Pindarus.

Id est, Bonum est duplici præsidio niti, ut si alterum destituat, altero iuuemur.

Extra *fumum & undam.* Homerus.

Verba sunt Calypsus adhortantis Vlyssem, ut nec̃ nimium

mium littori uicinus nauiget, fumum sequutus, neq; se profundat credat pelago, sed in medio secet uiam, quòd ibi periculum sit à saxis & uadis, hic ab undis.

Cicero. *E terra spectare naufragium.*

Pro eo quod est: In tuto spectare aliorum pericula. Simile illi: De muris iudicare Achiuos.

Mortuo leoni & lepores insultant.

Homerus. Sumptum, ex Homero, ubi Hectorem ab Achille iam interfectum circumsistunt Græci, mortuo insultantes: nec quisquam erat, qui extincto non aliquod uulnus infligeret.

Ne si ad Iouis quidem aulam.

Sophocl. Qui metuit malum, ad asylum confugisit: uerùm à morte nullum est effugium. Sophocles: Vbi mortis urget pes, ad Iouis atria si fugeris, effugere non possis tamen. Prouerbij species est in illis uerbis: Ne ad Iouis quidem atrium, quod pro tutissimo posuit refugio.

Primum apes abigendæ.

Agathius. Dictum est cuiusdam, qui sensit primum hostium copias aduentantes esse submouendas, quod possint ista potiri.

Plato. *Pugno tenere.* Ἀπρὶξ ταῖμ χερσὶ μαθεῖν.

Pugno stringere dicitur, quod ipso contactu sentitur.

Testudo intra tegumen tuta est.

Liuius. Docet hic Liuius, tutius esse domi manere, quàm sua fortunæ committere, & ad omnes ictus exponere.

Sarta tecta.

Pro consumatis probe'que curatis, & in quibus sit nihil omissum.

In portu nauigare. Ἐν λιμένι πλεῖν.

Terentius Id est, In portu nauigare. Qua significam⁹ nos iam à periculo abesse. Vergilius:

Nunc mihi parta quies, omnisq; in limine portus.

His Medus non insidiabitur.

τῷ-

Τὰδ' ἐμῆδ' οὐ φυλάξει. Zenodo.

Id est, Hæc Medus non obseruabit. Quum Xerxes exercitum ad Græciam traducere pararet, ut autor est apud Zenodotum Dicęarchus, Græci desperatis rebus facultates suas absumpserũt, ne multum reliquum fieret, quod hostis tolleret, ita dicentes: Hæc Medus non obseruabit, eaq; uox in adagium abiit, ubi quis largius impenderet sua, ne uenirent in aliorum manus.

Ocioſus eſto. Homerus.

Si quem iubemus curare cuticulam, negocium aliis curę futurę, accommodabimus illud Homeri ex Odyss. B.

Ἐρχέτω μάκαρ μηλοβοτῶν ἔργων τι ἐπιθύων τι,
Ἀλλὰ μάλ' ἠσυχίην ἔχ, πειρήσῃ ὅς τὸ πάροιθεν. Id est,

Tute caueto:
Aut dicti aut facti cruciet tua pectora cura,
Quin tranquillus edas q; bibas q;, ita ut antè solebas.

Chœnici ne inſideas. Χοίνικι μὴ ἐπικάθισαι. Pythag.

Interpretatur D. Hieronymꝰ, de uictu ne fueris solicitus in diem castinum. Est enim chœnix dimensum & cibus diurnus. Plutarchus autem lõgè diuersius, puta, nõ indulgendum ocio, sed industria prospicięndum uictum, ne desit in posterum.

Thymbra uictitans. Θυμβρυφάγοι.

Id est, Thymbra uictitantes. Adagio dicebatur, uel qui tutius ac liberius uitam agerent, uel qui moribus essent parum blandis, uel qui hilariter citra q; solicitudinẽ paruo contenti uiuerent, quòd thymbra herbæ genus sit.

Rem factam habere. Martialis.

Apud Martialem legitur, Rem factam habere, pro eo quod est, certam atq; indubitatam. Siquidem promissa parum certa sunt.

Hermionis uice. Ἀνθ' ἑρμίονος. Ariſtoph.

Id est, Hermionis uice, puta fuero tibi, aut mea domus, aut simile quippiam. Valet autem perinde quasi dicas, Loco asyli tibi fuero, uel instar aræ. Est Hermione templum

plum in Peloponneso, sacrum Cereri ac Proserpinæ, ad quod qui confugerint, tuti sunt propter loci religionem.

In terra pauperem.

Ἐμ γῇ πένεσθαι μᾶλλον ἢ πλουτεῖν πλέθρῳ.

Id est, Egere præstat in solo, quàm diuitem sulcare fluctus. Satius est paululum habere turò, quàm multũ cum periculo.

Ouidius. *Mœnia Semiramidis.* Τεῖχι Σεμιραμίδος, Id est, Muri Semyramidis. De muris inexpugnabilibus dicebatur, egregiéq; munitis. Ouid. Vbi dicitur altã Cadmilibus muris cinxisse Semyramis urbem.

In tuo regno.

Quod cuiusq; priuatum est, regnum eius dicitur.

Plautus. *In tuo luco & fano est situm.*

Apud Plautum, pro eo quod est, in tua potestate, tuo arbitrio, tua tutela, tua manu. Cicero: In meis castris præsidijs q; uersaris, id est, mecum facis, & pro me pugnant quæ dicis.

Idem. *Intra tuas præsepes.*

Plautus in Cassina: Scit, si id impetret, futurum quod amat, intra præsepes suas, pro eo quod est, certum & paratum. Nam quod intra septa nostra clausum sit, id turò certòq; possidemus.

Terẽtius. *Aliud cura.*

Quum negabis esse causam, cur aliquis aut dubitet, aut solicitus sit exempto scrupulo. Terent. Atqui iam repperi, aliud cura.

Persius. *In diem uiuere. Ex tempore uiuere.*

Est præsentibus rebus contentum uiuere, atq; ex parato, minimè solicitum de futuris. Quæ uita Græcis dicitur καθημερινὸς βίος, & καθημερόβιοι, qui ad eum uiuendi modum. Vnde & ex tempore dicere, id est, citra præmeditationem.

Plin. *Canis, tanquam Delum nauigans.*

Ad q̃

Ἀδῆς ὤσπερ ἐις λῆλομ πλέων.

In supinum, ociosum, securum, ac uoluptuariam agentem uitam dicebatur. Nam Athenis facilis ac tuta in De lum nauigatio. Vnde fiebat, ut qui illuc soluerent, inter nauigandum securi, nihilq; periculi metuentes canerent.

Porrectis pedibus dormire.

Ἀποκίνουντα τῶ ποδὲ καθεύδειν. Lucianus.

Vel sublatis pedibus requiesco, & supinus per ocium. Et supinitatem, negligentiam, incogitantiamq; significamus. Et conserere manus, in Hebræorum prouerbijs in ignauum, &c.

In dextram aurem. Plinius.

Sic enim admonent medici, ut in primo somno, qui profundissimus esse consueuit, in aurem dextram incumbamus. Quum experrecti redormire cupimus, in sinistram.

In utramuis aurem dormire. Terētius.

Est animo ocioso, securo, uacuoq; esse.

Leporis uita. Λαγώς βίον ζῶ. Plutarch.

Id est, Leporis uitam uiuere. Dicuntur, qui semper anxij trepidiq; uiuunt.

In utrumuis dormire oculum. Plautus.

Plautus in pseud. De isthac re in oculum utrumuis conquiesco. Est animo ocioso esse, &c.

Halcedonia sunt apud forum. Idem.

Extat in Græcorum commentarijs huiusmodi prouerbium.

Ἀλκυονιτίδας ἡμέρας ἄγεις.

Id est, Halcyonis agis dies. De tranquillam & ociosam agentibus uitam. Ab aue quadam marina ductum adagium.

Vita molita. Ἀλλεσμλὴ βίος. Suidas.

Siue uictus, ut ita loquamur, farinatus. Suidas indicat

adagium uariè accipi. Quosdam usurpare deuita prisscorum, qui glandibus uescebantur. Nonnullos de his, qui in magna rerum quas desiderarent, affluentia uitam agerent.

Horatius. *Equum me portat, alit rex.*

Ἵππον μὲ φέρει, βασιλεὺς μὲ τρέφει.

Hinc natum: Iuuenis quidam sub rege Philippo stipendia faciebat: Is quum admoneretur ut missionem peteret, seseq; à militia abdicaret, negauit se facturum isto adagio.

Horatius: Rectius hoc, &c.

Splendidius multo est, equus ut me portet, alat rex.

Homerus. *Extra lutum pedem habes.*

Ἐκ τοῦ πηλοῦ πόδας ἔχεις.

In eos, qui molestis non inuoluuntur negocijs, unde se nequeant explicare, sed extra periculum cõstituti sunt.

Idem. *Extra periculum ferox.*

In obtrectatorem clancularium, qui coràm nõ ausit congredi. Homerus Iliad. N.

Ἀνδρῶν δυσμενέων ἐκὸς ἰσάμεν᾽ ὠλεμίζειν.

Pugnare gnarus, uerùm eminus & procul hoste.

Diogenianus. *Procul à pedibus equinis.*

Ἐκ τῶν ποδῶν ἱππείων.

Vulgò dicitur, quum significant fugiendum esse periculum.

Terentius *Extra telorum iactum.* Ἐξω βέλων.

Id est, Extra telorum iactum. Pro eo quod est, In tuto, citraq; periculum.

Porrò à Ioue atq; à fulmine.

Πόῤῥω Διὸς πυρὴ κεραυνοῦ.

Id est, Procul à Ioue pariter atque à fulmine. Admonet non esse agendum cum præpotentibus, qui nutu possint perdere, si quando libeat: maximè cum regibus ac tyrannis.

Post

Post principia.

Idem.

Sumptum à bellis, in quibus summum periculum est iis, qui in prima stant acie. Terentius in Eunucho: Tu hosce instrue, hîc ego ero post principia.

Non uulgari ancora nititur.

Significans aliquem nouis, minimeq; uulgaribus præsidiis niti.

Quid Achiuos à turre iudicatis?

Concinnè torquebitur ad eos, qui in tuto constituti, de iis iudicant, qui in periculo uersantur. Quemadmodum faciunt ii, qui in turri aut uallo sedentes, ociosi spectant præliantes, iudicantq; ac in multis animi robur, aut consilium desiderant, quod ipsi nequaquam præstituri forent, si in eodem discrimine uersarentur.

Aristotel.

Quasi millus cani.

Sisimius.

Nam millus est collare canum uenaticorum coriaceum, confixum clauis ferreis eminentibus aduersus impetũ luporum. Ad hîc igitur modum, certum firmumq; præsidium significabimus.

Timidi mater non flet.

Aemilius. Probus.

Animosi in bello contemnunt hostem, nihilq; metuendum ducunt: itaq; quoniam sibi parum cauent, ferè pereunt, & matribus luctum adferunt cũ orbitate. Contrà qui nihil non metuit, neq; quicquam omnino cõtemnit, is tutioribus utens consiliis, raro uenit in periculum.

Legatus non cæditur, neq; uiolatur.

Scholiastes Hom.

Deflecti poterit ad bene monentem, siue recta consulentem, siue concionantẽ liberè. Legatus est, qui refert mãdata sui principis, aut agit negocium publicum: non est fas illi uim admouere.

SEMPER.

Quoad uixero.

Vergil.

Quod in uita perpetuum nobis futurum intelligi uolemus indicare licebit Vergilij carmine:

Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus,

Ergini cani. Ἐργῖνε πολιαί.

Id est, Ergini canicies. De canicie præpropera, id est, quæ ante diem legitimam accidit. Erginus filius fuit Clymenis, adolescens præter ætatis rationem iam canus. Festiuius fiet, si per ironiam dicetur in senes iam canos, qui tamen iuuenes etiamnum haberi uelint.

Homerus. *Mala senium accelerant.*

Qui dicet senectam non esse annis metiendam, propterea quòd ij, qui se multis laboribus discrutiant ante diem consenescunt, usurpabit illud Homeri ex Odyss. T.

Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ κατα γηράσκουσι. Id est,
Quippe repentè homines curis & malis senescunt.

Menãder. *Præstat canem irritare, quàm anum.*

Nulla ira atrocior muliebri, maximè quum ad sexus uicium accedit senectus. Canis irritatus tantum oblatrat. At aniculæ præter linguæ uenenum, interdum instructæ sunt malis artibus, ueneficijs & incantamentis. Vnde & Menander: Plus est periculi anum lacessere, q̃ canem.

Theocrit. *Vno die consenescere.*

Theocritus: Verùm quos amor angit, in una luce senescunt. Nulla uerò res citius accelerat senium, quàm animi curæ, amor, odium, inuidentia, metus ac mœror.

Præmatura mors.

In hunc, qui præmatura morte discesserit, superstitibus parentibus accommodabis illud Iliad. P.

Οὐδέ τοκεῦσι
Θρέπτα φίλοις ἀπέδωκε, μινυνθάδιος δέ οἱ αἰών.
Aut nec nutricandi grata parentibus ille
Reddidit officia, sed ei breue contigit æuum.

SERA POENITENTIA.

Cicero. *Serò sapiunt Phryges.*

Conueniet in eos, quos stultè factorum serò pœnitet.

Strabo. *Cumani serò sapiunt.*

Οἱ δὲ

Οψὲ ἐπιδάνουται οἱ Κυμαῖοι.

Id est, Serò sentiũt Cumani. Id adagium refertur à Strabone Geograph. lib. 13. putatq; eos uulgò malè audisse, tanquam stupidos atq; insulsos, ob hanc causam, quòd ducentis annis portus uectigalia exegerint, hoc nomine ut urbem ædificarent, quę dare tamen non desierunt, quum iam urbs esset extructa: nihil etiam uetat, quò minus dicatur & in illos, qui non nisi malo suo docti, parẽt rectè monentibus.

Malo accepto stultus sapit. Hesiodus.

Paulò diuersius extulit Hesiodus:

Δίκη ὑπερθύριον ἔχει
Εἰς τέλος ἐξελθοῦσα, καθὼρ λέ τε νήπιος ἔγνω.

Tandem sua pœna nocentem
Consequitur, passusq; sapit tum denicq; stultus.

Huc referendum & Plautinum illud in Mercatore:
Fœliciter is sapit, qui alieno periculo sapit.

Piscator ictus sapiet.

Ἁλιεὺς πληγεὶς νόον ὄισεται. Sophocl.

Id est, Piscator percussus sapiet. Idq; ferunt ab huiusmodi quodam euentu natum. Quum piscator quispiam piscibus quos intra rete tenebat, manum admouisset, atq; à scorpione pisce feriretur: ictus, inquit, sapiam. Itaque suo malo doctus cauit in posterum.

Factum stultus agnoscit. Homerus.

Ῥεχθὲν λέ τε νήπιος ἔγνω.

Id est, Rem peractam stultus intellexit. Item illud demosthenicum: Non emo tanti pœnitere. Vnde perquam eleganter Fabius apud Titum Liuium, euentum stultorum magistrum appellat. Nec euentus doceat hoc, inquiens, qui stultorum magister est, sed ratio.

Mus picem gustans.

Μῦς ἅρτι πίσσης γεύσατο μικρόν, Theocri.

Siquidem mus imperitus, si quando in picem inciderit,

aut perit, aut uix eluctatur, ac deinde periculi memor, ni
met contingere. Non intempestiuè dicetur in eum, quē
pœnitet experimenti.

Post acerba prudentior.

Μετὰ τὰ δεινὰ φρονιμώτερος.

Id est, Post mala prudentior.

Seneca. *Sera in fundo parsimonia.*

Admonet in tempore parcendum rebus necessarijs.
Persius Satyra 2. Donec deceptus & expes,
Ne quicquam fundo suspiret nummus in imo.

Post rem deuoratam ratio.

Quemadmodum de sera ope dicitur, Post bellum auxi
lia, ita de sera parsimonia dicitur, Post absumptam rem
suppurratio.

Quod dedi, datum nollem.

Plautus. Plautus: Inter nouam rem, inquit, uerbum usurpabo ue
tus: Quod dedi, non datum uellem. Significat se pœnite
re, quòd puellæ fecerit copiam.

Lucianus. *Satius est recurrere, quàm malè currere.*

Præstat mutare consilium in melius, quàm in malè insti
tutis pergere. Lucianus: Visum est tandē iuxta uulgi
monem potius recurrere, atq; currere perperàm.

Plinius. *Optimum aliena insania frui.*

Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum. Admone
adagium, ut ex alioꝝ erratis ipsi cautiores efficiamur,
& alienis periculis reddamur prudentiores.

Hedera post Anthisteria. Ἀκιρὸς μετ' ἀνθιστήρια.

Quum sero quippiam adhibetur. Apparet in his ludis
morē fuisse coronari hedera. De Anthisteriis, id est, Flo
ralibus festis diximus in prouerbio, Cares foras.

Atqui non est apud aram consultandum.

Consultandum antequam incipias, in ipso negocio sera
consultatio. Sumptum à sacrificis, qui pro ritu sacroꝝ
omnia præparant, priusquam accedant ad aram.

SE-

Satius est imitijs mederi, quàm fini. Suidas.

Persius:

Elleborum frustra, quum iam cutis ægra tumebat
Poscentes uideas, uenienti occurrite morbo. Ouid.
Serò medecina paratur,
Quum mala per longas inualuêre moras.

Pueros admonet à uicijs arcendos, dum adhuc tenera ac tractabilis ætas, Sarciendas protinus offensas, ne in simultatem exoleſcant. Minima uitanda mala, ex quibus maiora solent pullulascere: Occasiones euitandas, quæ mali quippiam parituræ uideantur.

Serò uenisti, sed in colonum ito. Suidas.

In eos qui post tempus aduenirent, aut qui mercede quippiam facerent. Porrò colonus est terra æditior, in speciem tumuli seu colli.

Post bellum auxilium. Idem.

Μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία.

Id est, Post bellum suppetiæ. Quoties serius adhibetur remedium. Siquidem ægroto mortuo serò uenit medicus. Et ædibus in cinerem redactis, serò infunditur aqua.

Senem erigere.

Γέροντα ἀνορθοῦν φλαῦρον ὃς νέον πέσοι.

Erigere durum est, qui cadat iuuenis, senem. Haud facilè dediscuntur à senibus uicia, quæ pueri didicerint, & in omnem inhæserint uitam.

Serò uenisti. Ὀψ' ἦλθες. Plutarch.

Competit in eos, qui post tempus rem aliquam aggrediuntur: ueluti si iam ætatis uicio frigidus uxorẽ paret ducere, aut grandior literas addiscere.

Huc faciunt etiam locutiones istæ prouerbiales.

Mortuis mederi. Aquam infundere cineri.

SERVIRE TEMPORI.

Seruire scenæ,

Est rebus præsentibus sese accommodare. Translata ab histrionibus fabularum, qui hoc unum spectant, ut quouis modo populi oculis placeant.

Vti foro.

Terētius. Est præsentem rerum statum boni consulere, & utcunq; sese obtulerit fortuna, ita animū applicare. Seneca: Vtamur foro, & quòd fors feret, æquo feramus animo.

Aut bibat, aut abeat.

Aut tempori, locoq; nos accommodemus, aut ab hominum consuetudine nos subducamus. Quidam sic effecerunt: ἢ πίθι, ἢ ἄπιθι, Id est, Aut bibe, aut abi. Natum est à priscis illis Græcorum symposijs, hoc est, comparationibus.

Seneca. ### Gladiator in harena consilium capit.

Admonet à re nata mutandum aliquando consilium, & tempori, quod aiunt, seruiendum. Refertur à Seneca, Vetus prouerbium est, Gladiatorem in harena capere consilium. Aliquid aduersarij uultus, aliquid manus mota, aliquid ipsa inclinatio corporis intuentem monet.

Plutarch. ### Polypi mentem obtine. πολύποδος νόον ἴσχε.

Quo iubemur pro tempore, alios atq; alios mores, aliud atq; alium uultum sumere. Adagium natum est, à pisce huius ingenio. Nam persequentibus piscatoribus, petris affigit sese, & cuiuscunq; petræ adhæserit, eius colorem corpore imitatur, uidelicet ne queat deprehendi.

Cicero. ### Spartam nactus es, hanc orna.

Ἣν ἔλαχες σπάρτην, κόσμει.

Id est, Spartam quam nactus es, orna, siue administra. Admonet adagium, ut quamcunq; prouinciam erimus fortè nacti, ei nos accommodemus, proq; huius dignitate nos geramus.

Quintil. ### Omnium horarum homo.

Qui seriis pariter ac iocis esset accommodatus. Et apud Terentium: Paucorum hominum homo dicitur.

Sub

Sub manu nasci. Seneca.

Pro, ex tempore. Seneca: Consilium ergo sub manu nascatur.

Aut abi, aut exuere. Plato.

Apud Lacedæmonios hic fuit mos, ut in publicis certaminibus neminem cogerent ad congressum, sed legem edicebant: ἢ ἀπιέναι, ἢ ἀποδύνειν, id est, Aut abire, aut exui. Si transferatur ad rem animi, uelut ad disputandum aut repugnandum carni, prouerbij uim habet.

SERVITVS.

Argentum accepi, imperium uendidi. Plautus.

Qui accipit beneficium, perdit libertatem. Demetrius pauper uxorem duxerat pulchrè dotatam, sed in quam nihil haberet imperij: quare, inquit, Argẽtum accepi, dote imperium uendidi.

Spartæ serui, maxime serui.

Apud Lacedæmonios ingenuis non erat fas discere, aut exercere ullum opificium, sed hæc omnia per Helotas (id erat seruorum genus, quibus nefas erat ullam artem liberalem, uel discere, uel exercere) agebant.

Subiugus homo. ὑποζυγιώδης ἄνθρωπος.

Qui nõ arbitratu suo, sed alieno iussu facit quoppiam. Traductum à iumentis iugalibus. Huc pertinent illæ metaphoræ: Mittere sum iugum. Deijcere iugum, Excutere iugum, Subducere collum iugo. Ouidius:

Et tua læsuro subtrahe colla iugo.

Leo cordula uinctus.

Lucianus: Leo filo uinctus, sursum ac deorsum circũfe Lucianus.
ror, quum quis exiguo commodo captus, apud aulicos ostentatur passim, quòd princeps tantum alat uirum.

Samij literati.

Apud Samios inuẽtæ sunt uiginti quatuor literæ, à Gallastrato. Sic Andron in Tripode: Idem Ionum literas tradidit Athenienſibus. Probabile est igitur à repertis, traditisq; literis iocum fuisse uersum ad stigmata. Nam Sa-

mis simul & accipiebant & tradebant infames notas.

Seneca. *Cum sarcinis enatare.*

Seneca: Nemo cum sarcinis enatat, id est, nemo sese recipit in libertatem, nisi cõtemptis præmijs seruitutis. Non enim potest euadere occupationes, qui curarum autoramentum non potest negligere.

SIMILITVDINIS ET CONGRVENTIAE.

Terẽtius. *De grege illo est.*

Id est, Eiusdem factionis, aut contubernij. Tullius: Ac nellem te in tuum ueterem gregem retulisses.

Persius. *Nostræ farinæ.*

Eiusdem farinæ dicuntur, inter quos est indiscreta similitudo. Persius in 5. Satyra: Nostrę paulò antè farinę Pellicula ueterem retines. Perinde quasi dicat, nostri gregis, nostrę conditionis. Pertinet ad illam classem: Eadem cera, & idem puluis, Eiusdem notæ, &c.

Plinius. *Non eras in hoc albo.*

Hoc est, Non eras in hoc numero. Translatum ab albaria tabula, in qua quondam scribebãtur nomina iudicum.

Zenodo. *Non sum ex istis heroïbus.*

Οὐκ εἰμὶ τῶν τοιούτων ἡρώων.

Id est, Non sum de numero istorum heroum. Id est, Non sum ex eorum numero, qui propensiores sunt ad lædendum, quàm bene merendum.

Patris est filius. Τοῦ πατρὸς ὅστις τὸν τρόπον μιμεῖται.

Ita loquuntur ubi quis mores imitatur patrios. Et ingenere eius filium uocamus quemlibet, quem moribꝰ expresserit.

Aphiarum honos. Ἀφύων τιμή.

Quoties humilibus exiguus quispiam honos contingit. Nam Aphya piscículus est uilis, cui coquendo nihil adhibetur, præter oleum quo frigitur.

Aristo tel. *Terra amat imbrem.* Ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖα.

Id est,

Id est, Imbrem quidē tellus amat. Vbi quis desiderat ea, quæ sibi nouit esse accommoda, conducibilia q̄.

Scopæ dissolutæ. Scopas dissoluere. Cicero.

Homines nihili, nullius q̄ prorsum consilij. Cicero scopas dissoluere dixit, pro eo quod est, rem prorsus inutilem efficere. Nam scopæ colligatæ, & speciem uidentur habere qualemcunq̄, & ad uerrendum pauimētum sunt accommodatæ. Porrò si dissolueris, nihil inutilius, nihil inelegantius.

Vno tenore. Cicero.

Tenorem rei progressum uocant. Vnde quæ sui similia sunt, sibiq̄ ueluti perpetua quadam succedunt serie, horum eādem esse tenorem dicimus. Cicero: Vnus enim tenor est orationis, & idem stylus.

Boni ad bonorum conuiuia ultrò accedunt. Plato.

Αὐτόμαλα δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴενται.

Id est, Sponte bonis mos est conuiuia adire bonorum. Vbi uir bonus, fiducia uirtutis & amicitiæ, quæ generalis inter oēs probos intercedit, ad sui similem accedit, non expectatis uulgaribus istis inuitatiunculis. Idem: Conuiua amico amicus ultrò etiam uenit.

Simile gaudet simili. Ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον. Aristotel.

Martialis: Vxor pessima, pessimus maritus.
Miror non bene conuenire uobis. Iuuenalis:
Magna inter molles concordia.

Malus cum malo colliquescit uoluptate. Idem.

Κακὸς κακῷ δὲ συντέτηκε μᾶλλον ἡδονῇ.

Id est, Etenim improbo uiri est uoluptati improbus. Malus malo iucundus, ob uiciorum commercium & societatem.

Aequalis æqualem delectat. Cicero.

Similitudo mater est beneuolentiæ, consuetudinis & familiaritatis cōciliatrix. Nam prima familiaritatis cōciliatio proficiscitur ab ætatis æqualitate. In hanc sententiam

tiam extant aliquot ueterum prouerbia, quorũ est illud: ἴσος ἴσῳ κεῖρε, id est, Aequalis æqualem delectat.

Aequalem tibi uxorem quære.

Plutarch. Τὴν ἴσην σαυτῷ λαμβάνε.

Id est, Aequalem tibi uxorem ducito. Adagium admonet, ne quis cupiditate aut ambitione allectus, se potentiorem ducat uxorem. Tuæ sortis uxorem ducito. Potest & longius trahi, nimirum ad negociũ suscipiendum cui sis conficiendo par & idoneus.

Iugum idem trahere.

Non dissimile est illi: In eadem esse naui, pro eo quod est: negocij uices pariter suscipere. Translatum à bubus arantibus.

Theocrit. *Cicada cicadæ chara, formica formicæ.*

Nota est formicarum politia, & cicadarum concentus.

Cicero. *Ouum ouo simile.*

De rebus indiscretæ similitudinis.

Idem. *Quàm apes apum similes.*

Cicero: Vt similia sunt & oua ouorum, & apes apum.

Plautus. *Non tam aqua similis aquæ.*

Non tam lac lacti simile.

Plautus usurpat in Menæchmis: Nec aqua aquæ, nec lac lacti, crede mihi, usquam similius, quàm hic tui est, cuig huius.

Aristotel. *Furem fur agnoscit, & lupum lupus.*

Ἐγὼ δὲ φῶρ τε φῶρα, καὶ λύκῳ λύκον.

Id est, Fur furem cognouit, & lupus lupum. Amãt enim uulgò se mutuò, qui similibus uicijs laborant.

Idem. *Semper similem ducit Deus ad similem.*

Duo inter se similes plerunq; bene conueniunt.

Diogen. *Semper graculus aßidet graculo.*

Ἀεὶ κολοιὸς πρὸς κολοιὸν ἵζάνει.

Id est,

Idest, Assidet usq; graculus apud graculum. Porrò graculorum conuentus olim notos fuisse testatur M. Varro libro de Re rustica.

Similior ficu. Ὁμοιότερος σύκῳ.

Per iocum dicebatur de uehementer inter se similibus.

Aut ipse fuisti, aut tui similimus.

Si quãdo per iocum indicabimus eundem aliquem fuisse, qui tamen se fuisse eat inficias.

Omnia similia.

Eadem est conditio mortalium.

Crobili iugum. Κροβίλου ζεῦγος.

De societate duorum pari improbitate dici consueuit. Ductum à Crobilo lenone sceleratissimo. Is duo scorta domi alebat.

Eadem cera. Ἐμ κηρίῳ.

Id est, Idem fauus. Dicebãtur, qui uno ore idem affirmarent. Ductum à fauorum cellulis inter se connexis.

Ficus post pisces.

Quadrabit, ubi dicemus aliis alia congruere. Quemadmodum post carnes caseũ, post pisces nuces iubent uulgò apponi.

Ouo prognatus eodem.

Vultus, ingeniũ, mores, facta, ac prorsus omnia sic huic cum hoc conueniunt, ut iures eodem prognatos ouo. Horatius. Aristoteles ostendit iuxta naturam fieri, ut ex eodem ouo duo pulli nascantur.

Catulæ dominas imitantes.

Τὰς δεσποίνας αἱ κύνες μιμούμεναι.

Id est, Dominas imitantes catellæ. Vbi serui dominorum ferociam repræsentant. Quoties ĩi, qui subsunt, eorum exprimunt mores, sub quorum imperio degunt. Iuuenalis.

Maxima quæq; domus seruis est plena superbis.

Similes habent labra lactucas. Hieron.

Vbi

Vbi similia similibus contingunt, ueluti præceptori parum docto discipulus indocilis, improbo populo magistratus improbus, uxori morosæ maritus morosus. Breuiter quoties mala malis, digna dignis eueniunt. Naturæ adagium ab asino carduos pascente.

Qualis hera, talis pedissequa.

Qualis pater, talis filius.

Tertul. *Aspis à uipera.*

Quum pessimus à pessimo sumit mali quippiam.

Ambrosi. *Aut piscem olet, aut florem.*

Dictum in eum, qui bene oleret, quod thymallus piscis sit odore gratissimus, & æquè fragrans eiusdem nominis flos. Ita idem pronunciatus est piscis odor esse, qui floris. Quid specie tua gratius? quid suauitate iucundius? quid odore fragrantius? Quòd mella fragrant, hoc tu corpore tuo spiras.

Sequitur perca sepiam.

Comitem ducit sepia percam. Dictum de improborum societate.

Hierony. *Dignum patella operculum.*

Hieronymus ad Chromatium: Dignum patella operculum. In mea enim, inquit, patria rusticitas uernacula. Deus uenter est, & in diem uiuitur, & sanctior est ille, qui ditior est. Accessit huic puellæ, iuxta tritum populi sermone prouerbium, dignum operculum. Significat autem Episcopum ad improbos populi mores accommodatum.

In matellam immeiere. Εἰς πάμμιδα οὐρεῖν.

Quum sordidè tractantur, aut ad munus aliquod parum honestum adhibentur ἢ, qui non indigni uideantur, utpotè ipsi sordidi atq; inhonesti, quasiq; ad contumelias ferendas facti.

Conto nauiga. Κοντῷ πλεῖν.

Suidas. Conto nauigare dicebantur, qui sic rebus uterentur, quemadmodum uti conueniebat: aut qui uitæ genus suo accom-

accommodatum ingenio sequerentur. Itidem non ad quamuis uitam quiuis idoneus est.

Ipsa holera olla legit. Catullus.

Quære: Malum accersitum.

Surdaster cum surdastro litigabat. Nicarch.

Iudex autem erat utroq; surdior: quum res agitur inter undequaq; ridiculos ac stultos. Extat in hanc sententiam epigramma Græcum Nicarchi, quod Thomas Morus olim adolescens scitè uertit.

Cascus cascam ducit. Varro.

Quoties similis similem delectat, uetulus uetulam, deformis deformem. Nam antiquitùs cascum dicebatur, quod nos uetus appellamus. Videtur esse iocus in anum uetulo nuptam. Huc pertinet: Vbi tu Caius, ego Caia.

Omnia idem puluis. πάντα μία κόνις. Lucianus.

De indiscreta similitudine utitur Lucianus: Alludens ad defunctorum cineres, inter ꝗs nihil apparet discriminis.

Omnia sub unam Myconum. Strabo.

πάντ' ὑπὸ μίαν Μύκωνον.

Est autem Myconus ex Cycladibus una, in qua fabulis proditum est, positos esse gygãtes postremos ab Hercule cõfectos. Vnde ductum illud prouerbium in eos, qui res natura diuersas eodem titulo complectuntur. Itaq; qui eodem libro Grammaticã pariter & Theologicã, item Dialecticã & iurisconsultorum literas tradat &c.

Conuenerunt Attabas & Numenius. Diogen.

Συνῆλθον Ἀτταβάς τε καὶ Νουμήνιος.

Id est, Coniunctus est suo Attabas Numenio. Dici solitum, quoties improbus aggregatur cum improbo. Diogenianus tradit hos insigne par furum fuisse.

Eundem calceum omni pede inducere. Galenus.

Galenus loquitur de quibusdam medicis imperitis, qui non habita ratione morborum eadem remedia admouẽt omnibus. Non dissimile illi: Scis simulare cupressum

Hiero-

Hieronymus: Nec ad instar imperiti medici, uno collyrio omnium oculos uelle curare.

Nauſon Naucrati. Ναύσωμ Ναυκράτε.

Quoties aliqui similia inuicem reſpondent: Veluti ſi quis herus ſalutatus, herum reſalutet. Et nebulo compellatus, nebulonem uicißim compellet. Nauſon enim & Naucrates, utrunque à naue dicitur, perinde quaſi dicas, nauta nautæ.

Zenodot. *Noui Simonem, & Simon me.*

De ijs dicebatur, qui pares eſſent. Zenodotus ſcribit duos fuiſſe ductores, notæ utrunq; improbitatis.

Cretenſis Cretenſem. Ο κρῆς τ̀ν κρῆτα.

Subaudi quod erit commodum ſententiæ, prouocat, conatur circumuenire, aut tale quippiam. Sumptum à Cretenſium moribus, quos plurimis cõuicijs inceſſiuit antiquitas.

Cretenſes cum Aegineta. Κρῆς πρὸς Αιγινήτην.

Subaudiendum, agit. Quadrabit in pariter improbos, qui mutuis inter ſe fallacijs agunt. Nam Aeginetæ olim malè audierunt, in quos etiam oraculum illud quidam æditum putant. Neq; tertij, neq; quarti.

Per hyemem ſequitur.

Rerum uices ſignificat. Et triſtibus ſuccedunt lætiora.

Cretiza cum Cretenſi. Πρὸς Κρῆτα κρητίζειν.

Plutarch. Id eſt, Aduerſum Cretenſem Cretiza, id eſt, Aduerſus mendacem mendacijs utere. Græci κρητίζειν pro mentiri dicunt.

Chius ad Coum. Χῖος πρὸς Κῶον.

De comparatione uehemẽter inæquali dicebatur. Nam in ludo talorum iactus, qui Chius dicebatur, unioni reſpondebant: Cous ſenioni. Fit autem interim alluſio ad gentes, quarum utriuſq; mores non caruerunt nota.

Vulpinari cum uulpe.

Αλωπεκίζειν πρὸς ἑτέραν ἀλώπεκα.

Id eſt,

Id est, Cum uulpe uulpinare tu quoque inuicem. Cum asturis asturijs agito. Horatius:

Nunquam te fallant animi sub uulpe latentes.

Clauum clauo pellere. Ηλῳ τὸν ἦλον ἐκκρούειν.

Et paxillum paxillo pepulisti, id est, Malum alio malo depulisti.

Cum Care Carizas. Πρὸς κάρα καρίζεις. Diogeni.

Id est, Cum Care Carissas. Rusticè agis cum rustico, barbarè loqueris cum barbaro, crassè cum crasso. Cares populi sunt Phrygiæ, quorum mores prouerbijs aliquot locum fecêre.

Mali thripes, mali ipes. Idem.

Κακὸς μὲν θρῖπες, κακὸς δὲ ἶπες.

Id est, Mala quidem thripes, mala rursum ipes. De duplici malo dici solitum, ut non magni referat, utrum eligeris. Thrips enim Græcis uermiculus est, qui lignis innascitur, materiasq; uiciat. Ips item cornibus & uitibus infestus.

Balbus balbum rectius intelligit. Hieron.

Barbarus barbari orationem. Est quippe prouerbium, Balbum melius balbi uerba cognoscere.

Bithus contra Bacchium. Horatius.

Bithus & Bacchius nobile par gladiatorum fuit, pares arte & pares audacia. Horatius: Vti non

Compositus melius cum Bitho Bacchius.

Esernius cum Pacidiano. Lucullus.

Erant & hi gladiatores per omnia pares, longeq; omnium nobilissimi. Nota hic duorum theologorũ disputationem, Londini apud Britannos habitam.

Non filius Achillis.

Οὐ παῖς Ἀχιλλέως, ἀλλ' Ἀχιλεὺς αὐτὸς εἶ. Plutarch.

Id est, Haud satus Achille, uerùm Achilles ipsus es. E tragœdia quapiam, aut comœdia sumptum uidetur. Terentius: Hem alterum hunc ad hoc natum dicas.

Idem. *Ab uno digrammate.*

Est autem digramma, pictura descriptioq; Philosophorum, qua rem exponunt oculis, ut perinde ualeat, quasi dicas, De eadem formula.

Eodem in ludo docti.

Terẽtius. Dicebantur similibus uicijs laborantes, & improbitate pares. Terentius in Hecyra: In eodem omnes mihi uidentur ludo doctæ ad maliciam.

Gellius. *Eiusdem musæ æmulus.*

Eiusdem artis aut disciplinæ studiosus. Græci ὁμοτέχνους appellant eiusdem artis opifices.

Iisdem uescentes cepis.

Aristoph. Ταυτὸν θύμον φαγόντες.

Id est, Qui idem ederẽt thymum. Congruit in pauperes ac bonos uiros inter se amicos. Thymon enim utilissimum herbę genus, quo tenues & agrestes utcunq; uitam sustinent. Quidam cepam agrestem esse putant.

Bonus cantor, bonus cupediarius.

Archide. Ἀγαθὸς ψάλτης, ἀγαθὸς ζαμοποιός.

In uituperium Musicę artis dictum: quasi eiusdem hominis sit aures delectare cantu, & palatum cupedijs.

Mars haud concutit sua ipsius arma.

Ἄρης τὰ ἀυτοῦ ὅπλα οὐ σαλεύϛ.

Id est, Mars sua ipsius arma non iactat. Commodè ferruntur, quibus assueuimus, quæq; nobis quadrant, etiam si sint grauissima. Iactamus enim, quod incommodè ferimus. Iuuenalis:

Nec iactare iugum uita didicêre magistra.

Stultus stulta loquitur.

Euripides Μωρὰ γὰρ μωροῦ λέγϛ.

Id est, Nam stulta stulti oratio est. Talis hominibus fuit oratio, qualis est & uita. Extat carmen Græcis celebratum:

Ἀνὴρ

Ανδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται.

Hominis figura oratione agnoscitur. Democritus orationem uitæ simulachrum, quandam uelut umbram esse dicebat. Nam nullo in speculo melius, expressiusq; relucet figura corporis, quàm in oratione pectoris imago repræsentatur. Necq; secius homines ex sermone, quàm ærea uasa tinnitu dignoscuntur.

Inanium inania consilia.

Κενοὶ κενὰ βουλεύονται.

Quum quis sua spe frustratur.

Malo nodo malus quærendus est cuneus. Hierony.

Eo licebit uti, quoties malum simili malicia retũdimus. Sophocles:

πικρὰν χολὴν κλύζουσι φαρμάκῳ πικρῷ.

Remedio amaro bilem amaram diluunt.

Mons cum monte non miscetur.

Ὄρος ὄρει οὐ μίγνυται.

Non conuenit inter pariter elatos.

Mores hominum regioni respondent.

Et plãtarum semina, & hominum mores ad regionis habitum respondent. Ex mollibus enim regionibus molles homines nasci solent.

Bestia bestiam nouit.

In similitudinis & affinitatis prouerbia refert Aristoteles. Congruet ubi cõuenit inter duos pariter improbos. Aristotel.

Idem Accij quod Titij.

Significat eodem iure futurum, filium decimo mense natum, quo eum, qui natus sit undecimo.

Asinus asino pulcherrimus. Epichar.

Epicharmus: Cani pulcherrimus canis uidetur, bos boui. Asinus asello pulcher est, & sus sui. Hoc est, Simile simili placet, miles militi, aleator aleatori, potator potatori, sophista sophistæ.

Doribus Doricè loqui fas est.

Conueniet in homines natura loquaces, aut quum oratio respõdet moribus & ingenio, uelut quũ Pœnus fraudulenter loquitur, aut leno lenone digna.

Non. Marcellus. *Nouum cribrum nouo paxillo pendeat.*

Quadrabit in eos, qui noui quippiam comminiscuntur.

Plautus. *Purus putus.*

Plautus purum putum dixit, pro prorsus acuerè purus.

Vestigijs inhærere.

Qui imitatur exempla progenitorum, maiorum uestigijs inhærere dicitur. *Similiter* qui degenerant à progenitorum aut præceptorũ exemplis, ab illorum uestigijs dicebantur recedere.

SIMVLATIO, DISSIMVLATIO.

Diogen. *Salem & fabam.* Ἅλα καὶ κύαμον.

Subaudiendum, proposuerũt. *Diogenianus* admonet dici solitum de his, qui fingerẽt se scire quippiã, quod nescirẽt. Atq; hinc natum esse prouerbium, quòd olim mos fuerit ut diuini salem & fabam proponerent.

Zenodot. *Plures thriobolos, paucos est cernere uates.*

Πολλοὶ θριοβόλοι, παῦροι δέ τε μάντιες ἄνδρες.

Id est, Plures triobolos, paucos est cernere uates. *Philochorus* autor est, olim tres Nymphas Apollinis nutrices, Parnassum incoluisse, quæ Thriæ dicerentur, unde postea receptum sit, ut calculi, sortesq; diuinorum Thriæ uocarẽtur. Vnde thrioboli, qui thrias in urnam diuinã iaciunt.

Multi thyrsigeri, pauci Bacchi.

Πολλοὶ τοὶ ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε βάκχοι.

Id est, Plures thyrsigeros, paucos est cernere Bacchos. Quo significatum est, compluribus mortalium adesse uirtutis insignia, aut etiam famam, qui tamen uera uirtute uacent. Non omnes ueri Theologi, qui pileum theologicum gerunt. Non omnes monachi, qui cucul-

lo one-

lo onerantur. Translatum à cæremoniis Bacchanalium in quibus thyrsos, id est, hastas quasdam uiteas quatiebant afflati furore.

Multi qui boues stimulent, pauci aratores.

Πολλοὶ βόκεντ', παῦροι δέ τε γῆς ἀροτῆρες.

Id est, Qui tauros stimulent multi, sed rarus arator. Multi præ se ferunt, quod non sunt.

Non omnes qui habent citharã, sunt citharœdi. Varro.

Huc adscribendum uidetur, quod lepidè scripsit Seneca, quendam personam malle, quàm faciem Faciem uocat, ubi quis talis uidetur qualis est: personam, quum præ se fert aliquis, quod non est. Non is rex, cui contingit amplum imperium, sed qui sciat administrare.

Asinus apud Cumanos. Οὐθ' ὡς ἀπὸ Κυμαίους.

Comperit in eos, qu quum sint inepti, ridiculiq;, tamen apud ignotos ipsa nouitate habentur in precio: aut in eos, quibus honos aliquis præter meritũ additus à fortuna, timorẽ & insolentiam, ita ut ferè fit, conciliat. Demosthenes: Τὸ γὰρ εὖ πράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν, ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρονεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίνεται. Felicitas enim & rerum successus, qui cõtigerit immerẽti, fiultis uesaniæ causam præbere solet. Narrauimus alibi fabulam de asino fugitiuo, qui apud Cumanos se gessit pro leone.

Flere ad nouercæ tumulum.

Πρὸς τὸν μητρυιᾶς τάφον λακρύειν.

Ad nouercæ tumulum lachrymari, est simulare gestu dolorem, quum re gaudeas. Quod idem de diuitis hæredibus non inconcinnè dicetur, in quos extat Publianus ille Mimus, cum primis elegans. Hæredis fletus sub persona risus est.

Megarensium lachrymæ. Μεγαρέων λάκρυα. Diogen.

Dicebantur uel fictæ, nec ex uero dolore profectæ, uel ui adactæ. Diogenianus ad huiusmodi refert historiam: Bacchius quidam Corinthius, Clytij Megarensium regis filiam uxorem duxerat, Ea defuncta, Clytius com-

plureis uirgines & adolescentes Corinthum misit, qui in funeralibus pompis puellam deplorarent, lachrymis utiq; fictis.

Accissare Ακκίζειν.

Scribunt Acco mulierem fuisse quampiam, notæ stultitiæ, quæ solita sit ad speculum cum imagine sua, perinde atque cum alia muliere confabulari, ut hinc uulgò quæ stultius aut ineptius aliquid agerent, accissare dicerentur, & Accus nomine compellarentur. Apparet illud etiam moribus huius mulieris adfuisse, ut recusaret, quæ tamen cupiebat, unde & Acciſmus, ficta huiusmodi recusatio dicebatur.

Hæsitantia cantoris tussis.

Ἀποχία φάλτου βῆξ.

Dictum uidetur quoties nõ suppetit quod dicamus, idq; uelut aliud agentes dissimulamus: uelut apud Platonem Aristophanes, ne diceret *in conuiuio*, fingultum fingit. Sumptum apparet à cantoribus.

Tussis pro crepitu. Βῆξ ἀντὶ πορδῆς.

Dici solitum, quoties aliquis perplexus, *aliud pro alio* simulat. Veluti si quis in adulteræ domo deprehensus, fingeret se quippiam mercatum uenisse. Tranſiatum abiit, qui crepitum clara tussi dissimulant.

Strabo. *Cretensis mare.* Οκχῆς τὴν θάλασσαν.

Subaudiendum nescit aut metuit. In eos, qui nescire fingerent, quod egregiè callerent. Etenim quæ consentanea est, Cretẽses quum sint insulares, ignorare mare quo cinguntur undequaq;?

Cicero. *Conniuere.*

Prouerbiali metaphora conniuere dicãtur, qui prudentes culpam, quam intelligunt, indulgentia tamen ac studio dissimulant. Est autem conniuere subinde claudere oculos, quemadmodum ñ, qui non ferunt lumen solis.

Simia fucata. Πίθηκος ἀνάπλεως ψιμυθίου.

Id est, Simia plena fuci. De deformi anu, fucata tamen. &

& meretricijs culta lenocinijs. Potest & ad rem accommodari, uleuti si quis turpem causam orationis phaleris adornet, ut honesta uideatur.

Simia barbata seu caudata.

Dici solitum de ridiculis.

Sileni Alcibiadis. Σιληνοὶ Ἀλκιβιάδου.

Quo licebit uti, uel de re, quæ quum in specie, & prima (quod aiunt) fronte uilis ac ridicula uideatur, tamen interius ac propius contemplati sit admirabilis: uel de homine, qui habitu, uultuq; longe minus præ se ferat, quàm in animo claudat. Aiũt enim Silenos imagũculas quaspiam fuisse sectiles, & ita factas, ut deduci & explicari possent: quæ clausæ ridiculam ac monstrosam tibicinis speciem habebant.

Esurienti uulpi somnus obrepit. Diogeni.

Πεινῶσαν ἀλώπεκα ὕπνος ἐπέρχεται.

Vbi quis inopia cibi dormit. Pauperem autem uulpem appellat, quòd callida sit inopia, & multarum repertrix artium. Neq; perperam dicetur & in illos, qui dissimulant, conniuẽtq; ad quædam, ut per occasionem aliquid commodi ferãt. Siquidem uulpes urgẽte fame somnum adsimulat, ut allectas aues capiat, deuoretq;.

Audiens non audit.

Sunt quidam, qui si quid parum placet, id scire dissimulant. Idem: Dissimulans audisse. Aristoph.

Illò respiciens, sed hic remitte bona.

Ἐκεῖ βλέπουσα, δεῦρο δ' ἄνες τἀγαθά.

Id est, Illuc tuens, at huc remitte commoda. Conuenit, quum aliud præ nobis ferimus, aliud facimus: aut quum alijs adblandimur, in alios re beneficium conferimus.

Patrocli occasio. Πατροκλέους πρόφασις.

Diogenianus ostendit dici solere de ijs, qui quum ob metum non audent proprias deplorare calamitates, defient

eas sub prætextu luctus alieni. Vel qui laudandis alijs, suas ipsorum laudes insinuant.

Melle litus gladius.

Hierony. In pernicioſam adulationem dici ſolitum. Hieronymus Auguſtini epiſtolam mellitum gladiũ appellat, propterea quòd pariter repræhẽſionem haberet, quaſi gladium quo iugularet, & blandimenta, quibus reprehenſionis aſperitatem diſſimularet.

Plautus. *Altera manu fert lapidem, altera panem oſtentat.*

Torquebitur in eos, qui coram blandiuntur, clam obtrectantes, palàm amicos agunt, clanculum nocent: aut qui hîc proſunt, illic ledũt. Simile huic eſt, Altera manu ſcabit caput, altera malam ferit.

Charadryon imitans.

Gregori⁹ theolog⁹. Dici ſolitum de diſſimulante, ac rem utilem occultante.

De reduuia quæritur maiori obnoxius malo.

Vbi quis prauo pudore, leuiſſimis malis quærit remedium, diſſimulans maiora.

Simia in purpura. πίθηκος ἐν πορφύρᾳ.

Id eſt, Simia purpurata. Lepidè trãsfertur in eos, qui barba palliogꝫ ſimulant ſanctimoniam.

Poſtico diſcedere.

Galenus. Dicitur, qui furtim abit, alijs inſcijs ſeſe abducẽs. In hos congruet quos pudet παλινῳδεῖν, ſed diſſimulanter tranſeunt in alienam ſententiam.

Barbæ tenus ſapientes.

Sic appellãtur Philoſophi & Sophiſtæ, ἐκ πώγωνος σοφοί, id eſt, Barbę tenus ſapientes. Quia præter barbam & pallium nihil haberent Philoſophi. Huc ſpectat illud Herodis Attici: Video barbam & pallium, Philoſophum non uideo. Rectè torquebitur in hos, qui uniuerſam uitæ ſanctimoniam non in animo, neq; in moribus, ſed in cultu conſtituunt.

Alia Lacon, alia aſinus illius portat.

Effer-

Effertur apud quosdam ad hunc modum:

Ἄλλα μὲν Λεύκωνι, ἄλλα δὲ Λεύκωνος ὄνος φέρει.

Id est, Alia Leucon, alia Leuconis asinus portat. In eos dicebatur, quorum oratio dissentiret à factis. Sumptum à Leucone agricola, qui quo minus pecuniæ solueret, dixit uectigalium exactoribus, se hordeũ portare, quum ueres melle plenos ferret. Asinus in terram lapsus aliquando effudit onus. Tum demum cognouerũt illi, mel in utribus esse, non hordeum, dicẽtes: Alia Leucon, alia portat asinus.

Paries dealbatus. Τοῖχος κεκονιαμένος. Paulus apostolus.

Aut incrustatus. Paulus Apostolus in Actis, Ananiam sacerdotem fictum & fucatum, parietem dealbatum appellat. Christus sanctimoniæ simulatores sepulchra dealbata uocat.

Non omnibus dormio. Plautus.

Non omnibus dormire dicuntur, qui non omnibus inseruiunt, neq; per omnia gerunt morem. Plutarchus fabulam super hac re non illepidam narrat: Quũ Galba quispiam conuiuio Mecœnatem accepisset, sentiretq; iam è nutribus hominem inflammatum in uxorem suã, sensim demisit caput, perinde quasi dormiret. At quum interea famulus quispiam ad mẽsam accedẽs, unum clam tolleret, ibi iam uigil & oculatus: Infelix, inquit, an nesciebas me soli Mecœnati dormire?

Lepus dormiens. Λαγὼς καθεύδων. Idem.

Quadrabit in eum, qui quod non facit, id facere sese adsimulat: aut quod facit, se facere dissimulat, nam leporem patentibus genis dormire tradunt autores.

Mortuus iacet pedens. Νεκρὸς κεῖται βδέων.

Dici solitum, si quãdo pauper simularet opulentiam. Apud unum Apostolium Byzantiũ reperi, & haud scio an ipsi uulgoq; relinquendum.

Crocodili lachrymæ. Κροκοδείλου δάκρυα.

De ijs, qui sese simulant grauiter angi incommodo cuiuspiam, cui perniciem attulerint ipsi. Sunt qui scribant

Horatius crocodilum conspecto procul homine, lachrymas emittere, atq; eum mox deuorare.

Beneuolus trucidator. Εὐνοῦς ὁ σφάκτης.

Id est, Beneuolus occisor. Conuenit in hos, qui quũ summam adferunt perniciem, tamen beneuolentiæ speciem admiscẽt. Confine est illud quod alibi recensuimus, Intempestiua beneuolentia nihil à simultate differt.

Persius. *Extra quærere sese.*

Persius Satyra prima: Examenq; improbum in illa
Castiges trutina, nec te quæsieris extra.
Tuis te facultatibus metiaris, nõ populari opinione.
Tecum habita.

Lucianus *Aesopicus graculus.* Αἰσωπείῳ κολοιός.

Dicitur, qui aliena sibi usurpat, aliorumq; bonis se seuenditat. Horatius: Moueat cornicula risum, Furtiuis nudata coloribus.

Aurum subæratum. Ὑποχάλκου χρυσίον.

Dicitur homo nequaquam syncerus, sed aliud præse ferens, aliud intus occulens. Sumptum à nomismatis adulteratis.

Homerus. *Diu dißimulatum aperientis.*

In eum, qui quod diu dissimulauit, tandem irritatus eloquitur, non inconcinnè detorquebitur illud Homeri:

ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ὄπατε μεγάλην ἐκ στήθεος ἧκε.

Ast ubi iam promit prægrandem è pectore uocem.

Scytha accißans asinum.

Ἀκκιτόμενος σκυθικὸν ὄνον.

Id est, Accissans Scytha asinum. Aduersum eos qui uerbis auersantur, quod re cupiunt. Id ad huiusmodi fabulam referunt. Quidam conspecto asini cadauere, Scytha cuidam qui fortè aderat, dixit: En quod cœnes. Ille primùm aspernatus atq; abominatus, posteà tamen apparauit cœnauitq;.

Ne musca quidem. Plautus.

Plautus in Truculen. Quas tu mulieres mihi narras? Vbi musca nulla fœmina est in ædibus. Hac prouerbiali hyperbole maximã hominũ solitudinem significamus.

Nullum animal, quod animal.

M. Tullius ad Atticum: Terentij uestigiũ nullum agnoui. Metagenes certè periit. Fecit iter per possessionẽ, in qua animal reliquum nullum est. Cicero.

Scytharum solitudo. Σκυθῶν ἐρημία.

Pro summis calamitatibus, exitioq; dictum est. Ductum autem inde, quòd Scythæ nullis certis sedibus utantur, sed uagi ferantur in plaustris. Eam ob causam regio feris abundat.

SOLICITVDO.

Tantali lapis τανταλίδιον λίθον.

Tantali lapidem uocant, imminens capiti periculum. Sumptum à fabula Tantali, quem quidem fingunt apud inferos etiam hoc supplicij genus pati, ut ingens saxum sic immineat capiti, ut iam iam casurum uideatur.

Mens est in tergoribus.

Ὁ νοῦς ἔστιν ἐν τοῖς σκύτεσιν.

Id est, Animus est in tergoribus. De solicitis dictari solitum, quicq; malum aliquod imminens timere uidentur.

Ναυκιασορύειν. Hesych.

Dicebantur, qui studio quippiam eleuarent. Alij putant ναυκιασορῆς dici solitum ei, qui quum uideretur confiteri, non confitebatur, perplexis uerbis occultans mendacium, quod ferè solent hæretici in discrimen adducti: uox composita uidetur à ναὶ, quod est affirmãtis, & κίασπica, ἐίω fluo: quòd inuoluta loquacitate urgent, quod affirmare uidentur: rursum affirment quod negant. Meminit Hesychius.

Σκύτη βλέπει.

Id est, ut uerbum uerbo reddam, tergora tuetur. Cõsine

pro-

proximo, quo significabant quempiam præ se ferẽtem uultu, quod mali quippiam instare suspicaretur, idq; cõiecturis aliquibus colligeret: ueluti si quis conspectis bouum tergoribus, bellum futurum colligeret: quod his integantur clypei.

Aristoph. *Animus est in corijs.*

Simillimum illi Terentiano: Animus est in patinis. Interpres admonet huius prouerbij, Ἐπὶ τούτων βλέπε, de his qui iam ad bellum spectant. Licebit uti, quum ob solicitudinem erit aliquis ad id, quod agitur in præsentia, parum attentus.

Idem. *Similes uidentur captiuis ex Pylo.*

Ἐοίκασι τοῖς ἐκ Πύλου ληφθεῖσι τοῖς λακωνικοῖς.

Captiuis mihi similes uidentur è Pylo Laconicis. Dici solitum de ijs, qui uultu sunt miserãdo: nẽpe pallidi, squalidi, macilenti. Pylus ciuitas quæpiam Laconicæ, quam obsessam Cleon expugnauit.

Pythag. *Arctum anulum ne gestato.*

Μὴ φορεῖν στενὸν δακτύλιον.

Hoc est, (interprete diuo Hieronymo) Ne uiueris anxiè. Siquidem quisquis anulum angustum gestat, is sibi quo dammodo uincula iniicit.

Idem. *Cor ne edito.* Μὴ ἐσθίειν τὴν καρδίαν.

Idem. Hoc est, Ne curis tuum ipsius animum excrucies.

In uia ne seces ligna.

Non esse discrutiãdam uitam curis, & anxijs cogitationibus quidam exponunt.

Sale & aceto.

Plautus. Parcum tenuẽq; prandium significatur. Plaut. in Ruden. Sed hic rex cum aceto pransurus sine bono pulmento Miseris, opsoniorum loco sal est cum acetõ.

§ OMNOLENTIA.

Aristotel. *Endymionis somnum dormis.*

Eust-

Ενδυμίωνος ὕπνον καθεύδεις.

In eos quadrabit, qui se immodico somno saginant: aut qui diuturno in ocio uersantur, nec ullis se negocijs exercent, sed mollem feriatam q; agunt uitam. Natum à puero Endymione apprime formoso.

Vltra Epimenidem dormis. Gellius.

Ὑπὲρ τὸν Ἐπιμενίδην κεκοίμησαι. De Epimenide somnū

Id est, Vltra Epimenidis somnum dormisti. In eos dicebatur, qui perpetuum agunt ocium. Epimenides Cretensis ambulando fessus in specum quendam subierat, illic ob dormiuit, nec experrectus est à somno, ante exactos annos 47.

Salem uehens dormis. Αλας ἄγων καθεύδεις.

Id est, salem portans dormis. Quadrabit in eum, qui in re periculosa socorditer atq; indiligenter agit: propterea quòd sal in fluxu sentinæ facilè corrumpitur.

Non decet principem solidam dormire noctem. Homerus.

Οὐχὴ πανυχίον ἔυδειν βουληφόρον ἄνδρα.

Haud dignum duce id est, noctem dormire per omnem. Admonet parœmia, uigilantiam ac solicitudinem maximè conuenire cum principibus. Vergilius:

At pius Aeneas per noctem plurima uoluens.

SORDES ET PARSIMONIA.

Tribus minis insumptis, duodecim imputat. Aristotel.

Quadrabit in eos, qui non nisi compendij sui gratia colunt amicos, & pro quamuis exiguo officio multum beneficiorum expectãt. Vulgò item aiunt: Pilcum donat, ut pallium recipiat.

Cumini sector.

Impẽdio parcus ac sordidus, olim prouerbio κυμινοπρίστης, id est, Cumini sector dicebatur. Est autem cuminum per se exilis herba.

Ficos diuidere. Συκα μερίζειν. Martialis

Vnde licebit & cognomen fingere συκοπρίστης. Martial.

Qua-

Quadraginta secat, qui dicit οὖκα μερίζειν. Sordidum ac parcum significans, etiamsi ditissimum.

Nullus emptor difficilis bonum emit opsonium.

Iul. Poll. Οὐδεὶς δυσώνης χρηστὸν ὀψωνεῖ κρέας.

Difficilis emptor haud bona emit opsonia. Qui nimiis uili studet emere, semper merces uiciosas emit. Conuenit in hos, qui paululo labore conantur egregias assequi literas.

E patroclis domo uenit. Ἐκ πατροκλέους.

Id est, E patroclis domo. In sordidos. Sumptum à moribus Patroclis cuiusdam Atheniensis, prædiuitis quidem, uerùm impēdio parci sordidiq; quem uetus Comœdia talem fermè depingit, qualem Plautus Euclionem.

Plutarch. *Cochleæ uita.* κοχλίου βίος.

De ijs qui pacè paruoq; uiuunt, aut contracti à negocijs, luceq; forensi semoti.

Chœnici ne insideas.

Pythag. Habetur loco Securitatis.

Ex phelleo uenire.

Dicebātur, qui ex humili fortuna aspera q; uita ad dignitatem emersissent. Nam Græcis φελλεὺς dicitur locus prius pascendis capris, asper, pumicosus ac sterilis.

In uentrem insilire. Εἰς τὴν γαστέρα ἁλλεσθαι.

Id est, In uentrem irrumpere dicitur, qui curam omnem ad cibum ac potum confert.

Cradophagus.

Rusticum ac sordidum ueteres κραδοφάγον perioco appellabant, quasi κραδαφάγον. Nam κράδαια uocāt arboris fici folia. Iidem dicebantur βαλανοφάγοι quasi prisco more glandibus uiuentes.

Τευγόβιοι.

Homines sordidos ac parcos, olim popularis iocus τευγοβίους appellabat, quasi fece uictitātes. Qui splendidiores sunt, ubi uentum est ad fecem, aperiunt aliud uas.

Luto

Luto lutulentior. Plautus.

Auaros, queſtuſq; ſupra modũ auidos, impuros ac ſordidos dicimus. Id Plaut. ὑπερβολικῶς exagerat in Pœnulo: Sed lenone iſthoc Lyco illi domi nõ lutũ eſt lutulẽtius.

Pediculi Platonis. Οἱ πλάτωνος φθεῖρες. Diogen. Laërtius.

In prouerbiũ abierunt, ut, referente Laërtio, Myronianus teſtatur, hinc coniectans hoc morbo periſſe Platonem, quòd uulgò pediculi Platonis appellarẽtur. Græci φθειριασιν appellãt. Myronianus nullũ indicat uſum prouerbij. Suſpicari tamen licet, dictũ in ſordidos, quòd philoſophi minimum indulgeãt nitoribus externis, dũ circa mentis cultum, toti ſunt occupati.

Macilentior Leotrephide.

Λεπτότερον λεωτρεφίδου καὶ ταυμαντίδος.

Id eſt, Gracilius Leotrephide, ac Taumantide. Leotrephides inſigni macilentia corporis Comicorum ſalibus locum dedit. Congruet in homines exiles ac prætenues. Iucundius erit ſi transferatur ad inopiam ingenij, aut dictionem aridam, ieiunam, & exanguem.

Immunem uenire. Gellius.

Immunem Latini uocant, quem ἀσύμβολον Græci: nempe eum, qui nihil confert ad conuiuium. Terentius: Téne aſymbolũ uenire inunctum atq; lautũ è balneis?

Lapſana uiuere. Plinius.

Lepidè dixeris eos, qui perparcè nimiumq; tenuiter uiuunt. Eſt autem lapſana olus ſylueſtre.

Nihil de uitello. Νεοπτοῦ οὐδέμοι δέδωκας.

Id eſt, Nihil mihi de uitello dediſti. Quadrat in eos, qui impartiant deteriora, meliora ſibi ſeruantes.

Lingere ſalem.

Dictum Frugalitas.

Rore paſcitur. Μὴ πρώκας σιτίζεται ὥσπερ ὁ τέττιξ;

Rore ne uiuit more cicadæ? Cicadas rore ali, teſtis eſt Plinius. Venuſtius erit, ſi transferatur ad ingenium, ſiue

ſtylum

stylum ieiunum & aridum: aut per ironiã, in hominem uehementer obeso corpore.

Victitant succo suo.

Plautus. In parasitos, qui si quãdo cœna contingit lautior, ingurgitant sese: rursus ubi nulla arridet spes cœnatica, cogũtur & οἰκόσιτοι uiuere, fortiter ferunt inediam, & in conuiuiũ spẽ durãt. Sumpta metaphora à cochleis, quæ per æstatem intra testam contractæ, utcunq; succo suo aluntur, donec acciderit pluuia.

Philippide tenuius.

Athenæus. Athenæus ostendit Philippidem comœdiarum scriptorem sic tenui fuisse corpore, ut etiam φιλιππωδῶδες dixerint pro macrum esse. Accommodabitur non inuenusto ad orationem ieiunam, aut disputationem ociosæ subtilitatis.

Monophagi.

Eudemus. Μονοφάγοι dici poterunt sordidi & inhospitales, qui neminem inuitant ad conuiuium.

Patroclo sordidior.

Πατροκλέους φειδωλότερος.

Id est, Patroclo parcior. In diuitem quidem, sed oppido quàm sordidum ac parcum. Hic enim nusquam usus est balneo parsimoniæ causa.

Nephalium sacrum. Νηφάλιος θυσία.

Id est, Nephalium sacrificium. De conuiuio abstemio non ineptè dicetur: aut de conuiuio uehementer frugali sobrioq;.

Gellius.

Caninum prandium.

Dicebatur abstemium, & in quo nullum uinum bibebatur, propterea quòd canes à uino abhorrent.

Plautus.

Cereri sacrificant.

Quemadmodum Græci dicunt ἱερεύειν θύουσιν, id est, Larifacrificant, ita Plautus propemodum indicat apud Latinos dici solere, Cereri sacrificant, si quando in conuiuio uinum

uinum deesset, propterea quòd in huius sacris nefas esset inferre uinum.

Bos Cyprius. Κύπριος βοῦς.

In brutum ac stolidum iaci solitum, propterea quòd Cyprij boues magis bruti ferãtur, quippe qui stercore humano pascantur.

Cyprio boui merendam. Ennius.

Festus Pompeius uersum hunc Sotadicum citat ex Ennio, Cyprio boui merendẽ. Ostenditq; conuenire, quoties conuiua sordidus & insipidus, sordido atq; insipido accipitur cõuiuio. Festiuus erit, si ad res animi deflectatur, ut si quis apud spurcos spurcè loquatur, apud indoctos indoctè.

Tolle tolle mazam quàm acyßimè scarabeo. Aristoph.

Αἶρ' ἆρε μάζαμ ὡς τάχιστα κανθάρῳ.

Id est, Mazam sine mora pone pone cantharo. Id usurpare licebit, quoties sordidus cibus immundo conuiuæ apponitur. Hinc enim ut nascuntur, ita & aluntur cantharí, quos Latini scarabeos uocant.

Pyricè facta.

Pyra insula quæpiam est haud procul à Chio. Strabo Pyram pronunciat pluraliter, & neutrali genere. Ea insula quoniã esset & perpusilla & ignobilis, in contemptus ac uilitatis prouerbiũ abiit, ut quę sordidè parumq; magnificè fierent, Pyricè facta dicerentur. Stephanus: In Pyra Bacchum ducentes. Idem: In Pyra Spartam ducis. Stephan.

Paruo emptas carnes. Idem.

Τὸ ἔυωνον κρέας οἱ κύνες ἐσθίουσιν.

Id est, Paruo empras carnes canes edũt. Quidam putria emunt opsonia, ne plusculum insumãt nummorum. Ea quum nullus attingit, canibus edenda seruantur.

Pyra Bacchum.

Πυρὰ τὸν Διόνυσον.

Id est, Pyra Bacchum ducentes. Dicitatum adagium,

ubi uinum appositum in conuiuio nemo gustat, aut de sordido apparatu.

Tenuiter diducis. Ἀσπὰ ξαίνεις.

Suidas. De his, qui pauperum more tenuiter uictitant.

Sacrum sine fumo. Ἀκαπνὸς θυσία.

Lucianus Id est, Sacrificium absq; fumo. De nimium tenui conuiuio, & in quibus nihil cocti opsonij apponitur. Translatum à pauperculorum sacris, molas, thusculum, lac aut corollas offerentium, quum dij nidorem illum expetãt, unà cum fumo subuolantem.

Nephalia ligna. Νηφάλια ξύλα.

Dici posse uidetur in abstemios, & ab omni uoluptate procul alienos. Apud Athenienses Nephalia lignauocabantur, quæ neque uinea essent, neq; ficulnea, neq; myrtea. Nephalea sonat, quasi dicas sobria.

Carica uictima. Καρικὸν θῦμα.

Id est: Caricum sacrum. De *macilenta* hostia, minimeq; esculenta dicebatur. Hinc ductum, *quod Caribus* populis mos fuerit canẽ immolare. Non *inconcinnè* torquebitur ad cibum appositum insipidum, & *quem* nemo uelit attingere.

Zenodo. *Phaselitarum sacrificium.* Φασηλιτῶν θῦμα.

Phaselitarum sacrificium, tanquam uile citra'q; sanguinem. Sordidum ac tenuem sumptum hoc adagio significant. Tradunt enim apud Phaselitas Pamphiliæ gentem moris esse, ut pisciculi salsi dijs sacrificarentur.

In sinu manum habere.

Theocrit. In sinu manum habere dixit Theocritus, tenaces & ad largiẽdum pigros. Porrò quod ait Scæuola. In sinu meo habui, pro eo quod est, in potestate mea clàm habui, diuersum longè ab hoc est.

Largi sacrificant. Εσίᾳ θύουσιν.

Aristoph. In tenaces dicitur, qui de suis nemini quicquam impartiunt: aut in conuiuas edaces, qui nihil appositis epulis mittunt amicis, neq; quicquam faciunt reliquum. Nam anti-

antiquitùs religiosum erat, ex his quæ laribus immolabantur, aliquid foras efferrę.

ῥυπακόνυλος.

Græci prouerbiali conuicio sordidos, & impendio parcos ῥυπακονύλους appellabant, ducto cognomine abijs, quibus sordes in unguibus insidēt. Nam ῥύπος propriè eas sordes significat, quæ in summis unguibus manuum ac digitorum colliguntur.

Canens uitæ palmum.

Ἀδωρ τὴν ὠιδαμὴν τοβίου πρὸς ἄνηθον.

Id est, Canens uitæ palmum ad anethum. De parco dictum, qui tenui re leuiculaq; transfigit uitam, atque interim existimat se lautè uiuere. Morem hunc quibusdam esse uidemus, ut quum nihil apponant in mēsa quod edi possit, ne ieiunum omnino conuiuium appareat, uarias narrent fabulas, aut cantillent, ut his modis ciborū oblitionem inducant conuiuis.

Tantali pœnæ. ταντάλειοι ἄμπελοι.

Tantali supplicia. De ijs dicendum, quibus adsunt quidem bona, uerùm his frui negatum est. A fabula Tantali sumptum. Horatius: Tantalus à labris sitiens fugientia captat Pocula. Idem: Magnas inter opes inops.

Conuiua non conuiua. Homerus.

In eum, qui accumbit quidem in conuiuio, uerùm spectator duntaxat eorum quæ apponuntur, quadrabit illud Homeri:

Κὰτ' ἄῤ ἄοιτος, ἴπας, ἰδητύς, ἥδι πωτᾶτος.

Incœnatus & impastus, potuq; ciboq; Accubuit. Suidas.

Sacra nihil sunt.

Τὰ θύματα οὐδὲν ὄσιμ, πλὴν ψυδακὴ κέρατα.

Id est, Sacra nihil sunt, præter malas & cornua. De maci lentis. Trahetur non inconcinniter ad cibum minimè esculentum.

Cicero. *Aegroto dum anima est, spes est.*

Admonet, ne in afflictionibus quidem abiiciendam esse spem. Philelphus hos uersus ex Theocri. Batto uertit:

Θαρσεῖν χρὴ φίλε Βάττε, τάχ' ἄὔριον ἔσσεται ἄμμιν.
Ἐλπίδες ὐ ζωοῖσι, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες.
Χ' ὠ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἰθριος, ἄλλοκα δ' ὔει.

Fidere Batte decet, melius cras forsan habebis:
Sperandum est uiuis, non est spes ulla sepultis:
Nunc pluit, & claro nunc Iuppiter æthere fulget.

Euripides *Spes alunt exules.*

Αἱ ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας.

Id est, Spes pascunt exules. Vbi quis excussus à pristina fortuna, semper id agit, ut restituatur.

Theocri. *Adhuc cœlum uoluitur.*

Quoties significabimus adhuc superesse spem, & nondum tempus, quod melioris fortunæ soler occasionem adducere, exactum esse, conueniet illud Theocriti:

Non est lassatum uoluendis mensibus anni Cœlum.

Homerus. *Adhuc aliquis Deus nos respicit.*

Quũ in rebus uehemẽter afflictis negabimus nos prorsus abiecisse animum, uerùm esse spei nonnihil, conueniet illud Homeri:

Αλλ' ἔτι τίς τε, ἰμοὶ θεῶν ὑπερέσχεθε χεῖρα.

Numen adhuc aliquod dextram mi obtendit amicum.

Ouidius. *Spes seruat afflictos.*

Spes bona dat uires, animum quoq; spes bona firmat.
Viuere spe uidi, qui moriturus erat. Pindarus:

Ελπὶς γηροτρόφος.

Spes altrix senectæ.

Cicero. *In herbis.*

In herbis esse dicuntur, quæ nondum maturuerunt, sed spem modò bonam de se præbent.

Aristoph. *Spes tenuis.*

Spem infirmam incertamq; Poëtæ tenuem uocant. Aristopha-

stopha. Spes ista tenuis quæpiam est qua nitimur. Euripides: Spes frigida quidē. Vnde M. Tullius dixit: Sperat hinc afflare auram aliquam, id est, ostendi spem.

Ab ipsa messe.

Seneca. Seneca: Ab ipsa messe discedam? Agit de his, qui uel commodis, uel spe commodorum detinentur, quō minus semet explicant à negocijs, quasi deserturi agrum quum iam stat messis.

SVBITVM EXITIVM.

Occisionis ala. Φόνου πτερόν.

Id est, Interfectionis ala. De subito interitu dici solitum. Sumpta metaphora ab alatis iaculis, quæ repentè mortem adferunt.

Eadem tibi & Pythia & Delia. Menāder.

Quoties supremum aliquod opus significamus. Perinde quasi dicas, hæc summa omnium, quæ gesturus es in uita. Natum aiunt ab oraculo quodam reddito Polycrati Samiorum tyrāno. Nam is posteaquam Rhenean insulam cepisset: eamq; cōsecrasset Apollini, cōstitutis apud Delum ludis pulcherrimis, Delphos misit, consulturos, utrū oporteret eos ludos Delios aut Pythios appellare. respondit oraculum, ταῦτα σοι κρὴ τύθια καὶ Δήλια. Futurum innuens, ut is propediem excederet è uita.

Muris interitus. Κατὰ μυὸς ὄλεθρον.

Id est, Iuxta muris interitum. Aelianus tradit murem minimè uiuacem esse, sed sua sponte defluentibus intestinis ocyus emori, atq; hinc natum prouerbiū. Quadrare uidetur in homines imbecilla ualetudine, aut in μικροβίους, id est, breui æui, quos μινυνθαδίους appellat Homerus.

SVBITI INTERVENTVS.

Mercurius superuenit.

Ο Ἑρμῆς ἐπεισελήλυθεν. Aelianus.

Ita loqui consueuerunt, si quando silentium oriretur in conciliabulo multorum, significantes non esse fas loqui Mercurio præsente, ut qui sit autor sermonis.

Terẽtius. *Lupus est in fabula.*

Solitum est dici, quoties is de quo confabulatio est, de improuiso interuenit. Festiuius usus est Plaut. in Stich. Atq; eccum, inquit, tibi lupus in sermone præsens esuriens adest. Loquitur enim de parasito Celasiano, qui fratribus de ipso confabulantibus de repente interuenit.

Etiam si lupi meminisses.

Εἰ καὶ λύκου ἐμνήσθης

Id est, Etiam si lupi mentionem fecisses, subaudiendum interuenisset. Quoties præter expectationem interuenit is, de quo fuerat mentio.

SVMPTVOSA.

Suidas. *Hipparchi murus.*

Ἱππάρχου τεῖχος.

Dicebatur res quæpiam, quę magnis constaret impensis. Hinc natum, quòd Hipparchus Pisistrati filius, Academiam muro sepsit, atq; huius rei nomine magnam pecuniam ab Athenienſibus exegit. Autor Suidas.

Cœna popularis.

Patet, Lauticiæ.

Lysius. *Edax triremis.* Ἀδηφάγοι τριήρεις.

Id est, Edaces triremes. Dicuntur, qui magnis constent impendijs. Lepidius transferetur ad hominem prodigum immodicíq; impendij.

In beato omnia beata.

A diuitibus omnia magnificè fiunt à tenuibus frugaliter. Vsus erit, si dicas ab homine docto omnia doctè fieri, à pio piè, à rege regaliter.

Horatius. *Saliares dapes.*

Pro pontificales dixit Horatius, ponens speciem progenere. Opiparum autem cõuiuium ac magnificum Saliare dicitur.

SVRDITAS.

Surdior

Surdior Toronæo portu.

Κωφότερος Τορωναίου λιμένος.

Aiunt portum esse quendam Toronæ Thraciæ ciuitatis, qui longis & angustis duobus excursibus porrigitur in mare, ita ut in ipso portus secessu nullus fluctuũ fragor audiatur. Vnde prouerbium in eos, qui non audiunt.

Surdior turdo. Κωφότερος κίχλης. Zenodot.

Adscribitur surditas huic aui peculiaris, quum sit loquacissima. Vnde concinnè dicetur in eos, qui perpetuò blaterantes ipsi, non auscultant, quid uicissim alijs dicatur.

TACITVRNITAS LAVDATA.

Silentij tutum præmium. Aristotel.

Σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας.

Tutum silentij præmium. Horatius: Est & fideli tuta silentio merces. Silendo nemo peccat, loquendo persæpè. Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse loquutum. Valerius Maximus hanc sententiã tribuit Xenocrati: Quia dixisse me, inquit, aliquando pœnitiuit, tacuisse nunquam.

Mulierem ornat silentium. Sophocl.

Γυναικὶ κόσμιον ἡ σιγὴ φέρει.

Id est, Decus addit usq; fœminis silentiũ Mulier animal natura loquax, nulla de re magis cohonestatur, quàm silentio, maximè apud uiros, quum de rebus seriis agitur.

Alia committenda, alia celanda. Homerus.

Nec temere quiduis apud quemuis effutiendum, at ne familiaribus arcana omnia proferenda sunt. Ad hanc sententiam quadrat illud Homeri ex Odyss. a.

Ἀλλὰ τὸ μὲν φάσθαι, τὸ δὲ νῷ γ' ἀνακεκρυμμένον εἶναι.

Id est, Dicendum est aliud, contrà est aliud reticendum.

Quod scis, nescis. Terẽtius.

Terentius in Eunucho: Tu pol si sapis, quod scis, nescias. Idem In seipsum excrutiante, Nescias quod scis, si sapis. Sumptum à Dialecticorum ludis, in quibus huiusmodi quidam scyrpi proponi solent. Facio, & non facio. Sum

amicus, & non sum amicus. Itaq; prouerbio certam in tacẽdo fidem significamus, dum quis quod scit, perinde continet ac dissimulat.

Homerus. *Qui obtitescit.*

In eum qui metu attonitus, aut stupefactus admiratione tacet, quadrabit illud Homeri:

Δὴν ἄλις ἀμφασίη τε σιωπή τε λάβε τι.

Illum corripuit stupor, atq; infantia linguæ.

Tibullus. *In sinu gaudere.*

Est tacitam apud se uoluptatem sentire. Tibullus: Qui sapit in tacito gaudeat ille sinu. Homerus:

Ἐν θυμῷ γρηῢ χάρμ' ἔχε καὶ φίλον ἦτορ.

In tacito longæua sinu preme gaudia nutrix.

Qui continet arcanum.

Homerus. In eum, qui celat arcanum, neq; cuiquam effutit, quadrabit illud Homeri ex Odyss. φ.

Τῇ δ' ἄπιρ ὀφθαλμὸς ἐπλιτο μῦθον.

Id est, Huic pennis dicta carebant. Hoc est, haud longius uolabant.

Plautus. *Muti citius loquentur.*

Plautus in Persa: Muti prius loquantur quàm ego. Ne hoc, inquit, cuiquam homini dicerem, edictum est mihi Magnoperè, ne cuiquam homini crederem: Omnes muti ut prius loquerentur hoc, quàm ego.

Cælius. *Arcopagita taciturnior.*

Dicebatur, qui commissum arcanum optimè cõtineret.

Manum ad os apponere.

Hoc gestu significamus nos scire quippiam quod tamen nolumus effari. Cælius Ciceroni lib. 8. At Domitius cùm manum ad os apposuit, te ad 9. Calend. Iunij subrostra rij, quod illorum capiti sit, dissiparant periisse.

TACITVRNITAS ILLAVDATA.

Diogen. *Bacchæ more.* Βάκχης τρόπον.

De tetricis ac taciturnis dictitari soliti, quòd essent huiusmodi Mænades illę, Bacchico afflatę furore. At Iuue-

nalis

nalis retulit ad uitam intemperantem:
Qui Curios simulant, & Bacchanalia uiuunt.

Magis mutus quàm piscis.

Ἀφωνότερος τῶν ἰχθύων.

Id est, Magis mutus ipsis piscibus. De uehementer infantibus, atq; infacundis. Conuenit in hominem immodicæ taciturnitatis. Pisces enim nullam ædunt uocem. Plinius.

Rana Seriphia. Βάτραχος ἐκ Σερίφου.

In homines mutos, & canendi dicendiq; prorsus imperitos dicebatur. Inde natum, quòd Seriphiæ ranæ in Scyrum deportatæ non ædebant uocem.

Caput sine lingua. Gellius.

Competit in eos, qui in consulationibus aut disceptationibus ipsi quidem nihil habent quod dicant, uerùm aliorum sententijs annuunt. Nam prædarij senatores dicebãtur ij, qui in senatu quidem sedebãt, uerùm sententiam non rogabãtur, sed in aliorum sententias pedibus discedebant, A Lucilio dicti sunt Agipedes.

Muta persona. Κωφὸν πρόσωπον. Martial.

Quadrabit in eos qui in consessu deliberãtium, aut dispurãtium, aut etiam in conuiuijs, cæteris loquentibus soli tacẽt. Traductum apparet à lege Comœdiarum, in quibus non temerè plures tribus personis solent induci in eadem scena. Quod si quãdo quarta accesserit, aut muta prorsus est, aut perpauca loquitur. Mutas nuptias dixit Pindarus, pro clancularijs.

Muti magistri.

Mutos magistros Gellius libros uocat, qui loquuntur quidem nobis. Nec illepidè profectò literæ, muti uocantur præceptores. Denicq; Tullius legem appellat mutum magistratum: magistratum legem loquentem. & Plutarchus poẽsim appellat picturam loquentem, & picturam mutam poẽsim. Gellius.

Mutum magis quàm scapha. Suidas.

Ζυσομώτερον σκάφης.

Id est, Magis elinguis, quàm scapha. De ijs dici consuevit, qui propter humilitatem conditionis apud præstantiores non audent hiscere. Natum hinc aiunt, quòd olim inquilini & hospites alienæ Reipublicæ ludis popularibus incedebant nauim gestantes. Namuti non conuenit in aliena ciuitate curiosum esse, ita nec tutum est liberioris esse linguæ.

Xenodot.

Mutus Hiparchion. Ἄφωνος Ἱππαρχίων.

Vbi quis repentè obmutescit, quum maximè uox illius expectatur, id quod non raro consuevit quibusdam in cœtu dicturis euenire, ut subitò uelut attonitis uox faucibus hæreat. Narrant olim apud Græcos duos præcipuos fuisse citharœdos, Hipparchionem & Rufinum, qui cùm in solennibus ludis, qui decimo quoque anno apud Iuliopolitas agebantur, essent inter se decertaturi, contigit ut Hipparchion theatri strepitu turbatus obticuerit, eaq; res in uulgi locum abiit.

Aristoph.

Ne gry quidem. Μηδὲ γρῦ φθέγγε.

Id est, Ne gry quidem loquitur. Pro eo, quod est, Ne tantulum quidem. Nam gry, minimum quiddam significat aut sordes unguium, aut uocem suillam, quam ædere solent ij, qui grauantur sermone respondere.

Simoni.

Acanthia cicada. Ἀκάνθιον τέττιξ.

In indoctos atq; infantes, aut mufices ignaros torqueri prouerbio solitum. Autor est Stephanus Byzãtius, iuxta oppidum Aetoliæ Acanthum, cicadas alibi uocales, mutas esse.

Catullus.

Reddidit Harpocratem.

Catullus dixit pro eo, quod est, Imposuit silentium. Harpocrates Deus ita apud ueteres fingebatur, ut digito admoto ori, silentium indiceret, qualis & apud Romanos Dea Angerona.

Horatius.

Statua taciturnior.

In hominem uehementer infantem ac tacitum. Horatius: Statua taciturnius exit. Itidem Iuuenalis diuitem quempi-

quempiam, sed in fantem & indoctum, Mercuriæ statuæ similem facit: Truncoq; simillimus Hermæ.

Taciturnior Pytagoreis.

De uehementer taciturnis. Sumptũ à Pythagoræ schola, in qua quinquennę silentium indicebatur auditoribus.

Τὰς Ἀμύκλας ἀπώλεσεν ἡ σιγή.

Amyclas perdidit silentium. Vergilius.

Seruius interpres enarrat hunc in modum Aeneidos 10. Quum apud Amycleos subinde nunciaretur hostiũ aduentus, idq; falso, lata lege cautum est, ne quis unquam hostis nunciaret aduẽtum. Atqui pòst euenit, ut uerè iam aduenirent hostes. Quod quum nemo nunciaret, propter legis interdictum, ciuitas de improuiso capta est. Qui casus populari ioco dedit occasionem, ut dicerent Amyclas silẽtio perijsse, si cui sua taciturnitas fuisset incommodo.

Doryphorematis ritu.

Græci δορυφόρημα uocant satellitium illud ex barbarorum fece conductum, quod olim tyranni ad custodiam corporis adhibebãt. In Tragœdijs sic addebatur regum personis δορυφόρημα, ut astarẽt modo, nihil etiam loquerentur.

TAEDIVM EX ITERATIONE.

Longum proœmium audiendi cupido. Plato.

Prouerbij speciem habet quod est apud Platonẽ lib. de Repub. 4. Μακρὸν τὸ προοίμιον τοῦ ἐπιθυμοῦντι ἀκοῦσαι, id est, Longum proœmium audiẽdi cupido. Qui rem ipsam cupit cognoscere huic longum est omne proœmium. Vnde illud Terentij: Vah, etiam proœmium mihi occeptat. Et Athenis præco, qui dicendi potestatem faciebat, rhetoribus præfabatur, ἄνευ προοιμίων καὶ παθῶν, id est, Sine proœmijs & affectibus: quòd hæc extra causam sint.

Terram uideo. Diogen.

Qui molesti prolixiq; sermonis finẽ adesse significabat, dicere solet γῆν ὁρῶ, i. terram uideo. Sumptum à nauigãtibus,

bus. Q. Curtius libro 4. Haud secus quàm profundum æquor ingressi terrã oculis requirũt. Cicero in Catone Seniore. Quasi terram uideã: sentiens instare finem uitę. Diogenes quum prolixum uolumen recitãs tandem eò peruenisset, ut libri finem uideret: Bene habet, inquit, amici, γῆν ὁρῶ, id est, terram uideo.

Iterum atq; iterum apud Pythum uia.

Diogeni. Αὖθις ἄυ πύθωδ' ὁδός.

Id est, Iterum atq; iterum Pythum uersus uia. Dictum de ijs, qui molesti sunt, eadem de re iterum atq; iterum percunctãdo. Quemadmodum solẽt ignari uiæ, quemcunque obuium habuerint, de uia rogare. Porrò Pythus ciuitas Apollini sacra, quæ uisebatur à plerisq;.

Iterum tranquillitatem uideo.

Αὖθις ἄυ γαλιν' ὁρῶ.

Id est, Rursum denuò tranquillitatem aspicio. Quo significamus nos è malis emergere, fortuna in melius commutata.

Lens deus.

Athenæus Apud Athenæum libro 4. refertur hic trimeter, ut apparet prouerbialis: φακός σε λαίμαγ, καὶ φακὴ τύχη λάβοι. Te lens deus corripiat & fortuna. Lens φακός dicitur lens cruda, φακὴ cocta, ut indicat etymologus. Conuenient, quoties eadem ad fastidium iterantur. Dæmon autem Græcis fortunam sonat, & idem sonat τύχη, nec interest nisi quod dæmon est mas, τύχη fœmina.

Iouis Corinthus. Ὁ Διὸς Κόρινθος.

Id est Iouis filius Corinthus. In eos dici solitum, qui sem per eadem aut dicunt aut faciunt. Olim ad Megarenses missus est legatus Corinthiorum nomine, qui apud plebem Megarẽsem, quum alia multa ferociter dixit, tum illud indignabundus ac uociferans intonuit: Non feret Iouis filius Corinthus. Id ubi sæpius iteraret, cõcitatus populus succlamare cœpit: Feri feri Iouis Corinthum, simulq; legatum expulerũt. Erat autem Corinthus hic Corin-

Corinthiorum rex, Ioue propugnatus, &c.

Crambe bis posita mors.

Δὶς κράμβη θάνατος. Suidas.

Id est, Crambe bis mors est. Suidas scribit Cramben antiquitus in conuiuijs adhiberi solere, uerum recoctam adeò nauseam adferre, ut Græcis in fastidij prouerbium abierit. Quoties enim rem iterum atq; iterum repetitam non sine molestia significabant, dicebant: Bis crambe mors, hoc est, crambe recocta.

Eandem tundere incudem. Cicero.

Est indefatigabili assiduitate in operis alicuius studio perseuerare. Metaphora ducta à fabris.

Cantilenam eandem canis.

Τὸ αὐτὸ ᾄδεις ᾆσμα.

De eo qui molestus est sæpius eadem inculcãs. Nihil eñ odiosius, quàm quod semper idem est.

Eadem per eadem. Αὐτὰ διὰ ταυτῶν. Diogen.

De his qui semper eadem inculcant, aut eadem assiduè faciunt.

Hyperi uertigo. Ὑπέρου πυξοπή. Zenodot.

Id est, Pistilli circumuolutio. Vbi quis semper idem agitat, neq; quicquam tamen explicat.

Date mihi peluim. Δότε μοι λεκάνην. Suidas.

Id est, Porrigite mihi peluim: Vbi quid uehemẽter molestum esset, ita ut ferri iam diutius non posset, peluim sibi porrigi iubebant, quasi præbile, nauseæq; & fastidio rerum uomituri. Veluti si quis orationem supra modum indoctam non ferens, aut sophisticis nænijs offensus, dicat: Date mihi peluim.

Parni scaphula. Τὸ πάρνου σκαφίδιον. Diogeni.

Conuenit in eos, qui ob res minutulas multum litium & querelarum mouent. Sumptum à Parno quopiam, qui ob nauiculam ereptam, populo molestissimus fuisse legitur.

Sardi-

Sardi uenales. Σαρδιανοὶ ὠνιοι.

De negocio infinitæ prolixitatis, atq; inexplicabili. Idq; hinc ortum esse traditur, quòd Tiberius Sempronius Gracchus cum altero consulatu Sardiniam domuisset, tantũ ex ea captiuorum adduxit, ut longa uenditione res in prouerbium abierit.

Plures Callicyrijs. Καλλικυρίων πλείους.

Timæus. De maxima quidem illa, sed sordida hominũ turba dicebatur. Callicyrĩ dicebantur exulum serui, qui Syracusijs agricolationẽ exercebant. Erant autẽ eodem loco Callicyrĩ apud Syracusanos, quo apud Lacedæmonios captiui, apud Thessalos Penestæ, qui uocantur apud Cretenses Elarotæ, apud Aegyptios Hebræi. Nã & hi serui plures erant dominis, quamobrem etiam expulerunt illos.

Horatius. *Non missura cutem, nisi plena cruoris hirudo.*

In homines nimium sedulos, & quibusuis in rebus immodicos.

Aristotel. *Linum lino nectis.* Λῖνον λίνῳ συνάπτεις.

Id est, Linum lino nectis. Huius adagĩ duplicem apud Græcos interpretes, sensum inuenio. Quorum alter eũ, infirmis infirma copulas, friuola friuolis. Alter, eadem non ijsdem rationibus facis, aut dicis.

Ad restim funiculum. Ἐπὶ σπείρᾳ κορίον.

Subaudiendum, addis aut reddis. Vbi quis ijsdem rebus abundat, aut similia similibus pensat.

Rodiorum oraculum. Ροδίων χρησμός.

Diogeni. Id est, Rhodiensium oracum. Vbi quis de re minutanimium crebrò, nimiúsq; diligẽter sciscitatur. Etenim Rhodienses Lyndiæ Mineruæ sacrificantes, dies aliquot apud aram deæ conuiuia prorogabant, atq; inibi perpetuò manebant. Quumq; illis mos nõ esset, matulam in sacrificium inferre, ac super hac re Deum consuluissent, atq; ut inferrent, respondisset, illi rursus ambigere cœperũt, utrum æream ac testaceam inferre deberent: ac denuo super hoc adeuntibus oraculum, indignatus Deus, neutrã respondit.

TAR-

Nemo nos insequitur.

Hoc paræmiæ etiam hodie tritum manet, quum significant liberum esse, diutius in re quapiam morari. Nemo nos, inquiunt, impellit.

Romanus sedendo uincit. Cicero.

In eos qui tranquilli atq; ociosi, tamen quæ uolunt efficiunt: aut, qui non uiribus, sed arte rem gerũt. Ex historia Fabij cunctatoris natum arbitror, qui Hannibalem iuueniliter exultantem sua patientia fregit. De quo extat uersus ille Ennij:

Vnus, qui nobis cunctando restituit rem.

Festina lentè. Σπεῦδε βραδέως.

Sophocles: Φρονεῖν γὰρ οἱ τάχιστα, οὐκ ἀσφαλεστάτη. Periculosa est præpostera prudentia. Addendũ est illud Platonis: Qui plus satis festinat imitio, serius ad finem peruenit. Quintilian. Præcox illud ingeniorum genus, non temerè peruenit ad frugem. His occinendum illud Catonis: Sat citò, si sat bene. Quadrabit & in illos, qui præproperè famam affectant, malunt̃q; paratã ac magnam, q̃ solidam ac perpetuam. Solent enim præcocia subito flaccescere. Symbolon Augusti. Vide Plutarch. in Augustum, & Gellium lib. 10. c. 11.

Pedetentim. Κατὰ πόδας βάσιμ. Terentius.

Græcis prouerbio dicitur, quod Latini reddiderunt, Pedetentim. Vbi quis non præcipitanter atq; inconsideratè, sed sensim atq; cunctanter aggreditur negocium, atq; arte rem gerit magis, quàm impetu.

Manu serendum non thylaco.

Τῇ χειρὶ δεῖ σπείρειν, ἀλλὰ μὴ ὅλῳ τῷ θυλάκῳ.

Manu sementem facere oportet, non autem tota corbe. Modus in omni re seruandus. Ductum ab agricolis.

Placidè bos. Ἀξέμας βοῦς.

Id est, Lentè bos, subaudiendum incedit, aut simile quippiam. Congruet in illos, qui placidè ac paulatim rẽ conficiunt. Equorum laus est uelocitas. Boues non ualent celeritate, sed uiribus & assiduitate pollent, non impetu:

& bos

& bos lassus fortiùs figit pedem.

Caudæ equinæ pilos paulatim uellere.

Horatius. Dicitur, qui quod uiribus atq; impetu fieri nequit, id tempore atq; assiduitate confici. Horatius in Epistolis: Vtor permisso, caudęq; pilos ut equinę Paulatim uello,

Tacito pede. Ἡσύχῳ ποδί.

Ouidius. Seu lento pede. Quum cautim ac pedetentim ad rem accedimus. Apud Latinos aliquãto secius usurpatur Tacito pede, pro furtim ac clanculum, ut apud Ouidium:

Tacitis q; senescimus annis.

Non statim decernendum.

Homerus. Qui significabit interponendã moram, priusquam decernatur, & rem in posterum diem reiiciendam, accommodabit illud Homeri:

Αμ' ἠοῖ φαινομένηφι φρασόμεθα.

Aurora ubi crastina surget. Consultabimus.

Celerius elephanti pariunt.

Cunctationem immodicã, & quorundã nimis lenta moliimina, his uerbis licebit significare. Porrò de elephitorũ partu Plaut. in Stich. Audiui sæpe hoc uulgò dicier, solere elephantẽ grauidam perpetuò decem esse annos.

Bunas iudex est. Βοῦνας Δικάζει.

Zenodot. Id est, Bunas iudicat. Vbi lis in longum profertur, nec unquam explicatur. Paroemia nata à Buna quodã Athenensi. Quum esset controuersia inter Calydonios & Coos, utriq; rem ad arbitrium Bunæ detulerunt. Conuenerant enim, ut à manibus temperaretur, donec ille de negocio pronunciasset. Quod ubi sensisset Bunas, nunquam de lite uoluit pronunciare.

Accessæi luna. Ἀκεσσαίᾳ σελήνῃ.

Diogen. Dictum in comperendinarios, qui nouam subinde causam comminiscũtur, quo negocium proferant. A nauta cuiusdam moribus ortum, cui Accessæo fuerit nomẽ. Is quum esset ignauus, ita prorogare consueuit nauigationem, ut diceret se lunam magis opportunam expectare.

Laco-

Laconicæ lunæ. Λακωνικὰς σελήνας.

Id est, Laconicas lunas, subaudiẽdum, causaris: De promissis aut pactis incertis atque infirmis dicebatur. Nam ut aiunt, Lacones, si quando pactum auxilium poscerẽtur, lunas causabantur, atq; hos prætextu suffugiebant, quod (ut testatur Lucianus) legem tulisset Lycurgus, ne prælium inirent, nisi plenilunio.

Machimas post bellum adferre. Brutus.

Τὰς μηχανὰς μετὰ τὸν πόλεμον κομίζειν.

Dicebantur, qui peracto negocio, serò adhuberent apparatum.

Serò ueniſti, ſed in colonum ito.

Aduersus eos, qui post tempus aduenirent: aut qui mercede aliquid facerent. Porrò colonus est terra æditior, in speciem tumuli seu collis.

Quiſquis tardè uenit ad cœnam. Theocrit.

Theocritus: Quisquis uocatus tardè ad cœnam uenit,
Aut claudus est, aut non dat ille symbolas. Idem:
An quoquam ad cœnam properas cõuiua uocatus?
Et addit, eos qui uocati sunt, celerius ire: qui non uocati, tardius.

Corum aquat. Κόρακ ὑδρεύει.

Dici solitum, ubi quis non citra negocium, citraq; ingenium consequeretur ea, quæ cuperet: aut ubi quis rem nouis artibus tentaret efficere. Ductum ab Apologo, de coruo congestis lapillis aquam ex imo fundo in summam uasis oram euocante.

Profectus ad Apaturia, redijt Maio.

Dici solitum in eos, qui licentius immorarentur negocio cuipiam. Athenis festum erat quod Apaturia uocabant, id triduo peragebatur. Meminit Suidas copiosius de hoc festo.

Post feſtum ueniſti. Κατόπιν τῆς ἑορτῆς ἥκεις. Diogen.

Dicitur in eos, qui negocio cuipiam egregio non inter-

fuerunt. Legitur & hoc pacto: Post Panathæa. Item post Pythia uenisti.

Callippides. καλλιππίδης.

Olim prouerbio dicebatur, qui in moliendis negocijs, quum multa se facturum minaretur, nihil tamē conficeret: aut quemadmodum ait Terentius, qui sedulo moues sese, nihil promoueret. Callippides histrio fuit.

Diu delibera. Δηρὸν βουλεύ.

Non statim aggrediendum negocium. Lentè consultandum, at ubi statueris, maturè quod opus facto, faciendum est.

Terētius. *Annus est.*

Seculum est, atq; id genus alia. Terentius: Et nosti mores mulierum. Dum comūtur, dum moliūtur, annus est. Et, *Seculum est, quòd nihil abs te redditur literarum.* Item *Iam dudum ætate, pro admodum dudum.* Et tempus per longum huiusmodi figuris significamus.

Sic est ad pugnæ partes, re peracta uenienti.

Iocus erat prouerbialis, ubi quis negocio peracto, tum demum aduenisset.

Plutarch. *Ad aras.* Επὶ βωμούς.

Equidē opinor perinde ualere, quasi dicas: In ipso negocio iuxta prouerbium, quo uetamur ad aras consultare.

Idem. *Amæa Azesiam reperit.*

Αμαῖα πρὸς Αζησίαν μετῆλθεν.

Id est, Amæa ad Azesiam accessit. Dici consueuit de re diu multumq; quæsita, desiderataq;. Cererē appellari Amæam, Proserpinam Azesiam Didymus autor est. Nota fabula de Proserpina à Plutone abducta ad campos Elysios, & Cerere toto orbe quærente filiam.

Idem. ζοφοροδόρπιδες, *& similia.*

Plutarchus in Symposiacis ostendit, olim cognomina quędam prouerbiali loco iactata fuisse in eos, qui serius ad conuiuium accederēt. Dictos enim tum κολυοδείπνους, tum ζοφοροδόρπιδας, tum τριχοδείπνους, &c. Battus quidam scurra

scurra consueuit eos, qui tardius uenirent ad conuiuiũ Ἐπιθυμολίπνους appellare, quasi dicas, conuiuio ꝛ appetẽtes: propterea quòd cùm essent occupati negocijs, ob ceruarum tamen cupiditatem non excusarent ijs, à quibus rogarentur, &c.

Μελλονικιᾶν.

More Niciæ cunctari. Nicias traducebatur quòd cunctator esset in re militari. Hinc μελλονικιᾶν ex μέλλειν, quod est cunctari, & Νικίας, qui fuit dux Athenienſibus.

Hercules hoſpitatur. Ηρακλῆς ξενίζεται. Athenæus.

Id est, Hercules accipitur. Dictitatum, ubi quis diutius in conuiuio commorari uideretur: propterea quòd qui recepissent Herculem hoſpicio, conuiuio ꝛ, his multũ temporis erat opperiendum, donec ille satur esset.

Expecta bos aliquando herbam.

Μένε βοῦς ποτε βοτάνην.

Id est, Expecta bos olim herbam. Dicẽdum, ubi quid serò contigit. Laborat enim bos in agricolando, sed aliquando gustaturus herbam enatam. Finitimum illi: Et adhuc tua messis in herba est.

Expecta anus.

Μένε γραῦ ἐμόν σε παῖδα φιλήσοντα. Id est, Expecta anus meus filium, te suauiturum. Nam priusquam adolescat puer, illa decesserit. Confine superiori, quum sera spes ostenditur.

Inter cæsa & porrecta.

Videtur significare cunctationem & ancipitem hæsitantiam, ac uelut interuallum illud, inter omittẽdum quod cœptum est, & incipiendum quod nouari oportet. Sumptum est autem à prisco auspiciorum ritu. Cicero.

Hyperberetæa. ὑπερβερεταῖα.

Dicebantur olim admodum serotina, quæ ꝙ uix tandem aduenirent. Apud Macedones extremus anni mensis ὑπερβερεταῖος appellabatur.

Homerus. *Quæ serò contingunt, sed magnifica.*

Quoties intelligi uolemus famã aut præmium aliquod serius quidem contingere, uerùm hoc præstantius ac durabilius, quòd diutius dilatum, aut tarditatem stabilitate, perpetuitateq; compenset. Homerus:

Ὀψιμον ὀψιτέλεστον ὅς κλέος οὐκ ἀπολεῖται.

Tarda & sera nimis, sed fama & laude perenni.

Mysorum ultimus nauigat.

Ἔσχατος Μυσῶν πλεῖ.

Id est, Mysorum postremus nauigat. Prouerbiali ioco dicebatur, qui frustra laboraret. Vel ubi dura quæpiam imperarentur, factuq; difficilia.

Interdullo perit fames, & optimè perditur.

Διὰ μεσοδῳλιμὸς ἔρρει, ἡ κάλλιστ' ἀπόλυται.

Id est: Intercapedine optimè perit fames. Mora multis rebus adfert remedium.

Plautus. *Summis ingredi pedibus.*

Qui clàm culum aut cautim, aut pedetentim, ut aiunt, conantur aliquid, summis pedibus ingredi dicuntur.

Pulmo prius uenisset.

Plautus in Epidico: Pulmo enim, quod perhibent prius uenisset, quàm tu aduenisti mihi, Dictum est olim in lentos ac cessatores. Opinor quòd pulmo quum perpetuò mouear, nunquam tamen se promouet.

TEMERITAS.

Plutarch. *Oportet remum ducere qui didicit.*

Δεῖ κώπην ἐλαύνειν μαθόντα.

Id est, Oportet remum impellere eum, qui didicerit. Vnumquemq; decet eam artem exercere, quàm antea doctus sit. Horatius in arte poëtica:

Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis.
Indoctusq; pilæ, discive, trochive quiescit. Item:
Qui lusus non nouit legem, abstineat.

Exilij

Exitij nulla ratio. Ὀλέτῃ οὐδεὶς λόγος. Idem.

Hoc sentimus, quum imminet nobis fatale exitium, Deū adimere cōsilium ac rationē. Huic affine est illud Quintiliani: Scelera non habere consilium.

Ne præceps fueris ad iurandum.

Habebit prouerbij speciem, si quis hominem post acceptum malum admoneat.

Quam quisq; nouit artem in hac se exerceat. Cicero.

Horatius:

Nauem agere ignarus nauis timet, abrotanum ægro
Non audet, nisi qui didicit dare, quod medicorum est,
Promittunt medici, doctiq; poëmata passim.

Cœnare me doce. Δεῖπνόν με δίδαξκε. Aristoph.

Tempestiuiter usurpabitur, si quando docere, prœire, aut etiā refellere conatur aliquē imperitus negocij, de quo disceptatur.

Non suscipiendum negocium temere.

In præpotentem, & cum quo non sit susciepienda simultas, aut lis, nisi magno aliquo præsidio fulciaris, quadrabit illud Homeri: Homerus.

Οὐκ ἄρτις μὴν ἐρυκακέοι ἀντιβολήσας Νόσφι θεῶν.

Huic certaturus non iuuerit obuius ullus Absq; deis.

Illotis manibus. Ἀνίπτοις χερσίν. Diogeni.

Pro eo quod est, Irreuerenter atq; imparatè.

Illotis pedibus ingredi. Lucianus.

Ἀνίπτοις ποσὶν ἀναβαίνειν, id est, Illotis pedibus ingredi, est confidenter atq; imperitè rem egregiam aggredi, tanq; prophanè & irreuerenter.

Andabate.

Vox ipsa ἀνδαβάτης indicat fuisse quosdā, qui sic hostem aduersum inuasserint, quemadmodum leo pro catulis dimicans, claufis oculis insilijt in uenantium agmē. Conueniet in eos, qui temerè nullo'que iudicio insectantur quippiam, aut repugnant alicui. Non. Marcellus.

Plautus. *Aedilitatem gerit sine populi suffragio.*

Vbi quis imperiosior est in alieno negocio, aut in aedibus alienis.

Thucydi. *Inscitia confidentiam parit.*

Prudentia uero cunctationem. Hieronymus ad Euagrium refert: Imperita confidentium, eruditio timorem creat. Plinius: Recta ingenia debilitat uerecundia, peruersa, confirmat audacia. Quintilianus: Fortius dicunt, quo minus habent artis, quum interim cordatus orator ac periculum intelligens, initio trepidet. Et qui minus sapiunt, minus habēt pudoris. Et qui non didicēre quid sit scire, nullius rei non sibi non arrogant scientiam.

Tertul. *De cœlo ad synagogam.*

Suspicor dici solitū, ubi quis demittit sese à summa tranquillitate in summos tumultus, aut ubi quis statim aggreditur negocium.

Theocrit. *Ne incalceatum in montes.*

Theocritus ἐν Νομεῦσι.

Εἰς ὄρος ὄκχ' ἱππὶς μὴ ἀνάλιτ' ἔρχεο Βάπτε
Ἐν γὰρ ὄρει ῥάμνοιτε καὶ ἀσπάλαθοι καὶ μόωντι. Id est,
Batte, caue pedibus rudibus perrepere montem,
Quippe rubis, tribulisq; uiret mons undiq; denſus.

Qui suscipit aliquod uitæ genus, armet sese aduersus occursura incommoda, ne pœniteat suscepti.

TENACITAS.

Auarus nisi quum moritur, nihil rectè facit.

Etenim, qui se pecuniæ studio addixit, nulli commodus est dum uiuit. Sola mors uoluptatem & emolumentum adfert hæredi.

Plautus. *Itidem & Acheronti.*

Apud Plautum in trinummo: Amanti repoſcenti, quæ dederat, respondet scortum: Nam itidem ut Acheronti hîc ratio accepti scribitur. Intrò receptum, quādo acceptum est, non potest ferri foras. Sentit nihilo magis ad amantem redire, quod in meretricis domum est datum, quàm

quàm redeunt ab inferis mortui.

TEMPERANTIA.

Zenone moderatior. Ζήνωνος ἐγκρατέστερος. Laërtius.

Idest, Zenone temperantior. Testatur & Laërtius in Zenonis uita, philosophum hunc tum in uictu, tum in uoluptatibus Venereis usqueadeò patientem ac parcum fuisse, ut crudis duntaxat uesceretur, ac pallio prætenui tegeretur.

Philosophari. Isocrates.

Qui sententias serias dicunt, Græcis dicuntur φιλοσοφεῖν. Hinc translatum est ad cuiuscunq; rei uehemēs ac seriū studium, Philosophari, pro temperare affectibus & aduersus res acerbas infracto esse animo.

TEMPESTIVA.

Nunc leguminum meßis.

Νῦν ὄσπρίων ἄμητος. Diogen.

Nunc leguminum messis, id est, nūc tempestiuum, aut illud agere: uelut si quis admoneat iuuenem, nunc adesse tempus parandæ gloriæ, parandæ eruditioni, parandis opibus idoneum. Sumptum à rusticis.

Hernioſi in campum. Aristoph.

Κόκκυ φωκοὶ πεδίον δε, id est, Coccy, hernioſi in campum. Aristophanes in Auribus refert prouerbij loco: Τοῦτ' ἀρ' ἐκεῖν' ἦν τ' οὖπος ἀληθῶς, κόκκυ φωλοὶ πεδίον δε. Quoꝝ uerborum sensus est: Hoc est uerè quod puerbio dicitur, Coccy, hernioſi in campum, subaudi, uenire, quòd hæc auis canit paulò ante messem, uelut agricolas prouocans ad laborem metendi. Vnde Hesiodus ὑμὸς κόκκυξ κοκκύζει. Quod autē φωλοὶ dixit pro agricolis, obiter taxauit Aegyptios, apud quos plerique sunt exacti, qui omnes ad uocem incudi coguntur esse in agris &c. Aristophanis interpres admonet esse prouerbium κόκκυ &c. quum segnes ipsum tempus prouocat ad industriam.

Bæta tum hyeme tum æſtate bona. Suidas.

Βαίτη καὶ θέρει καὶ ἐν χειμῶνι ἀγαθόν.

Id est, Beata tum in æstate, tum hyeme bona. Suidas adscribit betam uestis pelliceæ genus, quod ad utrunque tempus uideatur appositum. Nam hyeme depellit uentos, æstate solē. Conuenit igitur de re ad multa usui futura, ueluti de literis, quæ iuuenes iuxta ac senes ornant: aut philosophia, quæ rebus in prosperis arcet ab insolētia, in aduersis præstat ne frangamur animo.

Quum cessat Boreas.

Quo significabant tempus opportunum prōsperæ nauigationi, propterea quōd auster minus uehemēs oritur, desinit autem perquam uehemens. Congruit cum illo: Quum pluit, molestum.

Nosce tempus. γνῶθι καιρόν.

Id est, Noueris tempus. Hesiodus:

Μίτρα φιλάμαξος, καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος.

Obseruato modum, nam rebus in omnibus illud Optimum erit, si quis tempus spectauerit aptum. Quin Isocrates ad Dæmonicū scribit, iniucundū in omni re esse, quicquid intempestiuum sit. Adeò cunctis in negocijs, plurimum habet momenti temporis & opportunitatis obseruatio.

Aliam ætatem alia decent.

Homerus. Qui iam aliam ætatem significabit, nec idem decere eandem, quod iuuenem aliquando decuit, usurpabit illud Homeri:

Αλλ' ὅτε δὴ πολιόντε κάρη πολιόντε γένειον.

Verūm ubi iam, canumq; caput, incanaq; menta.

Capra ad festum. Αἶξ εἰς πλὼ ξορτλώ.

Dici solitum, ubi quis in tempore ad negocium aliquod accederet.

Munus exiguum, sed opportunum.

Idem. Quum munus indicabimus precio quidē perpusillum, sed tamen accipienti pro tempore gratissimum, citabimus illud Homeri:

Δόσις δ' ἐλίγη τε, φίλητε, Id est,

Exiguum munus, gratum tamen.

Audi

Audi Chelidonem. πύθυ κελιδόνος.

Id est, Audi Chelidonē, id est, in tempore curato tua negocia. Quidam à theologo quodā ortum autumant, cui nomen Chelidon. Nonnulli malunt ad auem hyrundinem referri, quòd ſtridula ſit auis ac lugubris, ſiue quòd ueris prænunciet aduentum.

Oleum & ſalem oportet emere. Ariſtotel.

Τὸν ἔλαιον ἠοὶ τὸν ἅλα δεῖ ὠνεῖσθαι.

Significat opus eſſe nonnunquam remediis contrariis, nunc acrimonia, nunc lenitudine.

Iouis tergus. Διὸς κώδιον.

De re ſordida quidem, ſed tamen in uſum aliquē ſeruata. Nam olim uictimæ pellem ſeruabāt in pompis Eleuſinis circumferendam, uel ſubſternendā pedibus eorū, qui piaculo quopiam tenebantur ad expiationem.

Nihil homini amico eſt opportuno amicius. Plautus.

Gratiſſimum eſt officium, quod præſtatur in tempore. E diuerſo, nihil differt ab inimicitia intempeſtiua benuolentia.

Domi Mileſia. Οἰκοῖ τὰ Μιλήσια. Politian.

In eos dici ſolitum, qui ibi domeſticum luxum celebrāt, ubi minimè probatur. Nam domi liberum eſt unicuique ſuo more uiuere. Suidas hanc refert fabulam: Ariſtagoras quidam Mileſius Lacedæmonem profectus, poſtulabat ut Ionibus à Perſis bello uexatis ſuppetias ferrent. Is autem quum in concionē prodiſſet, inſolita apud Lacedæmonios ueſtitus mundicie, aliisq; deliciis Ionicis affluens, quidam ex Ephoris cum hoc dicto ſubmonuit, Domi Mileſia.

Phallus deo. Ὁ φαλλὸς τῷ θεῷ. Plutarch.

Dici ſolitum, ubi parum quidem honeſta, ſed tamē apta tribuuntur, quaſi dicas: In matellam immeiere. Phallus erat effigies obſcœni membri uirilis. Cur aūt id in myſteriis ferebatur, cauſam reddidit Plutarchus.

Ausonius *Sacra hæc non aliter constant.*

Hoc adagio uti licebit, si quando fatebimur culpam, sed quę rei loco ue conuenit: ueluti si quis in balneis agat im pudẽtius, aut rusticius in naui, aut in comparationibus ebrio ue intẽperantius, aut inter mulierculas ineptius.

TIMIDITAS.

Plato. *Vmbram suam metuere.*

τὴν ἑαυτοῦ σκιὰν φοβεῖσθαι.

Id est, Suam ipsius umbram metuere. Dicuntur, qui pueriliter trepidant, ubi nihil omnino sit periculi.

Timidior es prospiciente.

Suidas. Δειλότερος εἶ τοῦ προακυπτοντος.

Id est, formidolosior es eo, qui prospectat. Dicitur in hominem supra modum pauidum.

Timidior Pisandro. Δειλότερος Πεισάνδρου.

Zenodot. Dicebat olim & hoc in immodicè formidolosos. Aiunt aũt Pisandrum fuisse quempiam prodigiosa timiditate.

Epeo timidior. Ἐπειοῦ δειλότερος.

De magnopere pauido dicebatur. Ab Epeo quopiam ductum, notæ timiditatis homine.

Aristoph. *Timidus Plutus.* Δειλὸς ὁ πλοῦτος.

Aristophanes uulgò iactatam inducit opulentiæ timiditatem, quum ait:

Ἀλλὰ λίγεσι πάντες,
Ὡς δειλότατον ἦν ὁ πλοῦτος.

Quin id omnes dictitant,
Timidissimum quiddam esse diuitias. Iuuenalis:
Pauca licet, inquit, portes argenti uascula puri,
Nocte iter ingressus gladium, contumq; timebis,
Et motæ ad lunam trepidabis arundinis umbram.
Cantabit uacuus coram latrone uiator.

In summa.

In omni negocio formidolosior est diues quàm pauper.

Euripides *Timidi nunquam statuerunt trophæum.*

Δειλ'

Ἀλλ' οἱ γὰρ ἀθυμοῦντες ἄνδρες, οὔποτε
Τρόπαιον ἵσησαντο. Id est:

At enim trophæum nobile haud unquam uiri
Statuêre pauidi.

Aptè dicetur in eos, qui per animi socordiam, inertiãq; nihil egregium, nihil arduũ audẽt aggredi: aut qui periculi metu, à magnis abstinẽt negociis, quum insignis gloria non nisi magnis periculis contingat.

Abiecit hastam Rhipsaspis. Aristoph.

Qui causæ suæ diffusus, abiicit animum, ac desinit cõtrà conari. Aristophan. in Vespis. ἀπέβαλε τὴν ἀσπίδα. Id est, Abiecit clypeum. Declarat & Isocrates in oratione de pace, infames olim habitos, qui uel ordinẽ deseruissent, & clypeum abiecissent.

Vel muscas metuit præteruolitantes. Aristotel.

Aristoteles 7. de repub. libro: Ἀλλὰ δειλότατα μὲν τὰς παραπετομένας μύιας, id est: Qui muscas, inquiens, etiã præter uolãtes metuat, id est, quamuis friuola de causa. Idem similem quandam commemorat in moralium 7. loquẽs de iis, qui usq; adeò sunt timidi, ut etiam si sorex obstrepat, protinus expauescant.

Rheginis timidior. Ῥηγίνων δειλότερος. Zenodot.

Id est, Rheginis formidolosior. Xenarchus apud Zenodotum Sophronis, qui de mensibus scripsit, filius in gratiam Dionysij tyranni, taxauit Rheginenses, ut ignauos in rebus bellicis, animiq; pauidi.

Ante tubam trepidat.

Id est, Animo consternaris, priusq; appareat periculum.

Ignaui uertitur color. Plutarch.

Τοῦ κακοῦ τρέπει χρῶς.

Nã id accidit in metu, ut uultus exalbescat, maximè timidis, uidelicet sanguine ad uitalia refugiente.

In pulicis morsu Deum inuocat.

Ἐμ ψύλλας δάξει θεὸν ἐπικαλεῖται.

Id est, In pulicis morsu Deũ inuocat. In eos dictum, qui quan

quantumlibet leui de re grauiter perturbantur, perinde ut in maxima.

Mulier imperator, & mulier miles.

Γυνὴ στρατηγῶ, καὶ γυνὴ στρατεύεται.

Id est, Mulier & agmen ducit, atque ducitur. Quoties totum negocium ignauis commissum est. Natura non dedit imperare fœminis.

Ceruinus uir. Ελάφου ἀνήρ.

Olim dicebatur formidolosus, & fugæ fidens magis, q̃ uiribus. Ceruus in uenatu pedibus sibi quærit salutem.

Gallus insistit. Αλεκτρυὼν ἐπιστάς.

Vbi quis semel uictus, redintegrat certamen. A gallorũ certaminibus sumptum.

Vir fugiens & denuo pugnabit.

Ανὴρ ὁ φεύγων, καὶ πάλιν μαχήσεται.

Id est, Qui fugerit, rursus ille præliabitur. Senarius prouerbialis, quo monemur nõ protinus abiicere animum si quid parum feliciter successerit.

Leonis uestigia quæris.

Τοῦ Λέοντος ἴχνη ζητεῖς.

Dicterium in eum, qui uerbis ferox esset, re timidus.

Eustach. *Initio confidens, in facto timidus.*

Audax ante negocium plerunq; ignauus. Videmus hoc usu uenire uulgò, utq; sunt audacissimi & magniloquentissimi, priusquam appareat periculum: ubi res uirũ postulat, ibi sint animi nullius.

Aristoph. *Lingua bellare.* Γλώττῃ πολέμιζε.

Dicantur, qui magnificè conuiciantur ac minantur hosti, sed quum tutum est.

Quum adsit ursus, uestigia quæris.

Αρκτου παρόντος τὰ ἴχνη ζητεῖς.

Id est, Vrsi præsentis uestigia quæris. De ijs dicitur, qui ti
midita

miditate præsens negocium declinant, atque ad alias nugas dilabuntur. Translatũ à formidolosis uenatoribus, qui se dissimulãt sensisse ursum, & uestigia persequi fingunt, quò absint à periculo.

Quum adsit uia, semitam quæris.

Conueniet in tergiuersatores, qui quò præsens negociũ suffugiant, diuerticula captant.

In formidolosum. Homerus.

In hominem uehementer pauidum, animoq; consternatum, quadrabunt hi uersus Homeri:

Οὐδέ μοι ἦτορ
Ἔμπεδον, ἀλλ' ἀλαλύκτημαι, κραδίη δέ μοι ἔξω
Στηθέων ἐκτρώκεται, τρομέει δ' ὑποφαίδιμα γυῖα.
Nec mihi mens constat, sed mota uacillat, & extra
Pectus cor salit, & trepidant quoq; corporis artus.

In fugitiuum.

Vbi quis impotenti animi cupiditate ad rem quampiam instigatur, præcipuè parum honestam: uel magis si quis turpiter fugiat, in hunc quadrabit, si dixeris. Idem.

Τοῦτον ἕλ κυνάμυια ἄγει.

Id est, Hunc cynamya rapit. Cynamya est musca canina.

Ne my quidem facere audet.

Qui metu non auderent hiscere, ή quondam negabantur my facere audere. Varro putat mussare uerbum deductum à my literæ uocabulo, quasi μύζειν, propterea quòd muti non amplius sonare queant, quàm my. Est enim ea litera maximè omnium muta, præsertim in fine os contrahens.

γρύζειν.

Prouerbio dicunt hiscere, seu mutire. Sunt qui putant γρύζειν esse uocem suillam ædere.

Corinthijs non indignatur Ilium. Simoni.

Κορινθίοις δ' οὐ μέμφεται τὸ Ἴλιον.

Incusat haudquaquam Ilium Corinthios. Hoc carmine expro-

exprobramus ignauiam alicui, qui ita se gesserit, ut hostes nihil habeant, quod illi magnopere indignentur.

Verbis pugnans, non re.

Homerus. Facile est conuicijs altercari, uerùm re uincere difficile. Ad eam sententiam quadrabit illud Homeri:

Siquidem noui probè & ipse,
Et petere probris, inimicaq; dicere dicta.

Λευκπατίας.

Olim appellabatur formidolosus: uidetur autem composita uox ἀπὸ τοῦ λευκοῦ ἢ ὠχρᾶς quòd palleant plerũq; quibus epar est uiciatum, id quod apparet in animantibus. Pallor autem formidolosis conuenit.

In pedes retrocedit. Επὶ πόδα ἀναχωρεῖ.

Id est, In pedem retrocedit. De eo, qui metu dat locum posteriori, & reuocat se in tutum. Ab athletis sumptum uidetur.

Aristotel. *Mysorum præda.* Μυσῶν λεία.

In eos olim dicebatur, qui impunè à quibuslibet lædun tur ac diripiuntur. Ortum à Mysis, quos aiunt quondam finitimorum incursationibus malè uexatos fuisse, quo tempore Telephus rex peregrè agebat.

Homerus. *Animus in pedes decidit.*

Qui uehemẽter consternantur, atq; expaescũt, ijs animus in pedes decidere dicitur. Quin hodie uulgò. Totus animus mihi erat ingenibus.

Τάρβησαν, πᾶσιν δὲ παρὰ στῆθι καρπαλίμως θυμός.
Pauor ingruit ingens
omnibus, inq; pedes animus mox decidit imos.

Aristoph. *Trepidat in morem galli cuiuspiam.*

Πτήσσει ὥς τις ἀλεκτωρ.

Id est, Trepidat tanquam gallus gallinaceus. In malè affectum & commotum.

Quintil. *Quem mater amictum dedit obseruare.*

Pro eo quod est, pueriliter ex alieno præscripto uiuere.

Nulla

Nulla candidorum uirorum utilitas.

In molles & effœminatos dictum, ac ueluti uoluptatib⁹ natos. Contrà, qui nigra sunt cute & hispidi, hi magis ad magistratum eligendi.

Theutidum more. Plutarch.

Quidam Theutidas putãt esse, quas nos uocam⁹ sepias. Sepia autem de genere mollium est, & arbitror huic generi cor non inesse.

Scrupulum injcere. Terẽtius.

Solicitudinem injcere animo cuiuspiam. Et scrupulum eximere, est solicitudinem tollere.

Non incedit per ignem. Theocri.

Quo significabant aliquem plus satis festinare. Qui uersatur in re periculosa, dicitur & ipse per ignẽ incedere.

Domi leones.

De ijs dicitur, qui in suos sęui, non itidem audent aduersus munitos.

TOLERANTIA.

Chalcenterus. Χαλκέντερος.

Olim dicebatur insigniter patiens laborum, atq; indefatigabilis, uelut habẽs ærea intestina, qualem fabulę narrant fuisse Talo custodem insulæ Cretæ. Hoc cognomẽ inditum est Didymo Grammatico, ob incredibilem numerum librorum quos scripsit. Eadẽ de causa dictus est adamantinus, id est, infatigabilis.

Socratis callus.

Socrates corporis erat patientissimi, quod ad omnem laborem occalluerat: ambulabat nudis pedibus, dormiebat humi.

Adamantinus. *Vide fortitudo.*

TORVITAS.

Origanum tueri. Ὀρίγανον βλέπειν. Aristoph.

Dicebãtur, qui robur & masculũ animũ præ se ferebãt. Suidas refert hoc carmen ex Aristophane: Præbebo me ipsum

ipsum animo uirilem, ac tuentem origanum. Sumptum ab acrimonia herbæ, ut respondeat illis alibi dictis: Tueri sinapi aut nasturtium.

Titanicus aspectus. Τιτανῶδες βλέπειν.

Id est, Titanicum tueri. Hoc est, uultu tiranico obtueri. Titanicum autem toruum uocant ac terticum.

Areopagita.

De tristi seueroq; dicebatur, aut etiam de iudice uehementer incorrupto.

Mortem tueri. *De torno aspectu.*

Τοργὸν βλέπειν.

Est aliquoties apud Lucianū, pro acribus oculis intueri.

TOTVM VT NIHIL RELIQVI.

Omnia chnaumata. πάντα χναύματα.

Zenodot. Dicebant olim, quoties omne negocium significabant. Χναύματα enim Græci placentarum, atque id genus cibarum fragmina uocant. Latini quoque reliquias belli, & reliquias Danaum dicunt simili figura.

Cum puluisculo.

Plautus. Quoties omnia sic tolluntur, ut nihil fiat reliqui, ne puluis quidem. Metaphora mutuò sumpta ab iis qui frumentum ab area conuerrunt, non sine puluere. Plautus in Ruden. Conuerret hic iam me totum cum puluisculo. Eodem pertinet Euangelicum illud, quo iubētur etiam puluerem excutere Apostoli, id est, ne minimum quidem ab eis auferre secum.

Vnà cum ipsis manipulis.

Suidas. Αὐταῖς ἁμάλαις.

Cum ipsis manipulis. Quum omnia funditus pereunt, hoc est, quum ne gluma quidem sit reliquum.

Vna cum templis & aris.

Plutarch. Inuocantes deos, addebant hæc uerba ceu solennia, σὺν ναοῖς καὶ βωμοῖς, id est, Vnà cum phanis & aris. Prouerbio dici solitum, quum nihil omnino prætermissum

sum uolebant.

Ruta cæsa. Vlpianus.

Verba sunt peculiaria Iureconsultis. Abundè patet ex Pandectarum lib. 19. Lege 18. Si ruta, inquit Vlpianus, cæsa excipiantur in uenditione, ea placuit esse ruta, quæ eruta sunt ut harena & similia: cæsa ea esse, ut arbores cæsas, & carbones, & his similia. Ergo quum significabimus inclementius tolli omnia, neq; quicquam fieri reliqui uenustè dicemus. Ne rutis quidem ac cæsis receptis, ut Iureconsultorum more loquar.

Cum ramento.

Cum ramento reddidisse dicitur, qui totum reddidit nulla ex parte decurtatum. Sumptum apparet à fabris ærarijs, qui sibi seruāt, quod lima deraserint:

Et prædæm & præmium.

Quoties significamus omnino quippiam auferendum, siue iure siue iniuria, dicemus & præmium & prædam auferēdam. Præmium datur pro meritis. Præda per uim aut arte abducitur.

Principium, medium, & finis. Plato.

Plato refert hoc quasi uulgò decantatum, Deum uniuersitatem rerum omnium complecti, hoc est, principium, medium, & finem. Ab illo enim omnium quæ sunt, initium, incrementum, & summa.

TVMVLTVS.

Tyria maria. Fest. Põp.

Tyria maria prouerbio dicebatur, de re magnopere tumultuosa periculiq; plena. Festus Pompeius inde natũ adagium indicat: Pœni Tyro oriundi, adeò potentes maris fuerunt, ut per hos omnibus mortalibus nauigatio esset periculosa. Citatq; Afranium, qui scripsit de quopiam quòd Tyria maria concitet, hoc est, ingentes turbas.

VANITAS.

Quæ apud inferos. τὰ ἐν ᾅδου.

Id est, Ea quæ apud inferos. Citat Suidæ interpres Ari-

ſtarchum autorem, idq; inde natum putat, quòd Cratinus fixerit quendam apud inferos funem torquentem, aſinum autem arrodentem ea quæ ille iam torſiſſet, atq; ita inaniter laborare, qui torquebat. Vnde quum inania ſomnijſq; ſimilia ſignificamus, aptè dicemus adagium, & cætera.

Ariſtoph. *Deinde expergiſcebar.* Εἶτα ἀξυπνόμην.

Id eſt, Deinde expergiſcebar. Hoc dicto ſignificabant uana fuiſſe quæ dicerẽtur. Hic iocus prouerbialis etiam hodiernis temporibus familiaris eſt uulgo, quoties quę memorantur, uana ſomnijſq; ſimillima uidentur.

Dionyſi. *Cilix haud facilè uerum dicit.*

Κίλιξ οὐ ῥᾳδίως ἀληθεύει. Id eſt,

Cilix haud facilè uerum dicit. Dionyſius in epiſtola ad Rufum ſcholaſticum: Vetus uerbum eſt, Cilices haud facilè uerum dicere. Quadrabit in hominem auidũ lucri, & ob id ſæpenumero dicentẽ, non quæ uera ſint, ſed quæ utilia. Natum adagium à moribus eius gentis, quo nomine nunc uulgò notant Vltratraiectinos.

Cretiza cum Cretenſi.

Aduerſus mendacem mendacijs utere. Paulus:

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσαι, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργοί.

Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, uentres pigri.

Ariſtotel. *Mentiuntur multa cantores.*

πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί.

In eos quadrabit, qui ad gratiam loquuntur, & auribus blandiuntur. Inde ductum, quòd cãtores hoc modo ſpectantes ut delectent ac placeãt, pleraq; canũt in laudem auditorum falſa. Nihil enim ueritate grauius, nihil adſentatione ſuauius.

Martialis. *Fumos uendere.*

Pro eo quod eſt principũ beneuolentiã, ſimulato commendationis officio, per occaſionem familiaritatis precio uẽdere. Nã fumus initio quidẽ magnũ quiddã eſſe uidetur, uerùm euaneſcit illico. Martialis carmen hoc eſt:

Ven-

Vendere nec uanos circum palatia fumos,
Pandere nec Cano, plaudere nec Glaphyro.

Somnium.

Rem futilem, inanem, & nihili, somnium prouerbio dicimus. Terentius in Adelp. De argento somnium. Lucianus: Omnia illa, sub uentanea somnia ficut aiunt, & uerborum umbræ. Plautus: Hic uigilans somniat. Terētius.

Ne si bos quidem uocem ædat.

Hinc dictum est, quod in annalibus frequenter commemoratur bos humanam uocem reddidisse. Memini legere, ni fallor, apud Platonem nō dissimili figura dictum. Etiam si quercus eloqueretur. Nam olim è quercub⁹ Dodonæis reddebantur oracula.

Hiberæ Næniæ. Hierony.

Hiberas nænias D. Hieronymus nugas appellat, in præfatione, quam præposuit Mosi pentateucho: Quod multi ignorantes, inquit, apocryphorum deliramēta sectantur, hiberas nænias libris authenticis præferunt.

Epiphyllides. Aristoph.

Ἐπιφύλλιδες ταῦτ' ὄζι ἠχὶ σωμύλματα.

Id est, Epiphyllides sunt hæc & ampullæ meræ. Eum senariū Aristophanicū aiunt conuenire in blandiloquos, & phaleris uerborum instructos magis, quàm egregijs factis. Caliſtratus omnes minutulos racemulos epiphyllidas appellari scribit, quòd sub pampinis lateant. Nam hinc nomē, quòd foliꝭ adhæreant. Est autem id luxuriantis arboris argumentum.

Tantali horti. Τανταλικοὶ κῆποι.

Id est, Tantali horti. De bonis, quibus tamen frui non liceat: aut de ijs quę uideantur aliquid esse, quū nihil sint. Nota est fabula de Tātalo, apud inferos ad aquam stante, deꝯ pomis in capite imminentibus, quum sitiens interim atq; esuriens, neutra possit contingere.

Apologus Alcinoi. Ἀπόλογος Ἀλκινόου. Diogen.

Id est, Apologus Alcinoi. De longis & anilibus fa-

bulamentis. Refertur à Diogeniano.

Plato. *Anicularum deliramenta.* Γραῶν ὕθλους.

Id est, Anicularum deliramenta. De nugis inanibus, cuiusmodi solent effutire uetulæ.

Suidas. *Asini mortes.* Ονου θανάτου.

Subaudiendum narrat. Dicebatur in eos, qui narrarent absurda ridiculaq; dictu: cuiusmodi fuerit, si quis lõga narratione persequatur asini pericula.

Subuentanea parit. Υπνεμιατίκτα.

De uanis ac friuolis inuẽtis. Translatum ab auibus, quæ Veneris imaginatione concipiunt oua, sed inania, hoc est, unde non gignantur fœtus. Hos conceptus potissimum accidere in his auibus, cuiusmodi sunt perdix, gallina, demonstrat Aristoteles.

Plinius. *Cypariti fructus.* Κυπαρίττου καρπός.

De uerbis dictu magnificis, cæterum inutilibus. Prouerbium fluxit à natura arboris, quam Plinius lib. 10. scribit natu morosam esse, fructu superuacaneã, baccis torua, foliis amaram, odore uiolentam, ac ne umbra quidem gratiosam.

Cæcum insomnium. Τυφλὸν ὄνειρον.

De re friuola uana. Quædam enim insomnia portendunt aliqua, quædam inania sunt.

Plautus. *Calidum mendacium.*

Calidum facinus, Θερμὸν ἔργον, pro audaci dicitur. Simili figura calidum mendacium, pro audaci & impudenti. Plautus in Mustellaria: Calidum hercle audiui esse optimum mendacium.

Pſydracia.

Scholiastes Theocriti narrat, apud Siculos, qui supra nares haberent pustulas, quas illi uocant ψυδράκια, siue ἰοὺς βους pro mẽdacibus haberi solitos uulgò. Quin & hodie uulgò dicunt: Nasus tuus arguit mihi te mentiri.

Plutarch. *Dosones.*

Plu-

Plutarchus in uita Pauli Aemilij tradit Antigonum regem Demetrij nepotem, eò quòd benignè promitteret omnibus, nec præstaret promissa, populari ioco dictum fuisse Dosonem, quasi Latinè dicas dabonem, quòd ille quiduis petentibus respondere soleat, Δώσω, id est, dabo. Ouidius: Promittas facito, quid enim promittere lædit? Promissis diues quilibet esse potest.

VENEFICIA.

Manci pera.

Narrant locum fuisse uicinum Hymetto, cui nomen fuerit κυλλὸς πήρα, id est, Claudi mantica, in eo fuisse templũ simulq; fontẽ: unde fœminæ steriles bibebant, & fiebãt fœcundæ. Conueniet in eos, qui bulbis alijs'ue medicamentis irritant libidinem. Quidam elleboro succurrunt ingenio, & quibusdam medicaminibus memoriæ.

VICES OFFICII.

Ἐγκεῶτις ἡμέρα. Plutarch.

Plutarchus tradit hoc dici solitum de his, qui conuium agunt aut exhibent: idq; inde manasse, quòd olim apud Ceos mos fuerit, ut qui magistratum inirent, epulum exhiberent populo. Quòd si quando plures fuissent magistratus, dies inter se distribuebant. Itaq; quum sibi occurrerent, rogabant: τίς ἡμέρα, id est, Quis dies? Ea uox in uulgi iocum cessit.

Ordinem deserere. Ἀφιεῖν τὴν τάξιν.

Ordinẽ deserere dicitur, qui deest officio suo in re qua piam peragẽda. Ducta allegoria ab his, qui stant in acie.

Pensum persoluere. Plautus.

Est tuas implere partes, debitoq; perfungi officio. Trãslatum à lanificio muliebri, in quo singulis certum lanæ põdus, in opus distribuebatur. Varro: Nos nostrum pensum absoluimus.

Contribulis factus serua ordinem.

Posteaquam ascitus es in ordinem aliquem, fungere tuo officio, quemadmodum & cæteri faciunt.

VICTORIA VTRIVSQVE TRISTIS.

Flet uictor, uictus interijt.

Quoties utraque pars magno suo malo discedit, ita ut plerunq; solet in bellis accidere. Item in litibus forensibus, in contentionibus.

Aristoph.

Testa collisa testæ.

Quum duo confligantur utriusq; malo. Aristopha.

Καὶ πίθῳ πλησιάσ' ὀργὴς ἀντιλάκτισεν πίθῳ.

Id est, Ac recalcitrans per iram testa testam uulnerat: Talis est ferè conflictatio regum inter se belligerantium, qualis ollæ cũ olla collisio. Nonnunquam perit uterq;.

Homerus.

Victoria non ineruenta.

Facit hoc tum corruptela iudicum, tum patronorum rapacitas, ut ferè litigantium utraque partes plectantur, adeò ut non raro pœniteat etiam eum, qui uicit litem. In hos igitur conueniet illud Homeri ex Iliad P.

Οὔ σ' ὀΐ γὲρ ἀναιμωτὶ γ' ἐμάχοντο.

Nec hi sanè sanguine pugnam Miscebant.

VINCERE ET VINCI.

Palmam ferre.

Palmam ferre, & palmã tribuere, & palmam præripere, prouerbiali schemate dictę sunt. Neque enim palma per se uictoriam significat, sed arborem ἐμπεδόφυλλον, id est, perpetuò uirentem frondibus, quã Græci φοίνικα uocãt. Sunt qui putent hanc arborem initio Phœbo sacram fuisse ante laurum, & antiquissimum uictoris insigne fuisse palmam, non aliam quampiam arborem.

Solus currens uicit. Μόνος θέων ἐκράτησ.

De ijs qui uincunt, nemine contrà certante. Translatum à stadijs. Nihil autem est negocij uincere, si nemo tecum certet.

Horatius

Extremum occupet scabies.

Olim pueri certantes clamare solebant: Occupet extremũ scabies, adhortãtes hac uoce singulos ad cursum, ac malè precantes ei, qui fuerit omnium postremus. Horat.

Occupet extremum scabies, mihi turpe relinqui est.

In uul-

Inuulerabilis es, ut Cæneus.

Ἄρρωτος ὑπάρχεις ὡς Καινεύς.

De his qui lædi non possunt. Est in poëtarum fabulis: Cæneum munere Neptuni nullo telo uiolari potuisse.

Αὐτόθεμ κατάβαλλε. Aristides.

Id est, Hoc ipso depone loco. Aristides in Perich. Iam de loquacibus ô Plato, ignauis ac timidis protinus depone, ne fortè aliquis Deus alius Troianos erigat. Vsus erit, quoties statim & absq; mora iubemus aliquid exhiberi, uelutì probationem eius quod dixerit aliquis, uel promissum, uel specimen artis, in qua glorietur sese pollere. Vsurpatur & apud Platonem.

Dare manus. Cicero.

Est se uictum agnoscere. Marcus Tullius: Ad extremum det manus, uincíq; se patiatur.

Herbam dare. Fest. Pōp.

Est uictorem agnoscere, ac se uictum fateri: Inde sumptum, quòd (ut autor est Festus Pompeius) id erat pastoralis uitę indiciū, propterea quòd antiquitus cursu, aut alio quopiam certamine superati, herbam ex eodem statim loco decerptam aduersario porrigebant uictoriæ agnitæ symbolum.

Harena cedere.

Pro desistere à certamine, & uictoriam ultrò concedere. Translatum à pugna gladiatoria. Sic & Horatius:

Iam Scythæ lasso meditantur arcu
Cedere campis.

Hastam abijcere. Cicero.

Est causæ diffidere, & contētionem relinquere. Translatum à malitia.

Mea est pila.

Id est, Vici, & uoti sum cōpos, aut res mihi in manu est. Consimili figura dixit Plautus in Cassina: Sed si hera nunc uult facere officium suum, nostra omnis lis est, id est, uicimus.

Quid nisi uictis dolor?

Vsurpandum, ubi palàm sit in contumeliam quippiam. Huc alludisse uidetur Plautinus Bullio. Væ uictis, quum uictus uel iniquis conditionibus parêre cogitur.

Plutarch. *Victi non audent hiscere.*

Νικῶμενοι ἄνδρες τῇ ἀγχυρίᾳ δέδενται.

Id est, Qui uincuntur, silẽtio uincti sunt. Conuenit cum superiori.

Tolle digitum. Αἶρε δάκτυλον.

Victum te fatere. Nam hoc signo qui in conflictu succubuisset: τὴν ἧτταν agnoscebat. Persius:

Nil tibi concessit ratio? digitum exere, peccas.

Hieronymus: En tollo manum, cedo, uicisti.

VINCVLVM INSOLVBILE.

Suidas. *Vulcanium uinculum.* Ἡφαίστου δεσμός.

Vbi quis nodis inextricabilib⁹ esset illigatus, Vulcaniis uinculis teneri dicebatur, sumpta denominatiõe ab adamantinis illis uinculis, quibus apud Homerũ Vulcanus Venerem & Martem irretiuit: ut quò magis se conarentur explicare, hoc magis inuoluerentur. Herculanus nodus, pro uinculo arctissimo atq; indissolubili.

Seneca. *Herculanus nodus.*

Ἡράκλειον ἄμμα, id est, Herculeus nodus, pro uinculo arctissimo atq; indissolubili legitur apud eruditos. Seneca ad Lucilium: Vnus tibi nodus, sed Herculeus, restat. Sic enim uocat syllogismum, qui uix dissolui possit. Quod in eos quadrabit, qui sunt arctissima consuetudine copulati, &c.

VIS INIVSTA.

Leonis catulum ne alas.

Λέοντος σκύμνον μὴ τρέφε.

Admonet adagium non esse fouendam potẽtiam, quæ leges possit opprimere, quòd si fortè talis quispiam extiterit, non esse è Republica decertare cum illo, quem ne-

queas

queas nisi magno Reipublicæ malo deuincere. Tyrannus aut ferendus est, aut non recipiendus.

Lex in manibus. Ἐν χερσῶν νόμῳ.

Id est, Lege manuum. Dicitur, quum res ui geritur, non ex præscripto legum.

Leonina societas. Aesopus.

Est, quum omne commodum ad unum aliquẽ redit, reliquis ui fraudatis. Natũ apparet ex Aesopi Græci Apologo, de leone, asino & uulpe.

Atticus aduena. Ἀτθικὸς παροικος. Aristotel.

In uiolentos & feroces uicinos dicebatur. Durys apud Zenodotum ait ex Atticorum moribus natum quod olim finitimos è sedibus suis exigere consueuerint. Perinde propriè quadrabit in eos, qui ita nuper in munus aliquod asciti sunt, ut superiores eiiciant.

Ferro diuidere.

In hos, qui ui rem gerunt, & quibus ferro geritur res, & quibus leges inter arma silẽt. Huic simile est: Ius in manu reponere.

Ad saga ire.

Pro eo quod est, apperare bellum, & ad arma procurrere. Sagum tunicula erat militaris.

Capillis trahere. θὴν τριχῶν ἕλκειν. Aesch.

Dicuntur, qui ui perpellũt. Quod & hodie dicitur, Auribus trahere.

Cyclopum more. Aristotel.

Aristoteles Cyclopicã uitam appellat, ubi nullis publicis legibus uiuitur.

Obtorto collo trahi.

Vide, Rigor.

Oculum excludere. Plautus.

Hac figura uulgus admodum omnem spem petẽti, ut dicat: Si hoc impetraris, oculum mihi excludito, aut dentem extundito.

Aristoph. *Centauricè.* Κενταυρικῶς.

Centauricè fieri dicebatur, quod immaniter, ferociter, inciuilitérue fieret, sumpta uoce è Centaurorum moribus.

Aristophanes:

Τὸ τὴν θύραν ἐπάταξεν ὡς Κενταυρικῶς;

Quis ostium pulsauit ita Centauricè?

Suidas. *Mars rex.* Ἀρὴς τύραννος.

In principem, qui ui, non legibus Rempub. tractat.

Diogeni. *Rus ciuitas.* Ἀγρὸς ἡ πόλις.

Vbi quis in urbe neglectis legibus, ui, proꝯ sua libidine rem gerit. In ciuitatibus enim legibus ex æquo uiuitur, in agris licentius agitur.

Hospes indigenam. Ἐπήλυς τὸν ἔνοικον.

Id est, Aduena inquilinum, subaudiẽdum ἐξέβαλεν, id est, eiecit. Vsus erit, quum alienæ professionis quispiam alium in propria uincit arte.

Ἀγεωμέτρητος οὐδεὶς εἰσίτω.

Admonet iniquum non admittendum. Vnde Lycurgus Arithmeticen ceu popularem ac turbulẽtam eiecit è Lacedæmone, Geometriam induxit, tanquam modestę oligarchiæ, & legitimo regno conuenientem.

Aristoph. *Priusquam fortiaris, communia deuora.*

Πρὶν λαχεῖν τὰ κοινὰ κατεδίετε.

Id est, Priusquam sortitio facta sit, communia deuorat. In eum competit, qui non expectata partitione rem inuadit.

Non mouenda moues. Ἀκίνητα κινεῖς.

Quadrabit aut in eo, qui molitur ἀδύνατον aliquid, aut qui res sacras uiolant, aut qui pacta mutant, siue qui contuicijs incessunt eos, quibus ob autoritatem debetur reuerentia.

Plutarch. *In antrum haud legitimum stimulum impingis.*

Εἰς τρυμαλιὰν οὐχ ὁσίλλῳ τ' κέντρον ὤθεις.

Id est,

Id est, In foramen haud licitum stimulum trudis. Dicterium Sotadis in Philadelphum, qui sororem Arsinoën exemplo Iouis uxorem duxerat, quo quidē dicto offensus ille, capitis supplicium sumpsit.

Abstinenda uis à regibus. Homerus.

Qui dicet haud temerè manum immittendam in reges potentes, aut uiros Deo dicatos, adducet illud Homeri:

Δεινὸν δὲ γίνε βασιλήϊον ἰσιν Κτεινέμεν. Id est, Res dura ac plena pericli est, Regale occidisse genus.

Cescon habitas. Κέσκον οἰκεῖς. Zenodot.

In stupidum & bardum dicebatur. Cescos Pamphiliæ ciuitas, cuius ciues ob uecordiam stulticiamq; uulgò malè audiebant. Iuxta Cescum urbem fluuius erat, cui nomē ἄνυς, id est, amens.

Cyclopica uita. Βίος Κυκλωπικός. Strabo.

Pro uita uehementer effera ac barbara, quæ neque legibus, neque disciplina ciuili constet, neque religione deorum gubernetur.

Cyrnia terra. Κυρνία γῆ.

Id est, Cyrnia tellus. Dicebatur regio latrocinijs infamis, cuiusmodi ferunt olim fuisse Cyrnum. Est autem Cyrnus insula quædam ob latrocinia nauigantibus inaccessa. Prouerbium non ineptè detorquebitur in hominem alieni rapacem ac uiolentum.

Martis campus. Ἄρεος πεδίον. Suidas.

In eos torquebatur, qui militari confidentia præditi uiderentur, quiq; rem ui, non iudicio gererent.

In caput præcipitari. Επὶ κεφαλὴν ὠθεῖσθαι. Lucianus.

Id est, In caput impelli, hoc est, præcipitem dari, dicebāt eum, qui per summam contumeliam expelleretur, uel qui funditus perderetur.

VITA HOMINIS MISERA ET BREVIS.

Homo bulla. Πομφόλυξ ὁ ἄνθρωπος.

Prouerbium hoc admonet, humana uita nihil esse fragilius, nihil fugacius, nihil inanius. Est cū bulla tumor ille in-

le inanis qui uiſitur in aquis, momento temporis enaſcens ſimul & euaneſcens.

Spithama uitæ. Σπιθαμὴ τοῦ βίου.

Diogeni. Hoc eſt, Modus uitæ per puſillus. Prouerbialis eſt figura mutuò ſumpta à rerum menſoribus, apud quos ſpithama ſeu palmus, digitos duodecim cõtinet, quantum fermè lõgiſſimo digitorum porrectu complecti licet. Quin hodie quoq; puſillum homunculum, palmum hominis appellant idiotæ noſtrates.

Plutarch. *Punctum temporis.* Στιγμὴ χρόνου.

Simili figura dixit Terẽtius: Tum temporis ad hoc punctum mihi eſt, id eſt, ſpacium breuiſſimum. Apud Mathematicos enim punctum, indiuiſibilis quædam pars eſt lineæ. Plutarchus de puerorum inſtitutione, Στιγμὴ χρόνου πᾶς ἐστὶν ὁ βίος. Temporis punctum eſt omnis uita.

Plautus. *Salillum animæ.*

Philto Plautinus hominem uocat *Salillum* animæ, ſentiens hominis breuiſſimam eſſe uitam, uidelicet quantulum ſalis cuiq; in conuiuio apponitur.

Vt herba ſolſtitialis.

Idem. Plautus in Pſeud. Quaſi ſolſtitialis herba pauliſper fui, repentè exortus ſum, repẽtino occidi. De herba ephemero intellige, ſic dicta, q̃ ultra diẽ non uiuat. Id quod Ariſtoteles de animante eiuſdem nominis prædicat.

Cicero. *Optimum non naſci.*

Plinius Secundus in præfatione 7. lib. Itaque multi exiſtere, qui non naſci optimum cenſerent, aut quàm ocyſſimè aboleri. Senſerũt ueteres uitã humanam perſe miſeram & calamitoſam eſſe. Proinde Homerus θνητοὺς βροτοὺς, id eſt, miſeros mortales appellat.

Plutarch. *Dimidio uitæ nihil differunt felices ab infelibus.*

Plutarchus: Quum exiguum tempus uitæ datum ſit hominibus, ſomnus uelut fœnerator dimidiũ eius auferet. Præterea felicitas, iuxta philoſophos, ſita eſt in actu rationis per habitum uirtutis: ſomnus autem eſt quies animi,

mi, bonis pariter ac malis communis.

Fictilis homo. Κεραμικὸς ἄνθρωπος.

Id est, Mollis, imbecillis, fragilis. Ductum à uasis testaceis, quæ facilè comminuuntur.

Stupa seniculum. Στυππεῖον γεράνιον.

De uiribus efforto sene. Sumptum à ligno quod iam exaruit, exuccumq; redditum est, & marcidum in stipulæ morem.

Vita mortalium breuis. Homerus.

Qui monebit dandam operam, ut apud posteros honestæ uitæ memoriam relinquamus, quæ perpetuò uiuat, nam hanc uitam anguſtis circunſcriptam esse terminis, accommodabit illud:

Ἀνθρωποι δὲ μινυνθάδιοι τελέθουσι.

Aſt hominis breuibus ſpaciis conſtringitur æuum.

Vita hominis peregrinatio.

Παροικία ἐστὶν ὁ βίος. Plato.

Id est, Peregrinatio quædam in uita. Socrates in Axiocho Platonis adfert hanc ſententiã ut uulgò apud omnes decantatam. Hæc ſententia frequenter occurrit in ſacris uoluminibus, uitam hanc esse exilium, esse incolatũ & peregrinationem, &c.

Ephemeri uita. Ἐφημέρου ζωή.

De iis, qui ſtatim emoriuntur aut pereunt. Ab animãtibus quæ ſic appellantur, q ultra diem non uiuant.

VLTIO MALEFACTI.

Canis uindictam. Κυνὸς λύκην. Aul. Gell.

In eos, qui præter expectationem pœnas dant iis, quos aliquando læſerunt. Natum ab Euripide canibus diſcerpto, quos ab æmulo quopiam immiſſos fuiſſe, confirmat Aulus Gellius. Canis uindictam, ſubaudiendum, paſſus eſt, aut aliud commodius.

Ornatus ex tuis uirtutibus. Terẽtius.

Terentius in Adelphis ironicè loquitur: Si regnum poſſide-

siderem, ornatus esses ex tuis uirtutibus. Id est, haberes præmia tuis factis digna.

Reperit Deus nocentem.

Εὗρε Θεὸς τὸν ἀλιτρόμ.

Quũ ultio contingit improbis, quasi diuinitus immissa.

Serò Iupiter diphtheram inspexit.

Ο Ζεὺς κατεῖδε χρόνιος εἰς τὰς διφθέρας,

Id est, inspexit, & si serò, pellem Iuppiter. Senarius prouerbialis in eos, qui serò quidem, sed aliquando tamen pro malefactis dant pœnas. Antiquitas enim credidit Iouem omnia in sua diphthera, hoc est, pelle caprina scribere, ac multa quidem pro tempore dissimulare, uerùm aliquando de improbis pœnas sumere.

Semper uirgines furiæ.

Sophocl. Αεὶ παρθένοι ἐρινύες.

Prouerbium obscurius deterret à peccado. Erinnes malefactorum ultrices corrumpi non queunt, quod minus pœnas sumant de ijs, qui commeruerunt, atq; hac gratia dictæ uirgines.

Mali bibunt improbitatis fecem.

Dici solitum, ubi pœna maleficis digna meritis contigisset. Quemadmodum uoluptatem ex malefactis percepta dolor supplicij consequitur.

Sus acina dependens.

Αποτίσεις χοῖρε γίγαρτα.

Id est, Acinos sus improba pendes. Lues quod amisisti, reddes quod abstulisti, non sine fœnore. Quadrabit ubi pusillum commodi magno dependitur malo. Natum apparet à rustico quopiam, qui uerbis hisce comminatus sit sui pascenti racemos.

Placiadæ. πλάκιαδαι ἢ Στέλλαιον.

Plutarch. Id est, Placiadæ, etiam Stelæum, Plutarchus ostendit dici consueuisse de deprehensis adulteris, & contumelio-

fis, fe-

fis, sicut merentur, tractatis. Vicus est quidam Atticæ regionis, cuius incolæ Placiadæ uocantur, apud hos moris erat, ut qui fuisset in adulterio deprehensus, ignominiosas pœnas daret, impactis in pudendã corporis partem raphanis, qui apud illos miræ magnitudinis esse dicuntur. Quod si raphani fortè non fuissent ad manum, Stelæo utebantur, id est, ligonis ligno.

Hipparchorum tabula.

Ἱππάρχων πίναξ. Zenodot.

Dici conueniet, quoties haud impunè significabimus, si quid peccetur, A Syracusanis natum adagium. Apud hos enim mos erat, ut Hipparchi, hoc est, equitum præfecti in tabulis describerent militum nomina, qui ordinem deseruissent.

Habet. Terẽtius.

Quum obtigit alicui quod experiuit, aut quo dignꝰ est, Habet quod amet: similes habent labra luctucas. Sumptum autumant ab aucupantibus, piscantibus, &c.

Longæ regum manus.

Quod ab Ouidio scriptum est: An nescis longas regibus esse manus? Nimirum quod per suos, quibus brachiorũ uice utuntur, possunt etiam procul dissitos affligere. Potest & ad tempus referri, quòd reges etiam si diutius dissimulent, soleant tamen aliquando pœnam sumere de ijs, quibus infensi fuerint. Ouidius.

Scarabeus aquilam quærit.

Κάνθαρος ἀετὸν μαίεται.

Quum imbecillior atq; impotentior mali quippiam molitur, struitq; insidias inimico lõgè potẽtiori. Est & altera lectio: Scarabeus aquilæ obstetricatur. Sensus fermè idẽ est. Super hac re fertur apologus apud Græcos non inelegans, quem Lucianus indicat Aesopicum esse, &c.

Promeri canes. Προμέρου κύνες. Diogen.

Dici solitũ ubi quis nouo casu pœnas daret ijs, quos aliquando læsisset. Promerus regius quidam minister fuit.

Is Eu-

Is Euripidem tragicum poëtam supra modum exosum habebat, delatus ab eodem aliquando, nescio quo nomine, apud regem. Quare postea canes quosdam feros in poëtam soluit, à quibus ille deuoratus, interijt.

Zenodot. *Cissamis Cous.* Κίσσαμις Κῶος.

Hunc aiunt pecuarijs gregibus supra modum diuitem fuisse. Verùm anguillam quotannis apparere solitam, quæ pulcherrimam omnium pecudem raperet. Ea quum in somnis apparens hominem cõmouisset ut sepeliret se se, & ille negligeret, euenit ut tum ipse, tum uniuersum illius genus radicitus interiret. Et hoc prouerbiũ Delium aliquem natatorem requirit.

Improbi consilium in extremũ incidit malum.

Ἀπήντησε κακὸν βουλὴ πρὸς ὑπέρτατον τέλος.

In eum, qui posteaquam diu peccauit impunè, tãdem in calamitatem incidit, ut pœnas omnium scelerum dependat.

Plato. *Ibyci grues.* Αἱ Ἰβύκου γέρανοι.

Id est, Ibyci grues. Quod dici consueuit, quoties sceleribus nouo quodam & improuiso casu proditis, scelerũ pœnas dant ijs, quos læserunt. Sumptum à gruibus mulcantibus Iatrones, qui Ibycum poëtam occiderant.

Plutarch. *Dij laneos habent pedes.*

Plutarchus in Problematis scribit Tyrijs fuisse morem, ut deorum statuis uincula inijcerẽt. Aenigma prouerbij indicat, Deos ad scelerum ultionem lentè quidem procedere, sed tamen aliquando de malefactis pœnam sumere uel inopinato.

Diogen. *Oetæus genius.* Οἰταῖος δαίμων.

Id est, Oetæus genius. Diogenianus ait hũc ferociam & arrogantiam non sinere inultam. Est autem Oeta mons finitimus Thrachini, atque eodem nomine ciuitas Melienſium.

Aderit Temessæus genius.

Strabo. Strabo libro 6. refert Temessam ab Lao primam urbem esse

esse Brutiæ, quam ab Ausonijs conditam Thoantis comites Aetoli, deinde tenuerint, atq; his expulsis Brutij, demum Hannibal & Romani funditus euerterint. Iuxta hanc sacellum fuisse oleastris circumseptum, Polytę cuidam ex Vlyssis comitibus sacrum. Hunc, quòd esset à Barbaris uiolatus, graues iras in eos exercuisse, adeò ut in prouerbium abierit, dicerentq; Cauēdum ne Temesseus genius immineret.

Adrastia Nemesis, Rhamnusia Nemesis. Zenodot.

Ἀδράστεια Νέμεσις.

Subaudiendum, adest, aut aderit, aut eiusmodi quippiā. Licebit uti uel in eos, quibus ob insolentiam, arrogantiamq; fortunę commutationem minamur, uel qui à rebus florētissimis, ad calamitosam fortunā redacti sunt. Hanc quidam Nemesim Deam esse putant: insolentię & arrogantiæ uindicem, quæq; spes immoderatas & uetet, & puniat. Strabo tradit Adrastiam dictam ab Adrasto rege, qui primus huic templum constituerit.

Ad deorū aures peruenit. Εἰς θεῶν ἔτα ἦλθεν.

Vbi facinus aliquod clāculum patratum, rescisciturab ijs, qui possunt uel remunerare rectè factū, uel punire secus admissum. Idem: Ad nostras aures peruenit.

Bos lassus fortius figit pedem. Hierony.

A ueteri trituræ more ductū apparet, quum circumactis à bubus super manipulos plaustris grana excutiebantur, partim à rotis in hoc armatis, partim à taurorum ungulis. Potest alludi uideri ad hoc, quòd iuuenes corporis agilitate prępollent. Senes in Stataria pugna ac uiribus superiores sunt.

Euenit malo malè. Homerus.

Quum scelerato cuipiam euenit, quod omnes imprecabantur & optabant, usurpabitur illud Homeri:

Θεοὶ δ' ἐτέλεσσαν ἀπαράς.

Explerunt inimica precamina diui.

Mala malis eueniunt. Euripides

Scitum est illud Socratis, ut se quisq; præstaret re, qualis haberi cuperet.

Salis onus unde uenerat, illuc abijt.

In eos, qui parta tueri nequeũt: Aut in eos, quibus malè parta, malè dispereũt. Natũ adagiũ ab eventu. Negociator quidam nauem onustam sale uehebat, nautis dormitantibus, influxu aquæ marinæ sentina uehementer adaucta, & salem uniuersum soluit ac corrupit, & nauem ipsam demersit. Itaq; quod ex aqua marina natũ fuerat, nã hinc concrescit sal, in eandẽ denuo liquefactum est.

Habet & muſca ſplenem.

Ἔχει καὶ ἡ μυῖα σπλῆνα.

Similimum illi: Et pueri nasum Rhinocerotis habent. Item illi: Inest & formicæ bilis.

Ductus per phratores canis.

Ἀγόμενος διὰ φρατόρων ὁ κύων.

Vbi quis inciderit in eos, quibus pœnas det. Canis enim apud hos protinus occiditur. Apud Athenienses populus in tribus erat distributus: uniuscuiusq; tribꝰ tertia pars φρατρία dicebatur, & huic præfectus φρατριάρχης. In commissis igitur si quis canis intercurrisset, continuò percutiebatur à populo.

Inuitus Iuppiter nouit. Ἀκων μὲν οὐ Ζεὺς οἶδε.

Id est, Inuitus quidem Iupiter nouit. Vbi quis pollicetur quippiam, sed inuitus. Mihi uidetur rectè quadrare, ubi serius pœnas dant nocentes. Etenim qui serò dat aut punit, grauatim id facere uidetur.

In tergore bouis deſedit.

Lucianus. Ἐπὶ βύρσης ἐκαθίσετο.

Id est, In tergore bouis desedit, id est, supplex implorat auxilia. Natum adagium à consuetudine uernacula Scythis. Nam apud hos, si quis fortè læsus esset, nec; supperet ulciscendi facultas, immolato boue carnes minutim sectas coquebat, ipse in tergore humi strato sedebat, ma-

nibus

nibus in terguin redactis. Idq; maximũ supplicandi genus apud illos habebatur. Accedebat quicunq; uellet opitulari, & carnifi portiõe gustata, dextroq; pede tergo ri impositio, pollicebatur pro uiribus auxilio futurum. Atq; hoc fœdus apud Scythas sanctissimum habebatur.

Inest & formicæ & Serpho bilis.

Ενεστι καὶμ μύρμηκι καὶμ σέρφῳ χολή.

Idest, Formicæ ineft sua bilis & Serpho sua. Nullum est animal tam pusillum, neq; tam inualidum, quod lacessitum nõ cuprat ulcisci sese. Serphus minutulum animal est, non dissimile formicæ.

Stultus, qui patre cæso, liberis pepercit.

Νήπιος, ὅς πατέρα κτείνας, παῖδας καταλείπει.

Erit usus adagio, quoties admonebimus aut non prouocandos homines, aut ita conficiendos, ne in posterum reliquiæ nos exerceant.

Nunc dij beati. Νῦν θεοὶ μάκαρες.

Vox erat uelut adaugentis & adgratulantis, quoties nocentibus supplicũ meritis dignũ cõtigisset, perinde qua si dijs & iucundũ & honestũ sit, ut scelerati dent pœnas. Contrà probrosum, si uiris improbis res secundæ sint.

Super te hæc omnia Leparge.

Ανάσοι τάδε πάντα Λέπαργε.

Hemistichiũ heroicũ dici solitũ in eum, cui ne post laborem quidẽ exhaustum datur respirare. Transumptum à bubus quibus perfunctis iam agricolãdi labore, laboris etiã reliquus est, ut aratrum, reliquaq; instrumenta domum referant. Ea solẽt imponi, qui sit è duobus robustior. Taurum autẽ λέπαργον appellat, ob candorẽ pili.

Anus simia serò quidem.

Anus simia serò quidem capitur, sed tamen aliquando capitur. Vbi uersutus aliquis, qui diu eluserit, tandem dat pœnas.

Boliti *pœnam.* Βολίτου λίκλω.

Dicunt, ubi quis de re friuola, nihilq; plectitur. Bolitus autem Græcis significat stercus bubulum. Porrò Solon legem tulit, quæ pœnam minabatur etiam ijs, qui bubulum stercus furto sustulissent.

Diogen. *Vel capra mordeat nocentem.*

κἂν αἴξ δακὴ ἄνδρα πονηρόν

Id est, Mordebit uel capra nocentem. Nam capra minimè alioqui mordax est, nisi quòd improbis omnia sunt infesta.

Virum improbum uel mus mordeat.

κἂν μῦς δάκοι ἄνδρα πονηρόν.

Id est, Vel mus mordeat uirum improbum. Quo significatum est, quacunq; ratione uindictam nõ deesse malis, sed eos aliquo pacto meritas dare pœnas. Cõpetit & in eos, qui de re quantumuis friuola rixam mouent, seq; ipsos queruntur.

In me hæc cudetur faba.

Terẽtius. Terentius in Eunucho: At enim isthæc in me cudetur faba. Hoc est, in me malum hoc recidet: in me hæc uindicabitur culpa. Translatum à faba quæ cum siliquis exuitur ac batuitur, ac fustibus intertunditur, ita ut fit in areis more rusticorum.

Ob textoris erratum.

Ob textoris erratum Hypetes uapulauit, quum quod hic peccauit, alius dependit.

Aesopicus sanguis. Αἰσώπειον αἷμα.

Id est, Aesopicus sanguis. Delphi Aesopum quendam nihil commeritum interemerunt.

Auriculam mordicus.

Cicero. Quum impotentem inimicitiam significamus, impatientemq; uindictæ cupiditatem, dicimus: Vel auriculam illi lubens mordicus amputassem.

Homerus. *Qui prior læsit.* Επαγγέλλομαι,

Ανδρὶ παμμύνεσθαι ὅς μοι πρότερος κακὰ ἔρξῃ.

Id est,

Id est, Denuncio,
Vlturum me hominem quisquis prior irritarit.
Hoc uersu Homerus minitatur uindictam ei, qui prior lacesserit.

Sortem & usuram persoluere. Dionysi.

Dicuntur, qui serius quidem, sed grauius puniuntur, aut qui differunt uindictam, ut per occasionem lædant grauius. Nam prorogatione crescit usura.

Deus ulciscetur. Homerus.

Quum significabimus nobis in præsentia deesse facultatem depellendi, uerùm optare ut superi puniãt aliquando, usus fuerit illud Homeri:

Ἐγὼ μὲν Ζεὺς τιμήσομαι ἀλλ' ἴοντας,
Αἶψα μοῦνον ἐμοὶ Ζεὺς πάλιν τιτα ἔργα γενέσθω.
Ast equidem immortales implorauero diuos,
Si fors Iuppiter ipse uices aliquando reponat.

Flagitiorum turpis exitus.

Quum res perperam instituta, malè cedit, conueniet illud Homeri: Idem.

Οὐκ ἀρτᾶ κακὰ ἔργα.
Haud bene succedunt facta improba.

Malè parta, malè dilabuntur.

Plautus in Pœnulo: Malè partum, malè disperit. Festus Plautus. Pompeius ex Nævio citat.

Mala proditio. Κακὴ πρόδοσις. Diogen.

Vbi quis pactam mercedem non accipit, quum turpem præstiterit conditionem.

Malis ter mala. Τοῖς κακοῖς τρὶς κακά.

Hoc est, Digni digna eueniunt.

Miseram messem metere. Stobæus.

Est pro malefactis luere pœnas. Vt sementem feceris, ita & metes.

Canis sæuiens in lapidem.

In eos, qui mali sui causam imputant, non ipsi autori, sed alteri cuipiam.

Canis peccatum ſus dependit.

Τὸ κυνὸς κακὸν σῦς ἀπέτισεν. Id eſt, Canis malum ſus dependit. Quoties pro ijs, quæ peccauit alius, alius dat pœnas.

Fortis in alium fortiorem incidit.

Zenodo. Εσθλὸς ἐὼν ἄλλου κρείσσονι ἀντέτυχεν.

Dici ſolitum, ubi quis nimium fretus ſuis uiribus, alio quando naneiſcitur, à quo uincatur.

Ne ſpina quidem uulnerabit bonos.

Μὴ δ' ἄκανθα ἀμύξῃ τοὺς ἀγαθούς.

Nemo moleſtus fuerit innocẽti. Nam ſpina natura pungit quemlibet. Sed ubique tuta eſt innocentia, uiroq; integritas.

Si cuiq; mores fingunt fortunam.

Cornel. Nepos. E medio uulgò uidetur ſumpta ſententia. Nam plerunq; uidemus mala malis euenire, digna dignis, idq; uulgò dictitant. Malus malum reperit. Atteſtatur & uerificatur prouerbialis:

Εσθλῷ γὰρ ἀνδρὶ τ' ἐσθλὰ κοὐ δίδοι θεός.

Viro bono fortuna ſuppeditat bona.

Martial. *Fumantem naſum urſi ne tentaueris.*

Admonet non eſſe tentandos, qui poſſint nocere. Martialis: Rabido nec perditus ore,
Fumantem naſum uiui tentaueris urſi.

Vindicta tarda, ſed grauis.

Homerus. Vbi quis diu multa patrauit impunè, tandem in extremum malum adducitur, ſemelq; dependet ſuperiora ſcelera, congruet illud Homeri:

Νῦν δ' ἅνδρὸς τάντ' ἀποτίσει.

Nunc cuncta luet ſemel adglomerata.

Idem. *Vitandæ petentum offenſæ.*

Qui dicit formidãdas diuitum & principum offenſas.

Χαλεποὶ δεσπ' ἀνάκτων εἰσὶν ὁμοκλαί.

Sunt

Sunt formidandæ regum offensæq; minæq. Diogen.

Aratro iacularis. Ἀροτρῳ ἀκοντίζειν.

Aratro iaculari dicuntur, qui quippiam incircumspectè faciunt, haud prospicientes, quid sit in posterum euentu rum: Aut qui suo magno incommodo conantur alterum lædere. Quisquis enim iacto aratro petit alium, is quo morem gerat iræ, semet re necessaria priuat, cuius usum paulò post sit desideraturus. Translatū uideri potest à belli temporibus, quibus uomeres, marræ & sarcula, reliquaq; agricolationis arma in Martia diffinguntur arma.

Dulce bonum, quum abest custos. Plutarch.

Γλυκὺ ὂπωρα φύλακος ἐκλελοιπότος.

Id est, Custos ubi deest, dulce pomum est scilicet. Quum significamus impunitate malos ad peccandum prouocari. Aquæ furtiuæ dulciores sunt. Idem.

Serò molunt deorum molæ.

Dici solitum de his, qui licet serius, tamen aliquàndo pœnas dant malefactorum uindici Deo.

VOTVM.

Vtinam mihi contingant ea, quæ sunt inter Corinthum & Sicyonem.

Poterit per iocum torqueri in eum, qui quod assequi nõ potest, id uotis tamen quasi somniat. Id inde uenit in adagium, quòd urbs utraq; esset opulentissima, agriq; fertilissimi interiacerent.

Omne æs alienum cæpe, & multa allium.

Quum quis obstrictus multo ære alieno, optat ut paruo dependere possit quicquid debet.

Votum munificum. Εὐχὴ μεγαλόδωρος. Lucianus

Vbi quis animo spes regias cõcipit, iamq; uoto diues est.

Alia dantur, alia negantur.

Quoties è duabus naturę dotibus altera cõtingit, altera negata est, Veluti si cui formæ decus adsit, desit ingenij Homerus.

Ialus. Siue quum è duobus postulatis, alterum duntaxat impetratur, quadrauerit illud Homeri:

Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτερον δ' ἀνένευεν.

Annuit hoc illi diuûm pater, abnuit illud.

Theocri. *Canis panes somnians.* Καὶ γὼ ἐν ὕπνοις.

πᾶς κύων ἄρτους μαντεύεται, ἰχθὺς δὲ θαλάσσας.

Somnia cuncta canum panes, ego somnio piscem. Sensus est, unicuiq; ea per somnium occurrere, quæ impense desiderat.

Etiã dormiens somniat. Οὐδὲ πολὺς ὢν καθεύδων.

Somniat etiam dormiens. Quoties significant aliquem toto pectore rei cuipiam addictũ, deditumq;. Terentius:

Num ille somniat ea, quæ uigilans uoluit?

Diogeni. *Ne contra bouem opta.* Μὴ κατὰ βοὸς εὔχου.

Admonet adagium, non esse uitam instituendam iuxta uotum animi, neq; quidquis sperandũ à superis: sed ut ea duntaxat sibi quisq; promittat, quæ possit industria cõsequi. Ductum ab agricola, qui negligẽs adhibere boum operam in colendis agris, optat ut citra suum laborem proueniat seges.

Pythag. *Adoraturi sedeant.* καθῆσθαι προσκυνήσοντας.

Significat uota certa concipere oportere, & in his quæ sunt optima perseuerare. Quidam arbitrantur aliud sub esse sensum, quòd oporteat eos, qui sacris operantur non obiter ac uelut aliud agẽtes, hoc facere, sed uacuos ac totos rei diuinæ intentos.

Non quidquis continget, quod optaris.

Homerus. Qui negabit omnia cõtingere homini quę sperarit, animoq; conceperit, accommodabit illud homeri:

Ἦ τοι μὲν ὀνείροι ἀμήχανοι ἀκριτόμυθοι
γίγνονται, οὐδέ τι πάντα τελείεται ἀνθρώποισι.

Friuola scilicet existunt, & inania quædam Somnia, nec quodcunq; uides, sic euenit omne.

Theocrit. *Quæcunq; in somnio uidentur.*

Ὅσα γὰν ὀνείρῳ βλέπεις.

Quæ

Quæcunq; per somnium uides. De uotis immodicis dicitur. Nam quicquid optaris, id somniare contingit quibuslibet. Theocritus:

Ἔχω δέ τοιόσδ', ἐν ὀνείρῳ,
Φαίνονται, πολλὰς μὲν οἷς πολλὰς δὲ χιμαίρας.

Possideo quæcunq; solent sub nocte uideri
In somnis, uim magnam ouium, multasq; capellas.

Qui amant, ipsi sibi somnia fingunt. Vergilius.

Vergilius:

Credimus, an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?
Nam quod quisq; sperat facilè credit.

Quid non fies, profectus Arbelas?

Τί οὐ γένῃ, ἰὼν Ἀρβέλας;

Quid non fies, Arbelas profectus? De eo dici solitum, qui peregrè proficiscens, ingentia sibi pollicetur, fretus gētis, ad quam demigrat, insciticia, barbarieq;. Siquidem Arbela Siciliæ ciuitas, cuius ciues malè audiebant olim, ut stupidi, & quibus facilè imponeretur.

Semper superioris anni meliora. Diogeni.

Ἀεὶ τὰ πέρυσι βελτίω.

Semper superioris anni res meliores. Cum præsentia displicent, & anteferunt anteacta. Horatius:

Laudator temporis acti
Se puero.

VSVRA.

Citius usura currit, quàm Heraclitus.

Θᾶττον ὁ τόκος Ἡρακλείτου πῶϊ ἔθει.

Id est, Citius usura, quàm Heraclitus celerrimus currit. Admonet adagium, abstinendum à mutua pecunia, quę credatur ad usuram. Nam opinione celerius recurrere diem usurarium. Sumptum ab Heraclito quodam celeritate currendi, præter cæteros eximio atq; excellenti,

Est Pylus ante Pylum. Plutarch.

In eos accommodabitur, quibus alia usura ex alia nasci

tur, uel ubi quid alteri præfertur uelut antiquius & præstantius, uel ubi aliquis iactat se quasi uel solus uel summus sit, cum reperiantur & alij qui possint cum eo decertare. Fuerunt enim multæ huius nominis urbes.

Felix qui nihil debet.

Εὐδαίμων ὁ μηδὲν ὀφείλων.

Id est, Felix qui nihil debet. Quid enim calamitosius, q̃ toties erubescere, toties perfricare faciem, fugitare, latitare, mentiri, dissimulare: nunc supplicem agere, nũc fugitare: palàm appellari, uitari, notari digito, breuiter nunquam tui iuris esse? Nam hæc, cum̃ his multa alia incommoda secum adfert æs alienũ. Plutarchus scribit Persis duo fuisse peccata: Primum, debere: Proximum, mentiri. Nam ea iudicabant cohærere, quòd qui sunt obærati, sæpius cogantur mentiri.

Terẽtius. *Animam debet.*

Τὰν ψυχὰν ὀφείλει.

Dictum, Titulo de paupertate.

Semel rubidus, ac decies pallidus.

Suidas. Ἅπαξ πυῤῥός, καὶ δέκατον χλωρός.

Id est, Semel rubidus, & decies pallidus. Suidas admonet dictum de ijs, qui mutuum accipiunt, quos necesse est cerebro tum rubescere pudore, tum metu pallescere. Rubescere dum petunt metuum: Pallescere dum soluẽdo non sunt, & metuunt ne trahantur in ius, aut in neruum.

ADAGIORVM OMNIVM ERASMI ROTERODAMI

FINIS.

AVTO-

AVTORVM PRAECIPVORVM CATALOGVS, E QVORVM MONVmentis collectæ sunt Chiliades Adagiorum.

GRAECI POETAE,
Homerus
Eustathius huiꝰ interpres
Pindarus
Pindari interpres
Aeschilus Tragicus
Sophocles
Euripides
Aristophanes & in hunc commentarij.
Epigrammata Græca diuerforum
Callimachus
Aratus
Apollonius Argonautico-rũ autor, & huius interpres
Nicander
Oppianus
Lycophron, & huius interpres
Phocylides
Theognis
Theocritus
Theocriti interpres
Hesiodus
Menander.

HISORICI.
Herodotus
Thucydides
Plutarchus de Vitis
Dionysius Halicarnassæus
Xenophon
Pausanias
Iosephus
Herodianus
Diogenes Laërtius.

COSMOGRAPHI.
Strabo
Stephanus
Ptolomæus
Mela.

ORATORES.
Demosthenes & interpres
Aeschines
Isocrates
Aristides
Lysias
Synesius
Alciphron
Aphthonius
Lucianus
Philostratus
Hermogenes
Syrianus.

PHILOSOPHI.
Plato
Aristoteles
Themistius

Pro-

Proculus
Ioannes Grammaticus.
Alexander Aphrodiſæus
Theophraſtus
Plutarchus de Moralibus
Dioſcorides
Hippocrates Galenus
Aeſopus Horus.

THEOLOGI.

Origenes Lactantius
Tertullianus
Hieronymus
Ambroſius Baſilius
Nazianzenus
Chryſoſtomus
Gregorius Theologus.

GRMMATICI MIXTI.

Suidas Eudemus
Etymologycon
Stephanus
Iulius Pollux
Athenæus
Nicolaus Stobæus
Zenodotus
Apoſtolius Bizantius
Diogenianus
Phurnutus Heſychius.

LATINI POETAE.

Plautus Terentius
Vergilius Horatius
Ouidius Catullus
Lucanus Lucretius
Martialis Perſius
Iuuenalis Tibullus
Propertius Auſonius
Claudianus
Publius Mimographus
Statius Silius Italicus

HISORICI.

Salluſtius Liuius
Aelius Lampridius
Iuſtinus
Iulius Capitolinus
Valerius Maximus
Ammianus Marcellinus

GRAMMATICI.

Nonius Marcellus
Feſtus Pompeius
Marcus Varro
Diomedes
Donatus Seruius
Porphyrion Acron.

ORATORES.

M. Caro
M. Tullius Cicero
Quintilianus
Seneca
Plinius Cælius
Aſconius Pædianus.

MIXTI.

Plinius auunculus
Aulus Gellius
Macrobius
Petronius Arbiter
Angelus Polianus
Hermolaus Barbarus.

PHILOSOPHI.

Pandectæ Iuris
M. Varro M. Caro
Columella Vitruuius
Vegetius.

FINIS.

INDEX

INDEX LOCORVM

HVIVS OPERIS SECVNDVM SERIEM literarum, quò facilius lector id quod quærit, inueniat.

A Berrandi 1
ab initio ad finem 2
Absurda, Indecora, Præpostera 6
accessio pusilla, aut ni. 21
ad rem pertinentia 22
adulatio 23
æquanimitas 27
æqualitas 28
alia aliis placent ibi.
alibi diminut. alibi red. 29
aliena à re 31
aliena curantis 34
alijs sapere 35
alieno periculo 36
amicitia ibi.
amor 45
anceps & dubius 48
apertè & crassè 52
approbandi 53
arrogantia, iactantia 55
asperitas, morositas 61
assiduitas 65
attentio, & è contrà 67
auaricia 525
audacia 68
auxilium infirmum 71

BEneficiũ corruptũ ibi.
bibacitas 72
bonæ fortunæ copiæ, felicitatis aut ominis 73
breuiloquentia 83

CAecutientia 84
Calumnia 85
carpentis seipsum 89
causa indefensa ibid.
cedendum multitudini 90
citra laborem 95
clamosus 96
cõmodo magno emptũ 98
cõmodum interuen. ibi.
conatus 99
concordia 102
coniecturæ 103
consilium 108
contemptus & uilitat. ibi.
contagio morum 126
contra 127
contrariũ philautiæ ibid.
correctio dicti ibid.
crudelitas 128
cũ auxilio, citra auxiliũ 91
curiositas 130

DAmnandi 131
decretum 133
degenerantiũ in peius ibi.
deprecantis & abomi. 135
derisio 136. desperatio 137
difficultatis 139
diffidentia 141
differentiæ 143
dignitatis 146
diligentiæ 150
discordia 155

discri-

discriminis 156
dissimilitudinis & incongruentiæ 164
diuitiæ 169
diuitum prærogatiua 174
diuturnum 176
docilitas ibi.
Domi uiuere Ibi.
Elabendi excellentia, inæqualitas 177 178
execrandi 188
ex euentu indicium 190
exitium honestum 191
exilium ibid.
experientiæ seu pericli. 192
ex sese 195
Facundia 196
fames 197
festinationis 199
festinatio præpropera 203
fides & grauitas 205
fœminæ 210
focus 211
forma, deformitas 212
formitudo 215
fortunæ commutatio 216
fortunata stultitia 201
fraus ab amico ibid.
frugalitas 222
frustrata spes 224
fuerunt, non sunt 229
fucus 230
Garrulitas ibid.
gratitudo 235
Hæredipetæ 237
honos indigno ha. ibi.
hospitalitas & contrà 238
Ignauia & insscitia 239
ignoratio 242
impossibilia 244
illecebra mali 248
imperitia 249
impostura 250
improbi 251
impudentia 257
impudicitia ibid.
inanis metus 258
inanis opera 259
inæqualis pensatio 277
incertus euentus 278
incitare 279
inconstantiæ, Perfidiæ, Versutiæ 280
inculpatus 292
in delicijs 293
in deprehensos ibid.
indiligentiæ 295
industria 298
infacundia 301
infortunij siue exitij 302
ingenij malitia, & insti. 313
ingratitudo 315
ingrata ob uetustatem 317
initium laudatum 319
iniusticia 320
insalubritas 321
insidiæ ibid.
instans 325
instupidos ibi.
intemperantia, Liaido 336
intempestiua & inepta 341
internitio 345
inuidia, æmulatio 347
ira 349
iteratio citra tædium 350
ite-

Iteratus error ibid.
iudicandi rectè, secus 352
inuenta 355
iusticia ibi.
LAcessentis 360
lætitia, tristicia 362
languor, Vehementia 366
lauticiæ 367
libenter 370
liberalitas ibi.
liberalitas. Veritas 373
longæuitas 378
lucrum ex scelere 382
luxus & mollities ibi.
MAgnifica promissa 389
magni momenti 392
maledicentia ibid.
mali retalatio 393
malum conduplicatũ 394
malum uertens bene 396
malum assuetum 397
malum accersitum 398
malum malè uitatum 409
malum immedicabile 410
malus uicinus ibi.
mansuetudo 411
memoria 412
metus ex conscientia 413
metus pœnæ. ibid.
minantis 415
mira noua 417
mixta 419
modestia, modusq; 419
molesti, intollerabiles 424
multi 427
munerum corruptela ibi.
munus non munus 431
munus aptũ aut ineptũ ib.
munus boni consulen. 434
mutandæ sententiæ 335
mutati instituti 436
NEcessitas 439
nobilitas, obscur. 444
non solus ille ibid.
notus 445
nouitas 446
nugalia 447
nunquam ibid.
nupera 448
nusquam ibid.
nuncius lætus 449
OBliuio 450
obscuritas 452
obsequundantis 453
obtrectatio, Maledic. 454
occasio 457
ocium 459
occulta 460
occupatio, ocium 462
odium 463 olim 465
ominandi 466
omnia ibid.
originis 467
PArasiti 470
Parsimonia 473
paupertas 471
pensatio beneficij 477
perfidiæ 485
perficiendi siue absol. 480
perfidia 485
perplexus 487
perspicacitas 489
perspicuitas 491
pertinacia 492
Philautia 493 potẽtes 498
prælongi 499

Præter ſpem bonũ aut malum 500
Probrum, Gloria 502
procliuitas 505
proficientiũ in melius 508
profuſio 510
proprij cõmodi ſtud. 512
proximis utendum 517
prudentia 519
prudentia ſenilis 521
prudẽtia cõiuncta uiri. 523
pudicitia ibid.
pudor ibid.
puniri pro alio 525

Rapacitas, auaricia ibi.
raritas 533
refugium 534
repellentis ibi.
rigor 535
riſus ibid.
rixoſus 537

Salubritas 539
ſcurrilitas 540
ſecundæ experientiæ ibid.
ſecuritatis & tutæ rei 541
ſemper 547
ſenium præmaturum, aut mors 548
ſera pœnitentia ibi.
ſerum remidium, aut tempeſtiuum 551
ſeruire tempori ibid.
ſeruitus 553
ſimilitudinis & congruentiæ 554
ſimulatio, diſimulat. 564
ſolitudo 570
ſolicitudo 571
ſomnolentia 572
ſordes & parſimonia 573
ſpes pertinax 579
ſubitum exitium 581
ſubiti interuentus ibid.
ſumptuoſa 582
ſurditas ibid.

Taciturnitas lauda. 583
taciturnitas illau. 584
tædium ex iteratiõe 587
tarditatis & cunctati. 591
temeritas 594
tenacitas 598
temperantia 599
tempeſtiua ibi.
timiditas 602
tolerantia 607
toruitas ibid.
totũ ut nihil reliqui 608
tumultus 610

Vanitas ibid.
ueneficia 613
uerſutiæ 620
uices officij 623
victoria utriuſq; triſtis ibi.
uincere & uinci 624
uinculum inſolubile 626
uis iniuſta ibid.
uita hominis miſera ebre uis 629
ultio malefacti 631
uotum 633
uſura 637

Indicis locorum finis.

IN-

INDEX PROVERBIORVM IN HOC LIbello contentorum, secundum seriem literarum.

A B asinis ad boues 508
Ab asino delapsus 241
ab asio lanam 259
Abdera pulchra Teïorum colonia 534
abderitica mens 334
ab equis ad asinos 133
ab Eteobutadis ducit genus 495
abhorrentis ac detestantis 136
abiiciendum procul 132
abiecit hastam Rhipsaspis 603
abijt & taurus in syluã 42
ab impijs egressa est iniquitas 467
ab incunabulis 4
ab ipsa messe 379
ab ipso lare 2
à bis septem undis 162
abominãdus scarabe⁹ 120
à bonis bona disce 126
ab ouo usq; ad mala 3
Abronis uxta 387
absque baculo ne ingredi-tor 414
absit clamor in colloquio aut lusu 97
abstinẽda uis à regibus 61⁹
ab transenna cibum petere 322
ab unguib. incipere 23, 344
ab uno digrammate 560
abydena illatio 98
Abydus, Abidenus 89
à cœlo usq; ad terram 5
acanthia cicada 584
acãthida uincit cornix 179
acarnici equi 186
à capite arcessere 2
à capite usq; ad calcem 2
à carcere 5
à carceribus 3
accepta candela 13
accersitum malum 402
accipit & glebam erro 370
accissare 564
Acei & Heliconis opera 187
aceſias medicatus est 410 408
Accessæi luna 592
aceto perfundere 517
acetũ habet in pectore 518
Achilles 70
Achilleum argumẽtum 70

ἀχρειόγιλως 536
acolo non fico 222
actum agere 271
actum est 137
adactum iusiurandum 441
adamantinus 215
adamantis tenere 46
ad ambas usq; aures 170
ad amussim 150
ad amussim applica lapidem, non ad lapidem amussim 358
ad aquam malus 304
ad aras 594
ad asylũ cõfugere 194. 539
ad calcem peruenire 3
ad consilium ne accesseris antequam uocaris 13
ad coruos 304
ad cribrum dicta 374
ad Cynosarges 304
ad bonam frugem 438
ad coronidem usq; 482
à Deo ficti 434
ad deorũ aures puenit 625
addere manum 250
ad digituli crepitum 453
ἀδελφίζω 24
ad ephebum properare 194
aderit Temesseus genius 604
ad fœlicem inflectere parietem 45
ad fractam canis 261
ad finem ubi peruenieris, ne uelis reuerti 27
ad Græcas calendas 417
ad Herculis columnas 485
adhortantis ad gloriã 505
adhuc aliquis deus non respicit 580
adhuc cœlũ uoluitur Ibid.
ad incitas 473
ad id quod erat opus 418
adiurantis se facturum aliquid 189
ad libellam debere 535
ad mensurã aquam bibũt, citra mensuram offam comedentes 18
Admeti næniæ 363
adminicula uitæ 171
admirabiles in nectẽdis machinis Aegyptij 287
admoto capite 462
Adonidis horti 318
adoraturi sedeant 632
à Dorio ad Phrygium 437
ad pedem 433
ad pedes ad caput 174
ad phasim usque nauigauit 483.
ad pila ubi uentum 360
ad pileum uocare 391
ad porcellum da mihi mutuo tres drachmas 118
ad pristina præsepia 219
Adrastia Nemesis, Rhamnusia Nemesis 625
ad restim funiculum 590
ad restim res redit 138
ad saga ire 617
ad Scolon ne proficiscaris ipse, nec alterum comitaberis

beris 161
adsint diij beati 466
ad suum quenque quæstum æquũ est esse callidũ 514
aduersus solẽ ne logtor 13
aduersus solem ne meieto 525
ad uinum diserti 235
aduiuum resecare 535
adulterinus 252
ad umbilicum ducere 481
ad unguem 150
Aeacidinæ minæ 415
ædibus in nostris quæ prauua aut recta gerũtur 22
ædilitatem gerit sine populi suffragio 598
Aegeum nauigat 162
Aegis uenit 258
ægrè quidem, sed facinus tamen 140
ęgrè, sed tamẽ cõtingit 140
ęgroto dum anima est, spes est 580
Aegypti nuptiæ 312
Aegyptius laterifer 425
æqua concertatio 28
æqualem tibi uxorem quære 556
æquales calculi 132
æqualis ęqualẽ delectat 555
æqualitas haud parit bellũ 358
Aesopicus graculus 570
Aesopicus sanguis 628
æstate penulam deteris 204. 342
ætate prudentiores reddimur 522
Aethiopem dealbas 260
Aethiopẽ ex uultu iudico
Aethiopẽ lauas 267 (104
Aethiops nõ albescit 314
æthna, athon 426
ætnæus scarabeus 120
à fonte ducere 2
Afra auis 368
à fronte atq; à tergo 5
à frõte præcipitium, à tergo lupi 139
à fronte simul & occipitio oculatus 519
à furijs oriundus 212
Agamemnonij putei 417
Agamemnonis hostia 67
agas asellum 418
Agathonia cantio 338
ἀγεωμέτρητος οὐδεὶς εἰσίτω 618
agninis lactibus alligare canem 9
ἄγχει κῆϸ φίρεσθαι 426
aheneus 62
Aiacis risus 536
αἰγυπτιάζειν 682
Alabanda fortunatissimæ alas addere 279 (186
à lasso rixa quæritur 64
alba amussi 354
alba auis 534
albæ gallinæ filius 74
albo reti aliena captãt bona 87
album calculum addere 53
album panẽ tibi pinso 390

albus an ater sis, nescio 244
Alcinoi mensa 385
ale lupos: catulos 404. 315
alga uilior 123
alia committenda, alia cælanda 581
alia dantur, alia negantur 631
alia Lacon, alia asinus illius portat 566
aliam ætatem alia decent 600
alia Menecles, alia Porcellus loquitur 31
aliam quercum excute 532
alia res sceptrum, alia plectrum 167
alia uita, alia dicta 217
alia uoce psittacus, alia coturnix loquitur 166
aliena iacis 225
alienam metis messem 36
alienis uti soleis 203
alieno auxilio potentes 92
alino ferox præsidio 92
alienum arare fundũ 268
alĩ sementem faciunt, alĩ metent 98
alĩs lingua, alĩs dentes 176
alĩs prospiciẽs non sibi 35
à limine salutare 296
à linea incipere 4
alio relinquente fluctu, alius excepit 399
aliorum medicus, ipse hul ceribus scates 19
alios tragœdos prouo. 492
aliquid mali propter uicinum malum 410
aliter catuli longè olent, aliter sues 166
aliud cura 544
aliud genus remi 446
aliud noctua sonat, aliud cornix 166
aliud stans, aliud sedẽs 283
alius alĩs in rebus præstantior 188
allium in retibus 222
ἀλλοτριοφάγοι 341.478
alpha penulatorum 187
altera manu fert aquã, altera ignem 486
altera manu fert lapidem, altera panem ostentat 487.286,570
altera nauigatio 516
altera scabit, altera ferit 486
alter Hercules 69
alter Ianus 519
alterum pedem in cymba Charontis habere 379
à lupi uenatu 268
Alybantis hospitis munera 391
amantium iræ 37
ama tanquã osurus, oderis tanq̃ amaturus ibid.
amaxiæa 56
Amazonum cantilena 387
Amæa Azesiã reperit 594
ambabus manib⁹ haurire 371

ambro-

ambrones 252
ambrosia alendus 187
ameles angulus 242
amens longus 499
amicitia æqualitas, amicus alter ipse 40
amicitias immortales esse oportet 45
amicitia stabiliũ, fœlicitas temperantium 36
amicos tragœdos æmulatus 493
amicorũ est admonere mutuum 42
amicorum omnia communia 38
amicus amico 40
amicus certus in re incerta cernitur 44
amicus magis necessarius, quàm ignis & aqua 40
ἀμνησία 450
à mortuo tributum exigere 525
ἄμουσοι 241
Amphictyonũ cõsessus 205
amphidromiam agis 388
ἀμφιταλὴς ἔρως 43
Amiclas pdidit filẽtiũ 58
Amyris insanit 519
ἀμυσὶ πίνειν 240
Anagyrim cõmoues 407
à Nannico 318
anchoras rollere 99
ancipitis animi 51
ancipitis consilij 51
anchora domus 92
Andabate 597
anguillam captare 512
angustum & latum 467
anicularæ deliramenta 610
anima & uita 368
animam debet 474.634
animo ægrotanti medicus est oratio 42
animus est in cornis 572
animꝰ habitat in aurib. 362
animus hebtabæus 68
animꝰ in pedes decidit 604
animus præsens 68
anno magno Platõis 447
annosam arborem transplantare 344
annosa uulpes haud capitur laqueo 539
anno senior fio 426
annus clibanum 417
annus est 594
annus producit nõ ager 176
ansam quærere 457
antehac putabam te habere cornua 116
ante pedes 323
ante tubam trepidas 601
anthericum metere 267
ante barbã doces senes 20
ante lentẽ augere ollã 204
ante uictoriam encomium canis 264
ἀντιπλαργᾶν 236
Antiopæ luctus 318
antiquiora diphtera loqueris 318
antiquior Codro 149

antiquior quàm chaos & Saturnia tempora 318
antiquis debetur uenera-tio 186
Antronius asinus 334
anulus aureus in naribus suis 14
anus debacchatur 343
anus cothonissat 19
anus Euriphus 18
anus hircissans 343
anus saltat 19
anus simia ferò quidẽ 627
anus subsaltãs multũ exci-tat puluerís 522
anus uelut equus, pfundã habebis fossam 240
apertæ Musarũ ianuæ 176
apertè simpliciterq; loqui 374
apertis tibijs 97
aperto pectore 374
aphya ad ignem 301
Aphyarum honos 554
apinæ 115
apio mollior, aut mitior 411
apio opus est 156
ἀπ' ἀκραφνσίων 417
apologus Alcinoi 611
ἀπόφρας 190
apta prouincia 412
apud fimum odorum uapo rem spargis 272
apud mensam uerecũdari neminem decet 524
apud nouercam queri 266
à puro pura defluit aqua 292
aqua & terrà reddamini 301
aquam bibẽs nihil boni pa ries 475
aquã è pumice postulas 260
aquam igni miscere 16
aquam in mortario tunde re 271
aquã infundere cineri 550
aqua præterfluit 68
aquilæ senecta, corydi iuuẽ ta 180
aquilã cornix ,,uocat 100
aquila in nubibus 184
aquilã nocturę cõparas 178
aquilam testudo uincit 240
aquilam uolare doces 260
aquila nõ captat muscas 109
aquila thripas aspiciẽs 110
à quinque scopulis defluxe in fluctus 318
Arabicus tibicen 230.421
araneæ telas texere 264
araneas eijcere 472
arare littus 264
arator nisi incuruus, prę ricatur 153
aratro iacularis 631
arbore detecta, quis ligna colligit 175
Arcades imitantes 334
Arcadiã me postulas 407
Arcadicum germen 334
arcem ex cloaca facere 55
Archidamicũ bellum 314

Archilochia edicta 456
Archilochi melos 9
Archilochi patria 455
Archilochum teris ibid.
Archimedes non posset melius describere 491
archytæ crepitaculum 210
arcus tensus rumpitur 424
arctum anulum ne gestato 363.372
à remo ad tribunal 219
areopagita 364.608
areopagita taciturnior 584
argẽtanginam patitur 427
argenteis hastis pugnare 429
argenteus puteus 71
argenti fontes 494
argẽtum accepi, imperium uendidi 553
argi collis 312
Argiua calumnia 87
Argiui fures 531
Argiuos uides 362
aries cornibus lasciuiens 339
aries nutricationis mercedem persoluit 315
arietem emittit 360
arietis ministerium 317
ariolari 390
arrepta candela, candelabrum quærere 244
arripere negocĩ curã 154
arripienda quæ offeruntur 413
arrogantia non ferenda 56
Aristophanis & Cleãtis lucerna 152
artẽ quæuis alit terra 301
arx 541
à sacris abstinendę manus 358
ascisce ad extremum scientiam 158
à sexaginta uiris uenio 540
asini cauda 247
asini caput ne laues nitro 261
asini mandibula 385
asini mortes 612
asinus ad tibiam 265
asinus apud Cumanos 565
asinus asino, & sus suĩ pulcher 29
asinus asino pulcherrimus 563
asinus auis 6
asinus balneatoris 274
asinus compluitur 100
asinus esuriens fustem negligit 118
asinus in paleas 73
asinus in pelle leonis 238
asinus inter apes 303
asinus inter simias 302
asinus in unguento 166
asinus portans mysteria 167
asinus stramenta mauult ąꝫ aurum 330
asinos non curo 118
asinum in rupes protrudere 334

asinum sub freno currere doces 266
asinum tondes 259
aspera uita sed salubris 224
aspersisti aquam 259
aspis à uipera 556
ἄσσον ὦ πόλιμε 464
asseuerantius dicere 373
assidua stilla saxum excauat 65
astutior coccyce 514
à subeunte portũ naui 202
à teneris unguiculis 4
Atheniẽsium incõsulta temeritas 221
ἀθετρίζειν 114
athos celat latera Lemniæ bouis 426
ἀθυρόγλωσσος 235
Atlas cœlum 401
atqui nõ est apud aram cõsultandum 548
Atrei oculi 364
Attagen 117
Attagenæ nouilunium 173
Attica bellaria 367
Attica fides 207
Attici Eleusina 460
Atticus aduena 615
Atticus aspectus 257
Atticus in portum 61
Attica musa 196
Atticus moriens porrigit manum 328
Atticus testis 207
attollere supercilium 55
auarus nisi cũ moritur, nihil rectè facit 596
audi Chelidonem 599
audi quæ ex animo dicuntur 377
audiens non audit 565
aues quæris 274
auferre mothonẽ à remo 168
auis ex auibus 444
à uicinis exemplum habẽt 505
augiæ stabulum repurgare 247
aulœdus sit, qui citharœdus esse non possit 517
Aureæ compedes 47
aurem uellere 412
aureos polliceri mõtes 389
aureos in Olympia staro 389
auribus lupum teneo 487
auribus arrectis 67
aurificem te futurum credebas 226
auricula infima mollior 411
auriculam mordicus 626
auris Bataua 355
auro loquente, nihil pollet quæuis oratio 60
aurum Colophonium 293
auxę habet Tolosanũ 305
aurum igni probatum 292
aurum subæratum 568
auscultа & perpende 67
austrum perculi 266
aut abi, aut exuere 553
aut bibat, aut abeat 550

aut cucurbitæ florem, aut cucurbitam 49
aut ipse fuisti, aut tui simillimus 555
aut manēti uincēdum, aut moriendum 215
aut minus animi, aut plus potentiæ 494
aut mortuus est, aut docet literas 50
aut oportet tragœdias agere oēs, aut insanire 50
aut piscem olet, aut florem 74. 556
aut Plato philonissat, aut Philo platonissat 49
aut quinque bibe, aut tres, aut ne quatuor 50
aut regem, aut fatuum nasci oportet 326
aut terra, aut mari 101
aut ter sex aut tres tessaræ 193
ἀυτόθεν κατάξαλλε 613
ἀυτολήκυθοι 339. 470
autoritas diuinitus 81
autor omnium & fons 469
azanæa mala 140
ἄζηλος 458
ἄζηλος πλοῦτος 127

B

Bacchæ more 584
Baceli similis 337
bęon malꝰ piscis 136
balba non credit 12
Balbinum Polypus agne delectat 29
balbus balbum rectè intelligit 361
ballio 253
balneator 233
barathrum 528
barbam uellere 125
barbarus extriuio 240
barbæ tenus sapientes 568
basilica facinora 56
βαταχάρας 124
Batalus 337
βαταλίζεσθαι Ibid.
βαταριζειν 303
battologia 233
Batti silphium 147
Beccefelenus 326
bellephorontes literas 403
belle narras 26
bello parta 512
bellū Cono. curę fuerit 34
bellicum canere 483
bellum haudquaquam lachrymosum 397
bellum omnium pater 155
benefactis pensare delicta 480
bene loculis, bene scrinio 172
bene natis turpe est malè uiuere 134
bene plaustrū perculit 585
bene sit 469
beneuolus trucidator 570
benignior pellace uulpe 25
βιργαίζειν 253
bestia bestiam nouit 553
beta cum hyeme, tum æsta-

te bona 599
bibe elleborum 329
bipedum nequissimus 252
bibere mandragoram 451
bis acter quod pulchrũ est 350
bis dat qui cito dat 371
bis interimitur, quisquis armis perit 402
bis pueri senes 336
bis septem plagis Polypus contusus 65
Bithus contra Bacchiũ 561
bocchyris 356
bœon malus piscis 136
Bœotica ænigmata 452
Bœotica auris 328
Bœotica cantilena 327
Bœotiça sus ibid.
Bœoticum ingenium ibid.
Bœotis uaticinare 408
boliti pœnam 87, 627
bolus ereptus è faucib. 224
βωμολόχος 254
bona est offa post panẽ 517
bona nemini hora est 220
bona Porsenæ 372, 529
bona spes offensa 79
bona terræ 78
bonæ fortunæ 79
bonæ leges ex malis moribus procreantur 468
boni ad bonorum cõmunia ultrò accedunt 535
boni pastoris est tondere pecus non deglubere 518
bonis auibus 75
boni uiri lachrymabiles 130
bonorum aceruus 77
bonorum glomi 78
bonorum mare 77
bonorum myrmecia 78
bonum est duabus nitiantchoris 641
bonus cantor, bonus cupediarius 562
bonus dux bonum reddit comitem 175
bos ad ceroma 264
bos ad præsepe 81
bos aduersus seipsum pulueremouet 405
bonus alienus subinde foras prospectat 176
bos apud aceruum 81
bos Cyprius 579
bos Homolotorum 117
bos in lingua 427
bos in ciuitate 147
bos in quadra argentea 237
bos in stabulo 387
bos lassus fortius figit pedem 625
bos marinus 324
bos porrecta ultra Taygetum capite 248
bos subiugum 414
botrus oppositus botro, matureſcit 478
bouẽ in faucib. portat 427
boues messis tempus exspectantes 80
boue uenari leporem 164
Brasidas quidem uir bonus sed

sed Lacedæmon multos habet præstatiores 444
bubo canit luscinias 181
budoro lege 129
bulbos quærit 275
bullatæ nugæ 61
Bunas iudex est 592
Buthus obambulat 532
Byzeni libertas 373
Βυσσοδομεύειν 321

C

CAdere in cursu 226
cadmea uictoria 306
cæca dies, & occulata dies 142
cæca speculatio 85
cæcior liberide ibid.
cæci præscriptio 86
cæcum insomnium 612
cæcus auribus 336
cæcus cæco dux 86
cæcus & claudus non intrabunt templum 149
Cænei hasta 60
cædimus, inq; uicem prębemus crura sagittis 393
Calabri hospitis xenia 122
calamoboas 98
calcar addere currenti 506
calculo mordere 132
calculum reducere 435
calicum remiget 73
calidam ueruti partem 606
calidum mendacium 612
calidũ prãdium comedisti 403
caliga maximini 499
caligare in sole 18
Callię defluunt pennę 510
Callipedes 584
Calliphanes 61
καλλίπυγος 213
callum ducere 397
caluus comatus 167
caluus cùm sis, ne obuersa frõte obnuas arieti 160
caluum uellis 259
camelus desiderãs cornua etiã aures perdidit 403
camelus saltat 19
camelꝰ uel scabiosa, cõpluriũ asinorũ gestat onera 180
cãpana superbia 57
canalicolæ 474
cancer leporem capit 8
cancros lepori cõparas 179
cancrũ ingredi doces 272
candidus sermo 492
candidum linum lucri causa ducis 531
canẽ excoriatãexcoriare 15
canens uitæ palmum 579
canere ad myrtum 302
canere de Talamone 363
canes uenatici 130
canes timidi uehementius latrant 258
cane Tollenis cãtilenã 235
canina facundia 537
caninum prandium 576
cani das paleas, asino oſſa
canis ad cibũ 321 (20
canis circum intestina 528
canis digna sede 146

Camavinam nov. 408

canis in præsepi 168
canis in uincula 306
canis festinans, cęcos parit catulos 204
canis mędico auxiliās 222
canis panes somniās 632
canis peccatum 525
canis podicē inspicere 452
canis reuersus ad uomitū 351
canis peccatum sus dependit 630
canis sæuiens in lapidē 629
canis tāquam Delum nauigans 544
canis uindictam 621
canis uiuēs ē magdalia 123
cantilenā eandē canis 589
Cantharo astutior 291
cantherius in porta 178
cantherium in fossa 17, 127
capere ciuitatem 141
capere crines 457
capere prouinciā 141, 485
capillis trahere 617
capite gestare 47
καπνὸς 389
capra cōtra se cornua 495
capra ad festum 598
capra gladium 402
capra nōdum peperit, hœdus aūt ludit in tectis 14
capram cœlestem oriētem conspexerunt 79
caprā portare nō possum, & imponitis bouē 246
caprarius in æstu 340
capra Scyria 72
captātes capti sumus 399
caput 4
caput artis est, decere quod facias 15
caput scabere 152
caput sine lingua 585
caput uacuum cerebro 328
carbone notare 53, 131
Carcini poēmata 418, 453
Carica musa 118
Carica uictima 578
Caricum sepulchrum 513
Caricus hircus 122
καρηκαρῦντες 73
Carpathius leporem 405
carpet citius aliquis, quàm imitabitur 456
cassa glande 116
Cascus cascam ducit 559
Cassioticus nodus 291
κατὰ χειρῶν ὕδωρ 471
cataftrophe fabulæ 219
catulæ dominas imitantes 557
cauda blandiri 28
caudæ equinæ pilos paulatim uellere 592
cauda tenes anguillam 266
cauda de uulpe testaē 104
caue thoracem 162
Caunius amor 45
caute loquacior 232
cautus enim metuit 414
cedendum multitudini 90
Cecidis & Buphonioꝝ 119
celerius elephāti pariūt 592

celerius quàm Butes 199
Celmis in ferro 184
censoria uirgula 535
centauricè 618
centones 410
cẽtro & spatio circumscripta 473
centrũ plaustri trabes 140
cepas edere aut olfacere 364
cera tractabilior 411
ceram auribus obdis 68
cercopissare 255
Cercopum cœtus 254
Cercyræa scutica 418
κιρασβώλ☉ 64
Cereri sacrificant 576
Cerite cera dignus 504
certamẽ non accipit excusationes 164
certissima paupertas 477
certum prospicio 106
ceruus canes trahit 16
ceruinus uir 604
Cescon habitas 619
cestreus ieiunat 198
cestum habent Veneris 46
chalcenterus 607
chalcidissare 338
chamęleõte mutabilior 286
charadryon imitans 568
Charetis pollicitatiões 390
Charontis ianua 305
charibdis barathrũ 464. 528
Chœnici ne insideas 543
chimæra 270
Chius ad Coum 560
chius dominum emit 400
chius 88
Churonium uulnus 410
chordæ uice 93
choreæ Ionicæ 385
χρήσα χρὴ κτήσα 59
χρησολόγ☉ 25
cibum in matellam ne immittas 167
cicada cicadę chara, formica formicæ 556
cicada uocalior 232
cicadæ apem cõparas 178
cicadã ala corripuisti 406
cicadis pleni 58
cicernus Bacchus 119
ciceris emptor 122
cilicij imperatores 222
Cilix haud facilè uerum dicit 610
Cillicon bona 391
cimmeriæ tenebræ 85
Cinyræ opes 170
cinclus 472
Circeo poculo 439
circulum absoluere 481
circumtundere comam 351
Cissamis Cous 624
cithara incitat ad bellũ 279
citis quadrigis, Iouis quadrigis 199
citius elephantem sub ala celes 246
citius in naui cadens à ligno exciderit 245
citius Telegoræ donarim 577

citius quàm asparagi coquuntur 199
citius quàm formicæ papauer 220
citius usura currit, q̃ Heraclitus 633
citra aratronem, citraq; sementem 95
citra puluerem 95
citra uinũ temulentia 234
ciuitates ludimus 516
clamosior lauro ardente 96
clauam extorquere Herculi 139
Claudiana tonitrua 96
claudi more tenere pilam 249
claudus optimè uirũ agit 29
claue findere ligna, & securi fores aperire 20
clauum clauo pellere 561
clematis Aegyptia 499
Cleocritus 339
Cleomenes cubile superat 477
κλειτορια ζειν 339
climacides 26
Clisthenem uideo 339
κλιτήρις 255
cnips in loco 283
cochleæ uita 574
cochleare crescit 121
cocta numerabimus exta 190
Codro pauperior 471
cœlum digito attingere 59
cœlum territat 58
cœna popularis 369,582
cœnare me doce 597
cœno purã aquã turbans, nunq̃ inuenies potũ 403
cœnum barbaricum 111
cognatio mouet inuidiam 347
colophonem addidit 480
Colophonia ferocia 495
colophonium calciamentum 328
colophoniũ suffragiũ 481
Colossi magnitudine 459
colubrũ in sinu fouere 402
columen familiæ 92,148
columnas rumpere 98
comminus atq; eminus 340
commune naufragium 313
communis Mercurius 372
commouere sacra 101
compediaria res improbitas 216
complura masculi canis cubilia 340
complurium thriorũ ego strepitum audiui 415
compressis manibus 298
concha dignus 169
conchas legere 274,459
conciliant hoĩes mala 43
concordia 102
concordia fulciũtur opes etiam exiguæ 102
cõcupiuit assam farinã 225
congregare cum leonibus uulpes 168

confringere teſſaram 142
connæ calculus 121
conniuere 566
conſcientia mille teſtes 413
cõſeſſus in ludo talario 27
conſiliũs ſimul & facto uaſ leris 523
conſilium in melius cõmutandum 435
conſulendũ & conſiliũs parendum 68
cõtingit et molis uenatio 76
contẽnentis dicterium 124
contemnentis inimicũ 123
conto nauiga 558
contorquet piger funiculum 270
contrahere ſuperciliũ 365
contrahere uela 420
cõtribulis factus, ſerua ordinem 611
contra duo contraria pugnare, difficile 90
contra retiariũ ferula 131
contra ſtimulũ calcas 273
contra torrentem niti 273
conuenerũt Attabes & Numenius 559
conuertere pollicem 53
conuiua non conuiua 579
copiæ cornu 419
cornea fibra 62
cor ne edito 363, 573
cornicari 231
cornicibus uiuacior 378
cornicũ ocul. cõfigere 427
cornix ſcorpium 496
cornutã beſtiam petis ibi. 61
coriaceum auxilium 71
corinthiari 319
Corinthiis nõ indignatur Ilium 605
Corinthiis & collib. ſurget & uallib. deprimitur 63
corpore effugere 164
corpus ſine pectore 331
coronam quidem geſtans, cæterũ ſitu perditus 388
correctio dicti 128
corrigentis quod dictũ eſt ab alio 127
corrumpunt bonos mores colloquia praua 126
corrupta iudicia 410
corui luſciniis honoratiores 185
corruum delufit hiantẽ 224
coruus albus 276
coruus aquat 593
coruus ſerpentem 402
κορυζαντιᾶν 327
coryceus auſcultauit 231
Corytheo deformior 214
cotem alis 260
cothoniſſare 78
coturno uerſatilior 283
coturniſſare 369
coturnix Herculem 502
crãbe bis poſita mors 589
craſſa Minerua 53
craſſiora miſta 53
crater litium 88
Cræſi pecuniæ teruncium addere 21. 179

Crœso, Crasso ditior 170
creta notare 53
Cretenses sacrum 227
Cretensis mare 566
Cretẽsis cum Aegineta 560
Cretensis Cretensem 560
cretiza cũ Cretẽse 560. 610
crepitu probabis 107
cribro diuinare 106
Crisonam Himeræum præ currere 203
Crobili iugum 557
crocodili lachrymæ 569
Crodophagus 574
Crotone salubrius 539
crotoniatarũ postremus, reliquorum Græcorum primus est 180
crudelis Bacchus 129
κρυοχυτρολίκραιον 447
cubito emungere 123
cuculus 295
cucurbita sanior 539
cucurbitas lippis 84
cucurrit quispiã ne pluuia madefceret, & in foueã præfocatus est 410
cui ista arridẽt meis ne gaudeat 465
cui multũ est piperis, etiam holeribus immiscẽt 513
cuiusmodi portẽto me inuoluit fortuna 312
culicem colant 21
culicẽ elephãti cõferre 181
culleo dignus 294
cum amico non certandũ æmulatione 41
cum Care Carizas 561
cum cane simul & lorũ 346
cum Corycolucłari 269
cum deo quisque & gaudet & flet 217
cum diis nõ pugnandũ 165
cum diis pugnare 269
cum exossis suum rodit pedem 471
Cumani sero sapiunt 548
cum hasta cum scuto 100
cumini sector 571
cum Iaruis luctari 269. 454
cum Minerua manũ quoq; moue 298
cũ Nibas coccyssauerit 447
cum paruula est, bona uidetur spina 322
cum musis 466
cũ plurimũ laborauerim, eodẽ in statu sumus 269
cum principe non pugnãdum 139
cum puluisculo 527. 608
cum sacco adire 454
cum sarcinis enatare 554
cum ramento 609
cuniculis oppugnare 324
Cupidinum crumena porri folio uincta est 512
curare cuticulam 383
cura esse quod audis 24
curetum os 374
cur non suspendis te? 504
currentem incitare 505
currus bouem trahit 8

cursu lampada trado 485
κναβίζειν 73
κναμπτρώξ 300
κυκλῶ περιέλκω 221
cycloborī uox 97
Cyclopica uita 619
Cyclopis donum 431
Cyclopum more 617
cydi pœnam debet 88
cygnea cantio 196
cymbalum mundi 444
cyparitti fructus 612
Cyprio boui merendâ 577
cyrbes malorum 391
Cyrnia iactura 311
Cyrnia terra 619
Cythonymi dedecus 503
Cythnicæ calamitates 311
Cyziceni stateres 417

D

Daedali opera 287
Dædalium remigium 199
da lapidi uolam 258
da mihi mutuum testimonium 478
danace 381
danda uenia lapso 540
dare manus 615
dare uerba 250
Dares Entellũ ꝓuocas 401
Dasyp⁹ carnes desiderat 20
date mihi peluim 589
dat uenią coruis, uexat censura columbas 359
Dathus bonorum 78
Datyli dies 75
daulia cornix 238
Dauus sum nõ Oedip⁹ 452
dea excogitauit 57
Dea impudentia 257
de alieno liberalis 372
de alieno ludis corio 36
de asini prospectu 267
de asini umbra 267
de cœlo ad synagogam 598
de calcaria in carbonariã 437
decempes umbra 385
decernetur equa Thessalicæ 147
decipiẽti semel 352
decipula murẽ cepit 294
decora teipsum 524
de curru delapsus 33
dedecus publicum 503
dedi malum & accepi 393
δειπνοφαλλητὴς μῦς 470
de facie nosse 104
de fece haurire 118
de fera comedisti 24
de fructu arborem cognosco 104
de fumo ad flammam tendere 395
de fumo deceptare 261
de gradu deiicere 489
de grege illo est 554
de gusto cognosco 104
deinde expergiscebar 610
de lana caprina 262
de lapide emptus 118
de lautitiis 368
Delius natator 451
Delphicus gladius 51

delphinum cauda ligas 761
Delphinũ natare doces 260
de manu in manũ 38.209
demissis auriculis 350 (220
demittere sese ad aliorum mediocritatem 419
demulcere caput 25
dentata charta 456
dentem dente rodere 275
dente Teonino rodi 455
deo fortunę q̃ cõmitto 193
deorum cibus 367
Deorum manus 501
de pilo pendet 158
de plaustro loqui 373
de possessione deiicere 489
de pulchro ligno uel stran gulare 191
de pulmone reuellere 59
de re dubia quæritur maio ri obnoxius malo 568
deserta causa 89
desertum obtueri 333
despuere malum 135
de statu demigrare 201
destitutus uẽtis, remis ad hibe 541
de toga ad palliũ 284.437
de toruo aspectu 608
de tuo capite aguntur co mitia 158
deuotionis templum 188
Deus ex improuiso appa rens 501
Deus ulciscetur 629
Deum esse 82
Deum sequere 453
Deus undecunque iuuat, si modo propitius 79
dextro Hercule, aut amico Hercule 172
dextrum pedem in calceo, sinistrum in pelui 290
Διακοδωνίζειν 444
Diagoras melius 254
dicas tria ex curia 303
dicendo dicere discunt 65
dictum ac factum 208
dies adimit ęgritudinẽ 397
Dij laneos habẽt pedes 624
Dij facientes adiuuant 298
Dij omnia possunt 188
Dijs hominibus q̃ plaudẽ tibus 75
Dij tibi dent tuã menẽ 256
difficilia quæ pulchra 139
difficilis uir 64
digna canis pabulo 146
digna cedro 146
dignus argiuo clypeo 146
dignus obeliſco 146
dignus qui cũ in tenebris mices 146.209
dignũ patella operculũ 538
dignum propter quod ui dimoniũ deferat 146.392
dimidio uitæ nihil differũt felices ab infelicibus 620
dimidium plus toto 421
diobolares 112
Diomedea necessitas 440
Diomedis & Glauci permu tatio 278
diolygium malum 307

Dionis gry 126
Dionyſius Chorinthi 219
Δὶς διὰ πασῶν 144
diſcum quàm philoſophũ audire malunt 134
diſertè ſaltare 9
diu delibera 594
diu diſſimulatum aperientis 570
diues aut iniquus eſt, aut iniqui hæres 171
diues factus iam deſijt gaudere lente 508
diues promiſſis 206
diuitiæ nõ ſemper optimis contingunt 173
diuinũ excipio ſermonem 61, 188
dodonæum æs 232
docuit e urinãdi artẽ, & tu me uis demergere 409
domeſticè notus 445
domeſticus teſtis 289
domeſticum malum 195
domeſticum diſſidium 156
domeſticum theſaurum calumniari 89
domi coniecturam facere 105
domi habet, domi naſcitur 195
domi leones 607
domi manendum 177
domi manere opportet bel lè fortunatum 177
domi Mileſia 601
domi nobilis 444
domũ quum facis, ne reliquas impolitam 482
domus amica, domus optima 177
domus optima 177
domus recta 422
donum quodcunq; aliquis dat, proba 434
Doribus doricè loqui fas eſt 564
Dorica muſa 428
dormientis rete trahit 221 96
Doryphorematis ritu 587
doſones 612
drachmæ grando 513
duabus anchoris fultus 541
duabus ſedere ſellis 283
dubia cœna 369
ductus per phratores canis 626
dulce bellũ inexpertis 249
dulce & amarum 467
dulce pomum quum abeſt cuſtos 631
dulcis cubitus 136
dum clauum rectum teneam 357
dum genua uirent 16
duobus pariter euntib. 91
duobus pedibus fugere 200
duodecim artium 284
duos inſequẽs lepores, neutrum capit 227
duos parietes de eadem fidelia dealbare 284
duplex cappa 251

duplices uiros 284
dureus equus 322
durus alloquijs 63
durus & implacabilis 64

E

EAdem cera 557
eadem mensura 469
eadē oberrare chorda 351
eadem pensari trutina 357
eadem per eadem 589
eadem tibi & Pithia & Delia 581
eamus Athenas 135
eandē rundere incudē 589
ea tela texitur 5
ebur atramēto cādefacere 117
è canis podice 158
è cantu dignoscitē auis 105
è circulo 114
echino asperior 63
echinus partum differt 405
ἐκλινίσω 177
è clibano boues 384
ἐκπεδιήσω 177
è Creta raptus 47
è culmo spicā conijcere 105
edax currus 530
edax triremis 582
ede nasturcium 323
edentulus uescentium dentibus inuidet 348
è dolio hauris 511
è domo in domum 444
è duobus tria uides 86
effœminatorum etiam oratio effœminata 105
effœta senecta 381
è fimbria de texto iudico 103
efficimus pro nostris opibus mœnia 420
è flamma cibum petere 122
effugi malū, inueni bonū 76.509
ego de allijs loquor, tu respondes de cepis 32
ego ex bono in bonum traductus sum 510
ego faciam omia more Nicostrati 391
ἐγκεῖσθαι ἡμέρα· 613
eidē inhiātes testamēto 237
eisdē è literis comœdia & tragœdia cōponitur 52
eiusdē musæ æmulus 562
electro lucidior 491
elephātū ex musca facis 16
elephantus non capit murem 109
elucet egregia uirtus 185
Embarus sum 332
è Massilia uenisti 340
emendus cui imperes 376
emere malo ἢ rogare 196
emori risu 537
Empedoclis simultas 464
emunctæ naris 338
è multis paleis parum fructus collegit 264
è nassa escam petere 160
ὃν ἐπιτομῇ 83
Endymiōis somnū dormis 104(372
è neuo cognoscere 490
ἐν πλάτει

eodem bibere poculo 394
eodem cubito 479 (10
eodē collirio mederi oibus
eodem in ludo docti 562
è Patroclis domo uenit 574
ἐπαύλια λᾶρα 390
Epeo timidior 602
è perforato poculo bibere
ephemeri uita 621 (290
Ephesiæ literæ 251
epimenideum corium 381
epiphyllides 611
epopa cum cygnis 8
epyscithizare 387
equi dentes inspicere dona tī 435
equis albis p̄cedere 181.199
equi senecta 240
equitandi peritus ne cātet 540
è quercub. ac saxis nati 467
equum habet Seianum 305
equus me portat, alit rex 546
erecti 67
Erethrienſium rho 539
Ergini cani 548
erynnis ex tragœdia 366
ἐσημαλίχθαι 137
ἔστετε νῦμ μαι 391
Esernius cū Pacidiano 561
è squilla non nascitur rosa 468
esto promus 148
est Pylus ante Pylum 633
è sublimi me derides 137
esurienti ne occurras 347
esurienti uulpi somnus obrepet 567
è Tārali horto fructus colligis 274
è tardigradis asinis equus prodiit 467
& fama fuit & erat 374
è terra spectare naufragium 542
etiam Bætylum deuorares 198
etiam si Cato dicat 143
etiam capillus unus 49
etiam corchorus inter holera 115
etiā dormiēs somniat 632
etiam in deorum cœtu 456
etiā quercus baccharur 63
etiā si lupi meminisses 582
et me mater, &c 497
et meum telum cuspidem habet acuminatam 415
et nati natorum 176
et operam & retiam perdere 263
et post malam segetem serendum est 195
et prædam & præmiū 609
et puero perspicuū est 491
è tribus malis unum 306
et Scellij filium abominor 464
euenit malo malè 625
euentus præter expectationem 501
è uestigio 199
euitata charybdi, in Scyllā

incidi 409
eum auſcultа cui quatuor ſunt aures 521
eunde in calceum omni pedi inducere 276
eundem tundere incudem 589
Euparyphus ex comœdia 174
euripus homo 283
eurybatizare 253
Eurycles 407
ex academia uenis 58
exacta uia uiaticum quærere 37
ex æquo partire 258
ex amphureto bibiſti 388
ex aſpectu naſcit amor 46
ex cohorte prætoris 26
excubiarum cauſa canens 277
excubias agere in Naupacto 312.50
ex diametro oppoſita, diametro diſtant 167
execrationes ſerere 392
ex eodem ore calidum & frigidum efflare 290.486
exercitatio poteſt omia 66
ex fronte perſpicere 104
ex habitu bonũ utrum præ ſe ferat 104
ex harena funiculum nectis 246
ex inanibus paleis 272
ex Iouis tabulis teſtis 206
exigit à ſtatuis farinas 526
exigua res eſt ipſa iuſtitia 356
exiguum malum, ingẽs bonum 468
exiguũ oboli precium 114
eximere è manu manubrium 458
ex ipſo boue lora ſumere 399
exitũ nulla ratio 597
ex libro gubernatores 450
ex minimis laboribus maxima 468
ex natali emortualem facere 17
ex ore lupi 164
ἐξορχεῖσθαι 34
ex ouo prodiſt 213
exordiri telam 5
expedit plura habere cognomina 289
ex phelleo uenire 574
expecta anus 595
expecta bos aliquãdo herbam 535
expertes inuidentię muſarum fores 348
ex ſe finxit uelut araneus 291
ex ſinu illius 39
ex ſtipula cognoſcere 105
ex ſyngrapha agere 535
ex tempore uiuere 544
extis pluit 79
extra calcem 2
extra fumũ & undam 541
extra cantionem 169
extra chorum ſaltare 32

extra lutum pedem habes 546
extra oleas fertur 169. 32
extra organum 169
extra periculum ferox 546
extra publicam uiam 90
extra quærere sese 570
extra telorum iactum 546
extrema extremorũ mala
extrema linea 519 (307
extremis digitis attingere 298
extremum occupet scabies
extripode 206 (614
extritum ingenium 125
ex tua officina 469
ex umbra in solem 39
ex uno multa facere 58
ex uno omnia specta 105
exurere mare 274

F

FAba nummus 430
Fabarum arrosor 526
faber compedes quas fecit, ipse gestet 405
faber cum sis 16
facere fucum 250
faciem, os perfricare 257
facies tua cõputat annos 379
facilè cum ualemus, recta cõsilia ægrotis damus 35
faciunt & sphaceli immunitatem 500
facta iuuenũ, cõsilia medio crium, uota senum 30
factũ stultus agnoscit 549
factum transactum 155
fallacia alia aliã trudit 396
falces postulabam 32
falsum probrum 87
fames & mora bilem in nasum conciunt 197
fames magistra 473
fames melæa 475
famis campus ibi.
farcire centones 235
fastuosus Maximus 59
fatale utię tẽpus exactũ 382
fatis adactus ibid.
fatis imputandum ibid.
fato Metelli 237
fatum immutabile 439
fecẽ bibat, q uinũ bibit 409
feles Tartessia 334.526
feli crocoton 167.343
feneſtram aperire 458
feras non culpes q̃d uitari non potest 440
feri puer 280
ferire frontem 424
ferre iugum 255
ferro diuidere 617
ferreus, aheneus 62
ferrum acuitur ferro 478
ferrum & flamma 416
ferrum natare doces 266
fertilior seges est in alieno agro 349
feruet olla, uiuit amicitia
festina lentè 205. 590 (471
festo die si quid prodegeris 512
festucam ex oculo alterius

deficere 496
Festum multas habens 462
ficulnus 119
ficulnus gladius 120
ficulnum auxilium 71
ficum cupit 24
ficum Mercurio 120
ficus auibus gratæ 385
ficus ficus, ligonẽ ligoem uocat 376
ficus post pisces 557
ficus diuidere 573
fictilis homo 621
fiducia pecunias amissi 141
fidus amicus 42
figulus figulo inuidet 347
filius degenerans 134
filiũ cõtentiõis tũc erat 161
filiũ neuisti, & acu opus est 483
finem uitæ spectа 484
fixis oculis intueri 151
flagitiosæ turpis exitus 629
flãma fumo est proxima 159
flere ad nouercę tumulũ 565
fletu victor, uictꝰ interĩt 614
flocci non facio 111
flos cinis 219
floribus austrum 305
fluctus mutus 349
fluuius non semper fert secures 227
fluuius quæ procul absunt, irrigat 6
focus luculẽtius in ędib. 211
fœdum est & manfisse diu, uacuumq; redisse 228
felicibus sunt & trimestres liberi 174
felicitas à Deo 81
felicitas multos habet amicos 44
felicium multi cognati 44
felix Corinthꝰ, at ego sim Teneates 28
felix qui nihil debet 632
fœmina nihil pestilẽtiꝰ 210
fœnum esse 325
fœnũ habet in cornu 494
folio ficulno tenes anguillam 293
folium Sibyllæ 205
fontes ipsi sitient 245
fontibus apros 407
foras Cares, non amplius Anthisteria 343
fores aperire 6
fores habet tritas, ut pasto rum casæ 219
formica camelus 185
fors domina campi 218
fortes fortuna adiuuat 68
fortis in alium fortiorem incidit 630
fortuna æstuaria 218
fortunatior Strobilis Carcini 306
fortuna reddit insolentes fractis auribus 505 (495
frater uiro adfit 91
fratrũ inter se iręsunt acerbissimæ 465
fricantem refrica 478
frigidam aquã suffunderet 280

fron

frons occipitio prior 154
frontẽ exporrigere, frontem contrahere 365
frontis perfrictæ 257
fruſto panis 111
fruſtra canis 272
fruſtra currit 272
fruſtra habet, q̃ nõ utitur 6
fruſtra Herculi 88
fruſtratus conatus 101
fuêre quondam ſtrenui Mileſij 229
fuga tutior 357
fugę procul à uiro maiore fulgur ex pelui 125 (157
fulmus Troës 229
fuit & Mandroni ficulna nauis 510
fumantem naſum urſi ne tentaueris 630
fumi umbra 125
fumoſæ imagines 444
fumos uendere 610
fumum fugiens, in ignem incidi 499
funem abrumpere nimiũ tendendo 422
fungus 32
funiculum ad lapidem 154
funiculum fugiunt miniatum 413
funem reducere 435
funditus, radicitus 345
furari littoris harenas 15
furem fur cognoſcit, & lupum lupus 556
fures clamorem 413

G

GAllos q̃d execas? 15
Gallorum incuſare uentrem 511
gallus infilit 604
gallus in quo ſterquilinio multum poteſt 55
gangamon 487
gargara bonorum 78
gaudiũ dolori iunctum 48
gamma betã perſequitur 156
generoſior Codro 442
generoſioris arboris ſtatim planta cum fructu eſt 469
generoſior ſparta 443
generoſus ex crumena 117
genius malus 306
genuino mordere 456
genu ſura propius 515
Gigantum arrogantia 60
gladiator in harena conſilium capit 552
gladiatorio animo 493
gladiũ acutũ auertas 165
gladium dediſti quo ſe occideret 458
Glauci ars 417
Glaucus alter 522
Glaucus comeſa herba, habitat in mari 148
Glaucus poto melle reſurrexit 502
gleba aruum 22
gloſſogaſtores 26
glorioſum & apud poſte-

ros 502
gloria futuri 503
gnomon & regula 353
γοργόν βλέπειν 151
Gorgonem Perseus aggreditur 187
graculus inter musas 166
græca fide 286.486
Græco more bibere 385
grata breuitas 93
grata nouitas. 446
grauiora Sambyco patitur 310
grues lapidem deglutiētes
γρύζειν 605 (153
guttam aspergere 430
gutta uini 22
gyrgathum spiras 277
Gygis anulus 74

H

HAbet 623
habet & inusca, splenem 626
hâc non egredit uerbũ 450
hæc potior 185
hæc Medus non obseruabit 543
hæret in uado 487
hęsitâtia cãoris tussis 566
Halcedonia sunt apud forum 545
halcyonis agis dies ibi.
hanc technam in teipsum struxisti 399
harena cedere 615
harenæ mandas semina 261
harenam metiris 261
harmodij cantilena 362
hasta caduceum 51
hastam abijcere 615
haud annũcians bellũ 449
haud canit paternas cantiones 134
haud contra ostium 32
haud impunè uindemiam facies 89
haud perficiet 484
haudquaquã difficile Athenis̃ esse Athenis laudare 24
haud unquã arcet ostiũ 238
Hecala pauperior 473
Hecatæ cœna 223
hedera post anthisteria 550
heracleus lapis 353
herbam dare 615
Helenæ cibi 367
Herculana scabies 321
Herculana balnea 267
Herculani lecti 387
Herculanus morbus 321
Herculanus nodus 616
Herculani labores 273
Hercules & simia 185
Hercules hospitatur 595
Herculis cothurnos aptare infanti 6
Herculis quæstus 373
Heri & nuduistertius 448
Hermionis uice 543
Hermodij cantilena 362
hernioſi in campum 599
hernioſus usq; ad gulã 337

hero

heroum filij noxæ 134
Hesiodi senecta 378
Hesperidum mala 391
heterognathus es 384
heteromolia causa 89
Hiberæ næniæ 611
hic bonorum uiror̃ morbus est 504
hic funis nihil attraxit 227 268
hic Rhodus, hic saltus 61
hic telam texuit ille deduxit 483
hinc belli initium 468
hinc illę lachrymę 294. 470
hinnulus leonem 182
Hipparchorum tabula 623
hipparchi murus 582
Hippolitũ imitabor 523
ὑππομανὴς 339
Hipponacteũ 456
hirundines sub eodem tecto ne habeas 316
hirundinum musea 132
hirundo totos scœnos anteibit 182
hoc age 68
hoc calceamentum consuit Histiæus, Aristagoras induit 285
hoc iam & uates sciunt 445
hoc municeps aut uicinus nunciauit 87
hoc noueram priusquam Theognis natus est 116
hodie nihil succedit 303
hodie nullus, cras maximus 510
holerũ appositiões 114. 21
homines frugi omnia recte faciunt 355
homini diligẽti semper aliquid superest 153
hominis figura oratione agnoscitur 563
homo bombylius 59
homo bulla 619
homo homini deus 501
homo homini lupus 143
homo semp cõtradicẽs 235
homo Thales 520
homo trioboli 114
homo tressis 108
horna messis 77
hospes indigenam 618
hostimẽtum est opera pro pecunia 479
hostis domesticus 402
hostis non hostis 317
hostiũ munera nõ mu. 142
huius non facio 115 (431
humi hauris 274
hydram secas 268, 393
hydrus in dolio 295
hylam inclamans 268
hyperberetæa 595
hyperi uertigo 589
ὑπερφυὴς μένη 211
ὑπερμαζὴν 368
Hypsea cæcior 85
Hystricis seta 457

I

IActare iugum 27 (348
iactantię comes inuidia
Ialemo

Ialemo frigidior 301
ἰαμβίζειν 392
ibyci equus 18
Ibyci grues 624
idem Accij, & Titij 563
iecit Achilles duas tesseras & quatuor 76
ignarum dare 280.412
Ignauis semper feriæ 242
Ignaui uertitur color 603
igni ferro q̃ minari 416
ignem dissecare 162
Ignẽ gladio ne fodito 361
ignem igni ne addas 394
ignem palma 201
ignis ad torrem 507
ignis, mare, mulier, tria mala 210
ignis nõ extinguitur igni 394
Iisdem uescentes cepis 562
Ilias malorum 308
Ilico hyems erit 396
Ilienſis tragœdos cõduxit 398
illò respiciẽs, sed hic remitte bona 567
illotis manibus 597
illotis pedibus ingredi ibi. imperitus subligaculo indutus, omnibus id ostẽtat 59
Ĩ modo uenare leporẽ, nũc Itym tenes 510
immolare boues 513
imis ceris eradere 451
imi subsellij 118
imitabor Nepam 436
impete peritum artis 276
immunem uenire 575
imperator bonus & idem robustus miles 523
impossibilia captas 246
improbitas muscæ 70, 424
improbi consiliũ in extremum incidit malum 624
in absurdè locutum 132
in acie nouaculæ 160
in ære meo est 43
in aëre piscari 15
in agro sarculario capras 169
in alieno choro pedem ponere 34
in alieno foro litigare 243
in alio mundo 241
in angulo 461
inani spe flagrat 227
inanis conatus 276
inaniter aquã cõsumis 269
inaniũ inania consilia 563
in apes irruisti 303
in Aphannis 449
in antro Trophonij uatici natus est 362
in antrũ haud legitimum stimulum impingis 618
in aqua hæret 488
in aquam sementem iacis 265
in aqua scribis 262
in area latitas 294
in armis accisſat 497
in aurem dicere 461

in beatam 305
in beato omnia beata 582
in caducum parietem incli nare 228
in canis podicē inſpicere 85
in capur præcipitari 619
incaprificatus es 93
in capras ſylueſtres 135
in Care periculum 192
incidit in foueam quam fe cit 399
incita equū iuxta nyſſam
in clamoſos 97 (32
in cœlo eſſe 82
in cœlum expuis 401
in cœlum iacularis 270
in craſtinum ſeria 342
incudi reddere 552
in culmo arare 435
incus maxima non metuit ſtrepitum 109
in dextram aurem 545
in diem uiuere 544
indignus qui illi matellam porrigat 123. 183
in diſcrimine apparet qui uir 69
indoctior Philonide 122
in dolio figularem artem diſcere 192
indutis me leonis exuui um 168
indulgere genio 582
indus elephantus non cu rat culicem 121
induſtriā adiuuat Deus 299
in eadem es naui 158
in caſdē anſas ueniſti 294
in eburna uagina plūbeus gladius 168
inelegātior Liberhrijs 239
in eodē hæſitas luto 270
in eo ipſo ſtas lapide, in q̄ præco prædicat 137
Inertium chorus 121
ineſcare homines 322
ineſt & formicæ & ſerpho bilis 627
ineuitabile fatum 439
inexorabilis 62
inexorabilis & durus 65
inexplebile dolium 532
inexploratus homo 254
in fermento iacere 549
infixo aculeo fugere 455
inflare buccas 363
inflare plagā ab aratro 216
influit quod ex ēauritē 274
in folle offerre 446
in foribus adeſſe 200
in foribus urceum 120
in formidoloſum 605
in frigidum furnum panes immittere 266
in fugitiuum 605
ingens diſcrimen 164
ingens interuallum 145
ingens telū neceſſitas 440
ingēs rerum multitudo 78
ingratitudo uulgi 315
ingredi lunonium 58
in harena ædificas 262
in harenam deſcendere 192
in herba eſſe 279

In herba luxuries 10
In herbis 580
in hoc calceamento pedem habet 321
In holmo cubabo 520
in idem conspirare 103
inimicus & inuidꝰ uicinorum oculus 347
iniquũ petendũ, ut æquum feras 423
initium belli 468
initio confidens, in facto timidus 604
iniuria soluit amorem 45
In lapidicinas 304
In laqueos lupus 294
in laqueum inducere 251
in leporinis 369
In lente unguentũ 168, 342
in limine offendere 178
In lipsydrio pugnas 216
in magnis & uoluisse sat est 101
In mari aquam quæris 14
in matellam immeiere 558
in me hæc cudet faba 628
in morbo consumat 428
in nauibus educatus 328
In neruum ire 159
in nihil sapiendo iucundissima uita 221
in nocte consilium 351
innocuus alium aspiciam, meũ habentẽ malũ 36
in numerato habere 507
In occipitio oculos gerit 351
in omnia potentes 498
in omni fabula & Dædali execratio 189
in orci culum incidas 305
in ore atq; oculis 445
in ostio formosus 24
in pace leones 345
in parte uel ignem præcetur aliquis 278
in pedes retrocedit 606
in periculoso negocio nõ est dormitandum 164
in planiciem equum 505
in portu nauigare 542
improbitas muscæ 70
in pulicis morsu deum inuocat 603
in puteo cõstrictus 127, 488
in puteo cum canibus pugnare 305
in Pythũ templo cacare 157
in quadrum redigere 151
in quinq; iudicum genibus situm est 352
in re mala, animo si bono utare, adiuuat 27
insana laurus adest 517
insania non eadem omnibus 256
insanire cum insanientibus 454
in saxis seminas 263
inscitia confidentiam parit 598
in se descendere 419
in senem libidinosum 344
in senem ne quod colloca-
ris

ris beneficium 317
in simpulo 462
in sinu gaudere 584
in sinu manum habere 578
in sola Sparta expedit senescere 380
insperabilē uitā agis 502
in syluam ligna ferre 270
intempestiua beneuolētia nihil à simultate differt 341
in tempore cauēda pœna mali 414
in tenebris saltare 461
inter cęcos regnat strabus 186
inter cæsa & porrecta 595
in tergore bouis desedit 626
inter indoctos etiam corydus sonat 116
inter lapides pugnabant, nec lapidem tollere poterant 275
inter malleū & incudē 160
inter manum & mētum 218
inter os & offam 278
inter pueros senex 49
inter sacrum & saxum 158
in terra pauperem 544
inter sęcta musica 234
interuallo perit fames, & optimè perditur 596
in toga saltātis personam inducere 19
intra labia risit 535
in tranquillo est 541
in transcursu 207
in transennam inducere 322
intra septimam 201
intra tuam pelliculam te contine 420
intra tuas præsepes 54
in triuio sum 51
in tuà ipsius harena 243
in tuo luco & fano est situm [illegible] 544.
in tuo regno ibi.
intus canere 514
intus & incute 446
in tuum ipsius caput 466
in tuum ipsius malū lunā deducis 401
in tuum ipsius sinū inspue 420
in uado 541
in uia ne seces ligna 572
inuita Minerua 127
inuitos boues plaustro inducere 272
inuitus Iupiter nouit 626
in ultimas terras 190
Inus dolores 311
inutilior blace 525
in uenatu periit 399
in uentrem insilire 574
inueni, non quod in faba pueri 76
in uino ueritas 375
inuitis canibus uenari 273
in utramuis aurem dormire 545

in utrumuis dormire oculum 565
inuulnerabilis ut Cæneus 615
iocandum ut seria agas 17
iocra seriaq; 466
Ioniè 385
Io pæan 26
Iouem lapidem iurare 207
Iouis Corinthus 588
Iouis cerebrum 367
Iouis germen 444
Iouis lac 367
Iouis quadrigis 199
Iouis sandalium 59
Iouis suffragium 268
Iouis tergus 601
ipsa dies quandoq; parẽs, quãdoq; nouerca est 217
ipsa olera olla legit 559, 407
ipsa senectus morbus per se 321
ipse dixit 59
ipse semet canit 26
ipse sibi mali fontem repe rit 405
ipse sibi perniciem accersi uit 408
ipsi curandum 23
ipsis & Chijs 39
ipsis placet 496
ipsi testudines edite qui ce pistis 408
ipso cratere 409
ipso horreo 372, 512
ipsum ostij limẽ tetigisti 22
ira omnium tardissimè sescit 469
iracundior Adria 330
ire per extensum funẽ 139
Iro Codro pauperior 474
irrisibilis lapis 362
irritare crabones 361, 406
Issa 306
Isthmum perfodere 261
ita fugias ne præter casam 421
ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τὰν 215
iterum atq; iterũ apud Py thum uia 588
iterum tranquillitatem ui deo ibi.
iterum eũdem ad lapidem offendere 351
Ithorus 152
it idem & Acheronti 592
iubentis aperte loqui 375
iucunda malorum præteri torum memoria 412
iucũda rerũ uicissitudo 413
iucundi acti labores 412
iucundissima nauigatio iux xta terram, ambulatio iuxta mare 413
iugulare mortuos 12, 454
iugum idem trahere 356
iungere uulpes 11
Iupiter aquilã delegit 148
Iupiter orbus 12
iustitiæ oculus 356
iustitia in se uirtutem com plectitur omnem 355
iustitia iustior 356
iuuenari 355

iuuenta uiribus pollet ibi.
iuxta cubitũ profecit 509
iuxta cum ignarissimis 243
iuxta fluuiũ puteũ fodit 14
iuxta melam 150
iuxta nauem 433
Iynge trahor 47

L

Labore laboriosi? 307
laborem ferere 268
labrax Milesius 532
labyrinthus 489
lachryma nihil citius arescit 282
lacinia tenere 296
lac gallinaceum 79.536
laconicæ lunæ 593
laconismus 83
lacunam explere 526
λακκόπλυτοι 174
lanã in officinã fullonis 13
lapidem decoquis 267
lapides fiere 366
lapidi loqueris 267
lapsana uiuere 575
laqueus auxiliari uidet 396
laqueus laqueũ cepit 294
largitio nõ habet fundum
Lari sacrificãt 578 (512
larus hians 532. 329
larus in paludibus 372
larus parturit 225
λαρυγγίζειν 98
latè uiuens 244
laterem lauas 267
latum unguem, & similes hyperbolæ 66
laudant ut pueri pauorem
laudicen 56 (528
lauerniones 529
laureolã in mustaceis quærere 57
lauares Peliam 508
laureum baculum gesto 80
lecytho pinguior 327
lecythũ habet in malis 230
legatus non cæditur nec̃ uiolatur 206.547
lemnia manu 129.312
lemnium malum 307
lens Deus 588
lenticulã angulo tenes 246
lentiscum mandere 340
leo cordula uinctus 551
leonem ex unguibus æstimare 103
leonem larua territas 259
leonem radere 407
leonem stimulas ibi.
leonem uidere, hostium te portendit 107
leonina societas 617
leonis catulum ne alas 616
leonis exuuium super crocoton 19
leonis uestigia queris 604
leporem non edit 212
lepori esurienti etiam placentæ fici 441
leporis uita 545
lepos Atticus, eloquentia Attica 196
lepus pro carnibus 163
lepus dormiens 569

lepus apparens, infortunatum facit iter 313
Lerñ mali 251
lerna malorum 308
lesbia regula 355
lesbiari 337
lesbijs digna 336
Lesbius Prylis 521
letale multum 25
λιτυμπανίας 606
leui brachio 298
leuissima res oratio 235
lex & regio 453
lex in manibus 617
libera corcyra, caca ubi libet 377
liberæ capræ ab aratro 241
liberi poëtæ & pictores 377
liber nõ est, qui nõ aliquãdo nihil agit 459
libero lecto nihil iucundius 376
liberorum amãtior quàm Gello 45
Libyca fera 289
lignum tortum haud unq̃ rectum 314
limam addere 132
limen senectæ 381
λιμοδωρίας 475
Lindij sacrum 537
lingere salem 575
lingua amicus 44
lingua bellare 504
lingua iurauit 887
lingua lapsa uerè dicet 305
lingua non redarguta 257
lingua quò uadis? 234
lingua seorsum incidit 236
linum lino nectis 267,590
lippo oculo similis 424
lis litem serit 395
litem incipere 538
litem mouebit, si uel canẽ asinus momorderit 537
litem parit lis, noxa item noxam parit 395
littore loquior 232
littori loqueris 260
Lityersam cantionem canis 363
Locrensis bos 117
Locrense pactum 285
lolio uictitant 84
longæ regum manus 619
longè latéq; 143
longum proœmium audiẽdi cupido 587
longum ualere iussit 456
loquax talpa 324
loripepem rectus deridet 137
lotum gustauit 248
lucernã accẽdere possis 349
lucernam adhibes in meridie 20
lucerna pinguior 327
luciniæ deest cantio 248
lucri bonus odor est ex re qualibet 527
lucrum pudori præstat 527
lumen soli mutuas 7
lunæ radijs nõ maturescit botrus

botrus 71.484
lunam detrahere 401
lupi alas quæris 16
lupi decas 254.
lupi illum priores uiderũt 428
lupinum potum 202
lupo agnum eripere postulat 248
lupus ante clamorem festinat 413
lupus aquilam fugit 413
lupus circum puteum chorum agit 225
lupus est in fabula 582
lupus hiat 226
lupus pilum mutat nõ mẽtem 313
luscinię nugis insidẽtes 232
luto lutulentior 575
lutum luto purgare 395
lutum nisi tundatur nõ fit urceus 300
lutum sanguine maceratũ 129
lux affulsit 80
lychnobiũ 443
lynceo perspicacior 489
Lydi mali, post hos Aegyptiũ 251
Lydio more 337
Lydius currus 187
Lydius lapis 353
Lydorum carycæ 369
Lydum in planiciem prouocas 506
Lydus cauponatur 337
Lydus in meridie ibi.
Lydus ostium claudit 143
Lysicrates alter 173
lysistrati diuitias habes 170

M

Machinas post bellũ adferre 593
macilenta manu pinguem pedem 472
macilentior Leotrephide 575
mactata hostia lenior 411
maduſa 72
Mæsonica dicteria 393
magadari 486
magis gaudet eo, qui senectam exuit 365
magis impius Hippomene 255
magis ipse Phryx 26
magis mutus q̃ piscis 585
magis sibi placet q̃ Peleus in Machæra 60
magistratum gerens, audi & iustẽ & iniustẽ 27
magistratus uirũ indicat 191
magis uarius q̃ hydra 288
magna ciuitas, magna solitudo 418
Magnetum mala 307
magnorum fluuiorum nauigabiles fontes 469
magnum os anni 173
magnus uersator in re pusilla 287
mala attrahens ad se, ut cæ

cias nubes 400
mala malis eueniunt 625
mala perditio 629
mala ſeniũ accelerant 548
mala ultro adſunt 306
Maleam legens, quæ domi ſunt obliuiſcere 163
malè coniugati 210
malè parta, malè dilabuntur 629
mali bibunt improbitatis fecem 622
mali commatis 252
mali corui malũ ouũ 469
mali principij, malus finis 199
mali thripes mali ipes 561
malis mala ſuccedunt 308
malis ferire 428
malis ter mala 629
malo accepto ſtultus ſapit 549
malo aſino uehitur 310
malo nodo malus quærendus cuneus 563
malorum aſſuetudo 397
malorum obliuio 450
malorum panegyris 309
malorum theſaurus ibi.
malum bene conditum ne moueris 408
malum conſilium 403
malum eſt bonum 345
malum lucrum, æquale diſpendio 321
malum malo medicari 395
malum munus 431
malũ uas nõ frangitur 221
malum Hercules 119
malus choraules, bonꝰ ſymphoniacus 238
malus cum malo colliquescit uoluptate 515
malus tanitor 295
mandare laqueum 116
Mandrabuli more res ſuccedit 133
manduces 198
manica 184
manci pera 613
manibus pedibuſq; 99
maniuoro uinculo 426
Manliana imperia 128
manſum ex ore 46
manũ ad os apponere 184
manu fingere 300
manu lõga & manu breui tradere 209
manum admouenti fortuna eſt imploranda 299
manum admouere 515, 299
manum de tabula 413
manum ferulę ſub duximꝰ 353
manũ habere ſub pallio 166
manum non uerterim 118
manu ſerendum non thyrſo 591, 410
manus manum fricat 477
manus precium 301
Maras 356
margites 325
mare aureum 389
mare cœlo miſcere 101

mare exhauris 274
mare malorum 309
mare prius uitem tulerit 245
mare proluit omniũ mortalium mala 255
mari aquam addere 276
mari è fossa aquam 18
marinam auditionẽ fluuiali abluit sermone 30
maritimi mores 286
maritimus quum sis, ne uelis fieri terrestris 427
Mars communis 278
Mars haud concutit sua ipsius arma 562
Mars rex 618
Martem tueri 366
Martis pullus 69
maschalam tollere 388
masculum 215
matioloechus 64
matrẽ sequimini porci 385
matris ut capra dicié 443
μαπιάζειν 368
maturè fias senex 379
matura uirgo 385
matura satio sæpè decipit, sera semper mala est 202
maturior moro 507
mazã pinsuit à me pistã 98
mea est pila 615
mediũ ostendere digitũ 116
medius teneris 293
medullitus, oculitus 46
Megarenses neq; tertij neque quarti 121
Megarenſiũ lachrymæ 565
Megaricæ sphinges 528
Megaricum machinamentum 289
meis auspicijs 94
Melanione castior 523
meliacum remigium 234
meliores nancisci aues 509
melitæa catella 293
melitæus catulus ibi.
melle litus gladius 568
melle teipsum perungis 336
mellis medulla 368
melius nobis est q̃ heri 509
μελλονικιάν 595
memorem mones, doctum doces 272
me mortuo terra misceat incendio 33
mendax atraphaxis 496
mendici pera nõ impletur 527
mendico ne parentes quidem sunt amici 476
mẽdicorum loculi semper inanes 527
mẽse Maio nubũt malè 342
mens est in tergoribus 571
mens nõ est in cẽtauris 324
mens uidet, mens audit 492
mens peregrina 67
menthã belli tẽpore neq; ferito, neq; edito 342
mentiuntur multa cantores 610
meos corymbos necto 33
mercator est 516

mercator nauiga atque ex pone 508
mercenariũ præconium 23
Mercuriale 501
Mercurio dextro 466
Mercurius infans 7
Mercurius superuenit 581
merx ultronea putet 120
Messena seruilior 333
messeten⁹ ,ppria uiue 422
methysocottabi 386
metiri digitis 152
metũ inanem metuisti 258
metus infamiæ 414
Midæ diuitiæ 170
Midas auriculas asini 326
Midas in tesseris cõsultor optimus 80
mihi curæ erit negociũ 154
mihi ipsi balneũ ministrabo 515
mihi ista curæ futura sunt 154
mihi istic nec seritur, nec metitur 33
militauit cũ Erasinade 312
milium terebrare 266
milium torno sculpere 272
Mineruæ felem 182
Mineruæ suffragium 208
minimo prouocare 116
minore finire pomærio 83
minus de istis laboro, q̃ de ranis palustribus 121
minus habet mentis, q̃ Dithyrambog poëta 330
minutula pluuia imbrem parit 63
minxit in patrios cineres 313
mira delente 31,345
miserã messem metere 627
miserior monomachis 274 310
miscebis sacra prophanis 101
miserrimũ fame mori 197
mithragyrtes, non daduchus 112
mitior columba 411
mitte in aquam 304
mittere sanguinem 329
moderator negotij 522
modio demetiar 399
modis omnibus incitat 280
modò palliatus, modò togatus 281
Mœnia ferrea non terrea 216
mœnia Semiramidis 344
molestum apud stultos loqui sapientem 344
molestus interpellator uester 197
molli brachio 298
momo satisfacere 53
monogrammi 214
monophagi 376
mons cum monte non miscetur 563
monstrari digito 187
monstrum alere 461
montes frumenti 389
Mopso Nisa datur 502

morbū morbo addere 395
mordere frenum 350
mordere labrum 350
mordicus tenere 492
more Carico 13
mores amici noueris, non oderis 37
mores hominum regioni respondent 563
moriendū priusq̄, &c. 297
mors oībus cōmunis 441
mors optima rapit, deterrima relinquit 380
morsus aspidis 457
mortem tueri 608
mortis campus 619
mortui non mordent 454
mortuis nō conuiciandum ibi.
mortuo leoni & lepores insultant 542
mortuo mederi 276
mortuo uerba facis 260
mortuos uidens 107
mortuum flagellas 260
mortuus per somnum, uacabis curis 107
mortuum unguento perūgis 12
mortuus iacet pedens 569
moschus canēs Bœoticum 233
mouebo talum à sacra linea 194
mouere Camarinam 408
mox sciem⁹ meli⁹ uate 190
mulgere hircum 11
mulier imperator, & mulier miles 604
mulierē orat silentiū 583
mulieri ne credas, ne mortuæ quidem 210
mulieris animus 283
mulieris oculus 211
mulieris podex 242
mulier pudica ne sola sit usquam 211
mulierum exitia 210
muli Mariani 301
multa cadūt inter calicem, supremaq̄ labra 278
multa docet fames 473
multæ manus onus leuius reddunt 93
multæ regum aures atque oculi 131
multæ rotæ uoluentur 217
multa in bellis insania 258
multa in medio 218
multam syluam gestas 212
multa noris oportet, quibus Deum fallas 290
multa nouit uulpes, uerū echinus unum magnū 287
multa Syrorum holera 114
multas amicitias silentium diremit 41
multi discipuli præstantiores magistris 184
multi Mannȳ Ariciæ 445
multi qui boues stimulēt, pauci aratores 565
multis ictibus deiicit quer-

cus 66
multi bonic⁹ 445
multis parasangis pręcurrere 181
multi te oderint, si teipsum laudas 498
multi thyrsigeri, pauci Bacchi 564
multitudo imperatorꝝ Cariam perdidit 174
multorum festorum Iouis glandes comedit 511
mueribus res agitur 429
muneribus uel dñ capiuntur 428
munerum animus optim⁹ 434
munerum corruptela 429
munus exiguũ, sed opportunum 600
munus leuidense 119
murẽ pro leone ostẽdit 224
muris circũcurrẽtibus 461
muris in morem 470
muris interitus 581
murus aheneus 133
mus albus 293
mus picem gustans 549
Musarum aues 197.231
musicam docet amor 47
muscas depellere 274
muscum demetere 204
muscæ 470
mus non ingrediẽs antrũ cucurbitam ferebat 18
muus non uni fidit antro 38.519
mustelæ seuum 506
mustelam habet 305
mutabilio Metra Erisichthonis 282
mutua defensatio 192
mutua persona 585
mutare uestem 363
muti citius loquentur 584
muti magistri 585
mutua defensio turissima
mut⁹ Hipparchion 586(103
mutus magis q̃ scapha 585
Myconiorum more 470
Myconius caluus 212
Myconius uicinus 336
Mylus omnia audiens 130
myosobæ 24
myrteã ambis coronã 149
μυσικτφί 122
Mysortitus es 310
Mysorum ac Phrygum termini discreti sunt 144
Mysorum postremus 72
Mysorum præda 606
Mysorum ultimus naufragat (596
μύτης 386

N

NAæra & Charmione 41
νανισοφεύεν 571
nam iam illi nõ sunt, atqui sunt, mali 229
nani 474
naribus trahere 334
naso suspendere 537
nasus 515
naturam expellas furca, tamen

men usq; recurrit 314
nauci non facio 111
naues onustæ cõuicijs 457
nauibus atq; quadrigis 199
nauiges Troœzenem 213
nauiget Antyciras 332
nauis annosa haudquaq;
nauigabit per mane 433
nauphracton tueri 55
nauson Naucrati 559
nauis aut galerus 52
ne à chytropode cibũ non
dũ sacrificatũ rapias 529
ne ad aures quidẽ scalpen
das ocium est 462
ne Aesopum quidem triui
isti 241 (538
ne allia comedas & fabas
ne allij quidem caput 113
ne altero quidem pede 66
ne Apollo quidem intelli-
gat 452
ne bestiæ quidem ferre pos
sent 424
ne bolus quidã relictus 345
ne bulæ in pariete 115
nebulas diuerberare 261
nec animans, nec inanime
464
nec apud homines, nec in
mari 448 (13
nec aures habeo nec tango
nec caput nec pedes 489
nec currimus, nec remiga
mus 489 (183
nec dignus qui me intueat
nec elephantus cibiberet 73
nec obulum habet unde re
stim emat 471
necessitas magistra 439
necessarium malum 48
necessitas molesta 442
ne cinerem uitans, in pru-
nas incidas 409
nec mulieri nec gremio cre
dendum 210
nec passim, nec omnia, nec
ab omnibus 527
nec sibi, nec alijs utilis 240
ne cuiuis dextrã iniecteris
nec uno dignus 111 (38
nectaris flos 367
ne capra contra leonẽ 187
ne contra bouem opta 632
nec crepitu quidem digiti
dignum 109
ne decima quidem Syracu-
sanorum pars 170
ne de lite pronuncies 89
ne depugnes in alieno ne-
gocio 35
ne dij quidem à morte libe
rant 440
ne Execestides quidem ui-
am inuenerit 488
ne genu quidem flexo 67
ne gladiũ tollas mulier 91
neglectis urẽda filix inna-
scitur agris 41
negocium ex ocio 501
negocium non aptum 482
ne gry quidem 581
ne gustaris qbus nigra est
cauda 126

ne guttam quidem 114
ne Hercules quidem aduersus duos 90
ne ignifer quidē reliquus est factus 346
ne incalceat⁹ in montē 598
ne in Melampygum incidas 161
ne in neruum erumpat 162
ne in pelle quidem 472
ne interapia quidē sunt 5
ne intra uestibulū qdē 405
ne Iupiter quidē omnibus placet 54
ne ligula quidē dignus 109
ne maior thylaco accessio 22
ne malorū memineris 450
ne magna loquaris 494
ne Mercurio quidem credere 141
ne mihi Suffenus essem 60
ne mihi uacuam abstergas 416
nemini fidas nisi cū q̄ modiū salis absumpseris 141
nemo bene imperat, nisi q̄ paruerit imperio 175
nemo bene meritō bouem immolauit, præter Pyrrhiam 316
nemo cogēdus amicus 442
nemo cogendus officiū causa 439
nemo læditur, nisi à seipso 407
nemo malus hoc sciet 140
nemo mortalium oīnibus horis sapit 220
nemo non insequitur 591
nemo quenquā publicare uita prohibet 359
ne moue festucam 64
ne mouēto lineam 358
ne musca quidem 571
ne My quidē facere audet 605
ne nimium callidum hoc sit modo 201
ne nomen quidem 132
ne nummus quidem plumbeus 113
Neptolemi uindicta 393
ne patris quidē nomē dicere possit 443
ne per somniū quidem 225
nephalia ligna 578
nephalium sacrum 576
nephasti dies 311
ne pictū quidem uidit 244
ne præceps fueris ad iurandum 597
ne pudeat artem 525
ne punctum quidem 145
ne puero gladium 162, 168
ne quære mollia, ne tibi cōtingant dura 226
neque cæcum ducem, neq; amentē consultorē 86
neq; cœlum, neq; terrā attingit 38
neq; compluitur, neq; sole aduritur 239
neque cum malis, neque fi-
ne

ne malis 48
neq; em ignari sumus 397
neq; Lydorum caricas 422
neq; mel neq; apes 299
neq; natare neq; literas 239
neque nulli fis amicus neq; multis 38
neq; pessimus, neq; primus 422
neq; terræ motus timet, neque fluctus 70
ne quicq; sapit, qui sibi non sapit 514
ne quid nimis 421
ne quid moueare uerbor. strepitu 69
ne quis unquam Megarensibus 326
ne quid suo suat capiti 401
ne ramenta quidem 114
nescis quid uesper serus uehat 279
nescit capitis & inguinis discrimen 326
ne si ad Iouis quidem aulam 361. 542
ne si bos quidem uocem edat 611
ne sis patruus mihi 365
ne spino quidem uulnerabit bonos 630
Nestorea eloquentia 196
Nestorea senecta 377
ne supra pedē calceus 422
ne sutor ultra crepidam 60
ne temere Abydum 161
ne tempestas quidem nocere possit 474
ne terra quidem iuuit 113
nec teruncium quidem insumpsit 111
ne tria quidem Stesichori nosti 239
ne uerba profarina 277
ne uestigium quidem 191
ne uia quidem eadem cum illo uult ingredi 465
ne uidit quidem oleum 242
ne uicies musicam 421
ne umbrā quidem eius nouit 113
ne uni naui facultates 160
ne unquam uiri senis 344
niger infamis 133 (323
nihil ab elephante differs
nihil ad Bacchum 31. 165
nihil ad fides 31. 165
nihil ad Parmenonis sucm 182
nihil ad rem 32
nihil ad uersum 31. 165
nihil agere 265
nihil aliæ ciuitates ad Crotonem 183
nihil cū amaracino sui 164
nihil differs à Chærephonte 314
nihil dulcius quàm omnia scire 130
nihil de uitello 575
nihil ex agro dicis 196
nihili cocio est 125
nihil graculo cū fidib. 164
nihil graue passus es, nisi tibi

bi uindicas 196
nihil homini amico est o-portuno amicius 561
nihil inanius quàm multa scire 330
nihil minus expedit quàm agrũ optimè colere 421
nil intra est oleã, nihil extra est in nuce duri 12
nihil potest, nec addi, nec adimi 484
nihil sacri es 114
nihil sanum ibi.
nihil simile 181
nihil profuerit bulbis 91
nihil recusandum q̃d donatur 434
Niobes mala 311
ni pater esses 131
ni purges & molas non comedes 299
nisi crura fracta fuerit 493
nisi si qua uidit auis 460
nocte lucidus, interdiu inutilis 11
noctes q; dies q; 66
nocuit & nocebit 159
noctua uolat 80
noctuæ laurioticæ 171
noctuinum ouum 534
nodũ in scyrpo quæris 131
nodum soluere 480
nolens uolens 349
nomine tãtum notus 244
non abiicit animum 69
non admodum misces 123
non absq; Theseo 91
non cedendum malis 69
nõ certatur de oleastro 163
non Chius, sed Cius 292
non cõtis aut ramulis 367
nõ curat numeros lupus 530
non decet principem solidam dormire noctẽ 573
non enim spinæ 509
non è quouis ligno fit Mercurius 432
non eras in hoc albo 534
non est beatus, esse qui se nesciat 127
non est cuiusuis Corinthũ appellere 139
nõ est curæ Hippoclidi 123
non est Dithyrambus, si bibat aquam 475
non est eiusdẽ & multa & opportuna dicere 232
non est laudãdus ne in cœna quidem 256
non est meum negocium, aut multum ualeat 36
non est oleũ in lecytho 129
nõ est remedium aduersus sycophante morsum 87
non filius Achillis 561
nõ habet cui indormi. 474
non idem sunt scriptura & Leucæus 289
non illi ineſt dentale 314
non impetam lingua 454
non incedit per ignem 607
non interpellandus fame ficus 198
non liberat podagra calce us

us 410
nõ licet in bello bis peccare 351
non luctu, sed remedio est opus in malis 33
nõ magis parcemus quàm lupis 129
nõ magis q̃ canem 112,464
nõ misfura cutem, nisi plena cruoris hirudo 590
nõ mouenda moues 618
nõ nauigamus ad Hippolaitas 513
nõ nauigas noctu 153
non nouit natos 244
nõ nostrum onus, bos clitellas 432
nõ omnes qui habẽt citharam, sunt citharœdi 565
nõ oĩa eueniũt quę in animo statueris 228
nõ oĩa possum⁹ oẽs 29,188
nõ omnibus cõtingit 140
nõ omnibus domio 569
nõ oĩno temerè est quod uulgò dictitant 503
nõ oĩs ferr oĩa tellus 31
nõ oportet hospitẽ semper esse hospitem 519
nõ persuadebis, ne fi pſuaseris quidem 142
non pluet, &c. 521
nõ pluris quàm simias 125
nõ possum nõ dicere 374
nõ potes Tethydem simul & Galateam amare 37
non probantis 132
non quantum luscinię dormiunt 153
nõ quiduis cõtinget quod optaris 632
nõ semper erit æstas 459
nõ statim decernẽdum 592
nõ statim finis apparet 205
nõ statuar leæna in machera 453
non sum ex istis heroĩbus 554
non sunt amici, amici quĩ procul degunt 41
nõ suscipiẽdum negocium temerè 597
nõ tam aqua similis aquæ 556
nõ tam lacti lac simile ibi.
nõ uidemus mãticæ quod in tergo est 493
nõ una uehit nauis 427
nõ una manu capere 152
nõ ut prior lædam, sed ut iniuriam retaliem 360
nõ uulgari anchora nitiẽ
nosce teipsum 419 (547
nosce tempus 500
nostræ farinæ 554
nostris ipsorum alis capimur 405
nostro marte 93
nota res mala, optima 396
notare ungui, notare carbone 131
notũ lippis ac tõsoribꝰ 491
nouacula in cotem 302
noua hirundo 251

noui Symonem, & Symonme 252, 560
nouit bona & mala 354
nouit hæc Pylæa & Tyttygias 533
nouit qd albũ qd nigrũ 354
nouit uias quibus effugit Eucrates 289
nouos parãs amicos, ne obliuiscere ueterum 37
nouum cribrum nouo paxillo pendeat 564
nox humida 86
nuces relinquere 436
nucleum amisi, reliquit pinori putamina 228
nudæ gloriæ 45
nudior leberide 471
nudior paxillo ibi.
nudo capite 257 (15
nudo uestimẽta detrahere
nudo mãdas excubias ibi.
nudus nec à centum uiris spoliatur 275
nudus tanꝝ ex matre 472
nugæ theatri 447
nugas agere 271
nulla candidorũ uirorum utilitas 607
nullam corporis partẽ habet ociosam, ne eã quidẽ qua uocẽ promit 526
nullã hodie lineã duxi 241
nullius coloris 242
nullius indigens Deus 173
nullo scopo iaculari 290
nullum animal, quod animal 391
nullum ocium seruis 462
nullus delectus 354
nullus dies omninò malus 133
nullus emptor difficilis bonum emit obsoniũ 574
nullus malus magnus piscis 499
nullus sum 138
numeris Platonicis obscurius 452
numerus 120
numero dicis 84
nummo addicere 112
nunc contingat seruari 157
nũc bene nauigaui, cũ naufragium feci 396
nunc diꝝ beati 627
nunc illa aduenit Dauidis cantilena 74
nunc in regionem ueni 22
nunc ipsa floret Musa 197
nunc ipsa uiuit sapientia 197
nunc leguminũ messis 599
nunc meę in arctum coguntur copiæ 488. 117
nũc pluit & claro, nũc Iuppiter æthere fulget 217
nunc tuum ferrum in igni est 458
nunquam efficies ut rectè ingrediantur cancri 246
nunquam enim meos boues abegerũt nec equos 360

nun-

nunquã ex malo patre bonus filius 468
nunquid & Saul inter prophetas? 166
nutricum more malè 531
nutrita q; renutu 499

O

OBedientia felicitatis mater 315.454
ὀβελίσκος 133
obelo notare 165
obijcere canibus agnos 151
obliuionis campus 410
obliquus cursus 291
obolo dignus 113
obsequiũ amicos, ueritas odium parit 373
ob textoris erratum 628
obtorto collo trahi 535.617
obturbas frustra uelut unda 272
obtrudere palpum 250
obuijs ulnis 370
occasione duntaxat opus improbitati uel malitiæ 314
occisionis ala 581
occultæ mufices nullus respectus 460
occultatæ manus 142
oculis magis habẽda fides quàm auribus 209
oculis ferre in finu, in capite 44
oculum excludere 617
oculus dexter mihi salit 79
octapedes 151
octipedem excitas 416
ocyor accipitre 288
oderint dum metuant 463
odi memorem compotorem 451
ὀδὶ pueros præcoci sapientia 205
odit cane peius & angue 466
odium agreste 463
odium nouercale ibi.
odium Vatinianum ibi.
o domus antiqua, quàm dispari domino dominaris 133
odorari 490
Oedipi imprecatio 189
œnoe charadram 408
œstro percitus 166
Oetæus genius 622
officere luminibus 178
officium humilius 430
officiũ ne collocaris in inuitum 442
ogygia mala 307
οἰκτρός 177
ὀλόλυξον 160
ollæ amicitia 44
ollæ ueſtigiũ in cinere turbato 451
olla lenticulam attigit 507
ollam alere 416
ollaris deus 139
ollas ostentare 265
ollas lippire 84
oleo incendium restinguere 394

oleo nitidus 230
oleo tranquillior 411
olet lucernam 152
oleum camino addere 394
oleum & operam perdere 264
oleũ in auricula ferre 495
oleum & ſalem oportet emere 601
oleum uendere 495
oliuam ne comedas 223
ominabitur aliquis te conſpecto 212
omiſſa hypera, pedem inſequeris 33
omiſſis fontibus conſectari riuulos 10
omiſſis nugis rem experiamur 23
omitte uatem 346
omne æs alienum cape, & mulcta 631
oñem facultatem indutus eſt 476
oñem iocere aleam 193
oñem mouere lapidem 192
omnem rudentem mouere 193
oñem uocem mittere 99
oñes attrahẽs, ut magnes lapis 400
oñes laqueos effugere 141 178
oñes ſibi melius eſſe malunt quàm alteri 515
omne tulit punctum 54
omnia chnaumata 608
oĩa eſculenta obſeſſis 441
oñia ex ſenẽtia cadũt 75
oñia idem puluis 559
omnia octo 482
oñia præter animam 474
omnia præclara dicis 137
oñia ſecunda ſaltat ſenex 500
omnia ſimilia 557
oĩa ſub unã Myconum 559
oñibus anteuertẽda uitæ cura 149
oñibus armis præſidiiſq; deſtitutus 130
omnibus neruis 99
omnibus ueſtigiis inquitere 106
omnibus unguiculis 493
oñi certaminis genere 100
oñi conatu inuadere 360
oñi deuorato boue, in cauda defecit 483
omni pede ſtandum 100
oñi pede eundem calceum inducere 34
oñi telorum genere oppugnare 99
omnis herus ſeruo monoſyllabus 119
omnium calculis 54
omniũ horarũ homo 572
oĩm ãs ſol uidet 128, 467
oĩm rerũ uicißitudo eſt 217
onobatis 254
onus nauis 435
opera Syloſontis amplargio 128
ope

operarij 249
operi incipiēti fauendum 319
oportet agrum imbecillio rem esse 424
oportet omnibus corydalis 322
oportet remum ducere, qui didicit 596
oportet testudinis carnes aut edere, aut non edere 50
oppedere, & oppedere contra tonitrua 126
optat ephippia bos piger, optat arare caballus 349
opta uicino ut habeat, magis autem ollæ 516
optima quidem aqua 179
optimū aliena insania frui 550
optimum condimētum fames 368
optimum non nasci 620
optimum obsonium labor senectuti 300
opus ad opus 511
oracula loqui 376
orci galea 74
ordinem deserere 613
Oresti pallium texere 275
origanum tueri 607
ornatus ex tuis uirtutibus 621
orphica uita 357
osce loqui 257
oscitante uno, deinde oscitat & alter 126
osculana pugna 220
os ineptiæ orationi 376
os infrene 233
os perfricare 257
ostiatim 477
ostium obdite prophani 461
ostrei in morem hæret 492
os sublinire 250
otiosus esto 543
ouem lupo commisisti 161
ouium mores 327
ouium nullus usus ibi.
ouo prognatus eodem 337
ouum adglutinas 264
ouum ouo simile 556

P

PActo opes 170
palmarium facinus 57
palmam ferre 614
palinodiam canere 435
palpari in tenebris 86
palumbē pro columba 277
Pamphili furtum 530
panagæa Diana 282
pandelecias sententias 62
panicus casus 158
panicis suffragium 352
panis lapidosus 72
pannus lacer 124
papæ Myxus 493
papyri fructus non postulat magnam spicam 94
paria facere 479
paries dealbatus 569

pari iugo 28
pardi mortẽ adſimulat 291
parieti loqueris 262
par pari 28
par pari referre 479
pariter remum ducere 102
parit puella etiam ſi malè uiro adſit 201
Parthi quò plus biberint 72
partitio non præfocatio 529
patrię fumus igni alieno luculentior 498
parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus 225
Parni ſcapula 589
paruo emptas carnes 577
paruus ſemper tuus pullus 47
paſtillos Rufillus olet, Gorgonius hircum 423
Patręcione calũniioſior 88
patris eſt filius 554
Patrocli occaſio 567
patroclo ſordidior 574
pauciloquus ſed eruditꝰ 83
pauper, ſed ingenioſus 473
paupertas ſapientiam ſortita eſt ibid.
Pauſone mendicior 476
pecunia abſq; peculio fragilis 95
pecuniæ obediunt oĩa 429
pecuniæ uir 172
Pecuniarũ cupiditas Spartam capiet, præterea nihil 532
pecunioſus damnari non poteſt 430
pedem conferre 23. 192
pedem ubi ponat non habet 479
pedere thus 497
pedetentim 591
pedibus in ſententiam diſcedere 54
pedibus trahere 184
pediculi Platonis 575
pedum uiſa eſt uia 249
pegaſo uelocior 200
perſius Babys tibia canit 302
pellem caninam rodere 455
Pellæa tunica 319
Pelopis talenta 170
pẽnas nido maiores extendere 60
Penelopes telã texere 264
peniciſſare 341
penſum perſoluere 613
περιπλόα 419
pepones 337
per antiquum diem 318
perdere naulum 346
perdicis crura 213
perdidiſti uinum infuſa aqua 71
perendinum uentum prædiſcere 110
per fluuium traducere 71
pergræcari 383
per haſtæ cuſpidem currere 163
per harma aliquid facere 448

peribis

peribis si non feceris 489
periculum proræ felis 158
periculosum est canem intestina gustasse 249
per ignem incedis 159
perierunt bona 138
perīt sus 265
περίγραμμα 415
per manus tradere 220
per medium annulū traharis oportet 306
per nebulam 452
per nebulā, per caliginem, per somnium 296
per parietem loqui 14
perplexus 488
perplexus animiq; confternati ibid.
perq; enses perq; ignem oportet erumpere 163
persæpè sacra haud sacrificata deuorat 529
per satyram 297
per tenebras q̄ apud querc̄um 309
pertinax contentio 28
per transennam inspicere 296
phaniæ ianua 58
Phalaridis imperium 128
phallus Deo 601
phani ostium 296
Phaselitarum sacrificium 578
phicidissare 338
philauti 497
Philippide tenuius 576
philosophari 599
Philoxenius crater 40
Phoci conuiuium 404
Phocensium amolitio 189
phœnice rarior 533
phœnice uiuacior 379
phœnicum pacta 284
Phormionis thori 222
Phrynondas alter 252
Phrynici lucta 277
Phryx plagis emendatur 333
pica certat cū luscinia 181
pica cum luscinia certat 8
pili non facio 118
pilos pro lana 277
pilus in medio 143
pingui mensura 371
pinguior lecytho 327
pinguis uenter non gignit sensum tenuem 499
pinus in morem 138.346
Pireus nō fert uasa inania 386
piscator ictus sapiet 191, 549
piscem natare doces 15
piscis eget sale 21
piscis nequam est, nisi recens 317
piscis primum à capite fœtet 469
piscis repositus 318
pistillo caluior 212
pistillo nudior 472
pistillo retusius 332
Pitana sum 220

pithon formosus 24
Placiadæ 622
placide bos 591
plaustra conuictis onusta 457
plena manu 370.512
plenilunio fiet 448
pleno gradu 155
pleno modio 371
plumbeo iugulare gladio 116
plures adorāt solem orientem quàm occidentem 45
plures Callicyrijs 590
plures triobolos, paucos est cernere uates 564
pluris est occultatus testis unus, q̄ auriti decem 142
plurium calculus uincit 90
plus aloës, quàm mellis habet 48
plus apud Campanos unguenti, quàm apud cæteros olei fit 180
podex lotionē uincit 314 410
pollicentis se promissa re præstiturum 208
Polycrates matrem pascit 26
Polypi 531
Polypi caput 48
Polypi mentem obtine 283 552
pomarius Hercules 119
ponere supercilium 55
pontificalis cœna 383
procellus Acarnanius 293
porcum immola 332
porcus Troianus 385
porrectis pedibus dormire 545
porrigere manus 94
porrò à Ioue atq; à fulmine 546
post acerba prudētior 550
post bellum auxilium 551
posteriorib. melioribus 540
post festum uenisti 593
post folia cadunt arbores 157
postica sanna 337
postico discedere 568
postillo nudior 472
post Lesbium cantorē 183
post Marathonem pugna 395
post principia 547
post rem deuoratam ratio 550
præbere uiros 216
prædiues 372
præmansum in os inserere 52
prematura mors 548
præmouere uenatum 205
præposterè 10
præsens absens 67
presentem fortunam boni consule 518
præsentem mulge, qd fugientem insequeris? ibi.
prestat canem irritare, quā anum

anum 548
præstat habere acerbos 25
p̃stat inuidiosum esse 349
præstat uni malo obnoxium esse, q̃ duobus 396
præter Sybillam leget nemo 140
præuertit ancoræ iactum Deus 228
preces armatæ 499
premenda occasio 458
premere pollicem 53
Prienensis iusticia 357
prima facie 105
primas iactare hastas 10
primas tenere. 150
primoribus labijs degustare 298
primum Aegina pueros optimos alit 320
primum apes abigẽdæ 542
primum Mars in filijs laudatus est 320
primum rectè ualere, proxima forma, tertio loco diuitiæ 81
princeps indiligens 295
principatus Scyrius 122
principes inter se noti 446
principium dimidium totius 4
principium, medium & finis 609
principum fauor necessarius 466
priscis credendum 206
prius antidotum quàm uenenum 14
prius duo echini amicitiã ineant 244
prius locusta bouẽ pariet 245
prius ouem lupus ducat uxorem 244
prius q̃ assa sit farina 14
prius q̃ gallus iterum cecinerit 201
priusquam mactaris exco rias 14
prius q̃ sortiaris cõmunia deuoras 533. 618
prius testudo leporem an teuerterit 245
proba est materia, si p̃bũ adhibeas artificem 300
pro bũficentia Agamẽnõnẽ ulti sunt Achiui 316
pro bonis glomi 236. 479
pro cæco exoculat⁹ est 395
Procridis telum 74
procul à pedib. equinis 546
procul ab auribus nuncius ueniat 136
pro Deo Caluariam 478
Prodico doctior 188
pro dignitate cuiusq; 149
pro elegãti medico malus poẽta 437
profectus ad Apaturia, redũt maio 593
profundum sulcum 376
prolixius Iliade 231
pro malo cane suem reposcis 277

prō mea uirili 99
Promeri canes 623
promus magis quām condus 372
Pronomi barba 212
properca ſcorpiū 277,316
propria uineta cædere 89
propriȝ nominis obliuiſci 450
prora & puppis 2
Proteo mutabilior 282
proteruiam fecit 511
protinus apparet, quę plātæ frugiferæ futuræ 107
prouoluit ad miluios 449
prudentia cum uiribus cōiuncta 523
prudēs in flammam mittere manum 402
pſecas aut ros 52
ψευδόπυρα ὅιοι τὰ σά 415
pſydracia 612
pſyra Bacchum 577
pſyrice facta ibid.
πτερυγίζειν 341
Ptolemaica lis 538
pudebat recuſare, & nō audebant ſuſcipere 524
pudor & metus ibid.
pudor in oculis 523
puer glaciem 404
pueri ſenesq; 467
pugnis & calcibus 361
pugno tenere 542
pulchrè dixti 26
pulchrè fallit uulpem 323
pulchorum etiam autumnus pulcher eſt 214
pulchrum ſepulchri elogio 57
pulmo priꝰ ueniſſet 298,596
puluerē oculis offūdere 86
Punica fides 286,486
punctum temporis 620
purgatis auribus 67
purior clauo 292
purpura iuxta purpurā diiudicanda 354
purus putus 564
puſillus quātus Molon 500
putre ſalſamentū amatorium ganum 433
Pygmeorum acrothinia coloſſo aptare 433
pyrauſtę gaudes gaudiū 402
pyrauſtæ interitus 409
pyrrhandri cōmentum 288
pyrrhichē oculis p̄ ſe ferre ibid. (366

Q

QVadra ppria 470
quadratꝰ hō 484
quæ apud inferos (609
quæcunq; in ſomnio uidentur 632
quæ dantur 518
quę diuinitus cōtingūt 81
quæ dolent moleſtum eſt contingere 412
quæ ex antiqua 310
quæ non poſuiſti ne tollas 358
quæ quis ipſe facit 497
quærendæ facultates deinde

deuirtus 476
quærens obsonium ueſtem perdidi 226
quæ ſemel ancilla, hunquã hera 169
quæ ſerò contingunt, ſed magnifica 596
quæ ſub alis fiunt 340
quę ſupra nos nihil ad nos 35
quæuis terra patria 82
qualis hera talis pediſſequa 558
qualis uir talis oratio 107
quàm apes apũ ſimiles 556
quàm curat teſtudo muſcas 111
quàm facilè uulpes pyrum cõmeſt 507
quã in tragœdia Comici 11
quam quiſq; nouit artẽ, in hac ſe exerceat 597
quãdo id fieri non põt 517
quanq; non dixeris tamen apparet è pelle 197
quãta mus apud Piſem 192
quanta uix cœlo capi poſſint 444
quanti pedibus potes 203
quanto aſinis præſtantiores muli 182
quantum habet 172
quantum non miluus oberret 171
quarta luna nati 36
quaſi millus cani 547
quaſi Sutrium eant 277
quatuor obolis nõ æſtimo 115
quauis re dignus 147
quẽ fortuna pinxerit 504
quem mater amictum dedit, obſerua 606
queruli in amicitia 43
qui amãt, ipſi ſibi ſomnia fingunt 633
qui arat oliuetum 300
qui bene conĩciet, hunc uatẽ perhibeto optimum 520, 106
quib. nec ara nec; fides 288
qui canẽ alit externũ 316
qui circa ſalẽ & fabam 41
qui continet arcanum 584
qui conturbat omnia 425
quid Achiuos à turre iudicatis? 547
quicquid in linguam uenerit 234
quicquid in buccam uenerit ibid.
qui cum contemptu uitę in uadunt 70
quid ad Mercurium? 31
quid ad farinas ibid.
quid cæco cũ ſpeculo? 165
quid cani & balneo? ibid.
quid de puſillis magna procœmias? 345
quid diſtẽt æra lupinis 144
qui domi compluitur 242
quid niſi uictis dolor? 616
quid non fies, profectus Atbelas? 633
quid opus erat longis cane

re tibijs? 265
quid primum & ultimum? 48
quid si cœlum ruat? 248
quid randem non efficiant manus? 300
quid tibi Apollo cecinit? 449
qui egent lucerna, infundunt oleum 235
qui eget, in turba uerſetur 476
qui iure perierunt 346
qui inſpuerit in cauernam formicarum 399
qui modus equitum? 446
qui multa rapuerit, pauca ſuffragatoribus dederit ſaluus erit 429
qui multum obfuit 438
qui nihil litigat cœlebs eſt 211
qui nimiũ properat, ſerius abſoluit 203
qui non zelat, nõ amat 47
qui obticeſſit 584
qui omni in re & omni in tempore 256
qui paratus ad reſiſtẽdum 416
qui poſſum ab hoc epulo abeſſe 369
qui prior læſit 628
qui probus Atheniẽſis 186
qui quæ uult dicit, quæ nõ uult audiet 393
quis aberret à ianua 1
qui ſemel ſcurra nunquam paterfamilias 314
qui ſeſe nõ habet, Samum habere poſtulat 17
quis parẽtem laudabit, niſi infelices filij? 134
quiſquis is fuerit 143
quiſquis tardè uenit ad cœnam 593
qui ſunt apud inferos terriones 450
qui uſus cepis putridi? 124
qui uitat molam, uitam farinam 299
quoad uixero 547
quocunq; pedes ferent 51
quocunq; in ſolum uenit 5
quod alijs uitio uertas, ipſe ne feceris 360
quod adeſt, boni cõſule 518
quod alibi diminutum, ex æquatur alibi 30
quod alius cõdiuit coqu⁹, aliter condiam 220
quod datur 518
quod dedi datũ nollem 550
quod factum eſt, infectum fieri non poteſt 440
quod in corde ſobrij, id in lingua ebrij 375
quod index auro, id aurum homini 382
quod nõ eſt opus, aſſe charum non eſt 110
quod pulchrum idem amicum 283
quod rectè datum eſt 370

quod

quod ſcis, neſcis 563
quod uolumus ſanctũ eſt 493
quod utile honeſtum, quod aũt noxiũ turpe 524
quò properas, nũ ad Ephebum? 188
quo ſemel eſt imbuta 315
quos non tollerent centum Aegyptij 425
quò terrarum raperis(33
quò tranſgreſſus 89
quot homines, tot ſententiæ 29
quot ſeruos tot hoſtes 142
quum adſit uia, ſemitã quæris 605
quum adſit urſus, ueſtigia quæris 604
quum aqua fauces ſtrangulet 11
quum ceſſat Boreas 600
quũ Delphis ſacrificauerit ipſe carnes abſumit 431
quum licet fugere, ne quære litem 463
quum mula peperit 447
quum ſis nanus, cede 185
quum uterq; concedit alteri 453

R

Radit uſq; ad cutẽ 535
ranæ aquam 7
rana cũ locuſta 178
rana Cyrina ſapientior 325
ranarum more bibere 73
rana ſeriphia 585
ranis uinum præminiſtras 431
rapina cotycis 528
rara auis 534
rectam ingredi uiam 357
recto pectore 206
reddidit Harpocratem 586
refricare cicatricẽ 361.396
refutãtis laudem immodicam 25
regia uaccula 147
reiicientis autorem formidinis 216
relinque quippiã & Medis 511
rem acu tetigiſti 22.107
rem factam habere 543
rem factam ſtultus cognouit, piſcator ictus ſapiet 191
remis uelisq; 99
rem nouam aggredior 100
re opitulandum nõ uerbis 93
rapariazare 286
reperire rimam 178
repperit Deus nocentẽ 622
reprehẽſio cogitatiõis 436
res ad triarios rediit 194
res Cannacæ 318
res eſt in cardine 160
res indicabit 191
res in foro noſtro uertitur 219
Reſpublica nihil ad muſicum 34
Reſpublica uirũ docet 393
res ſacra conſultor 108

reti uentos uenaris 262
rex aut asinus 193
Rhadamanteum iudicium 207.356
Rhadamanti iusiurãdum 507
Rhamnusia Nemesis 625
Rhamnusius 357
Rheginis timidior 603
Rhodiorum oraculum 690
Rhodij sacrificium 437
risus Ionicus 385.536
risus Megaricus 536
risus syncrusius ibid.
risus Chius ibid.
Romanus sedendo uincit 591
rore pascitur 575
rosam cum anemona confers 179
rosam quæ præterijt, ne quæras iterum 343
Roscius 149
rudem accipere 484
rude donare ibid.
rudentes & remos cum armis commutauit 436
rudius ac planius 491
ruminare negocium 151
rumor publicus non omino fruſtra est 445
rupta ancora 313
ruris frons 152
rus ciuitas 618
rusticanum oratorẽ ne cõtempseris 121
ruta cæsa 609
ξυποκόνδυλος 579

S

Sacer manipulus 71
sacer piscis 323
sacietas ferociã parit 171
sacra celeri9 absoluẽda 202
sacra hæc nostra nõ aliter constat 602
sacrã ancoram soluere 194
sacra nihil sunt 579
sacrum sine fumo 578
sæpe etiam est holitor opportuna locutus 220
Saguntina fames 474
Salaminia nauis 200
sale emptũ mancipium 118
salem & fabam 564
sale & aceto 572 (41
salẽ & mẽsam ne prętereas
sal & mensa 39
salem & caseum edere 224
salem lingere 223
sale nihil utilius 82
salem uehens dormis 573
sale perun&9 hic adiuuabitur 384
saliares dapes 582
salis onus unde uenerat, illuc abijt 626
saliuam imbibere 314
salillum animæ 610
salsitudo non inest illi 329
salsuginosa uicina 410
saluete equorũ filiæ 23.430
sambucam citius 246
Samij literati 553
samij

ſamij mores 88
Samiorum flores 336
Samiorum laurea ib.
Samioꝝ mala metuis 414
Samium comatum 336
ſanguine flere 365
ſanior eſt piſce 539
ſapiens diuinat 519
ſapiens non eget 520
ſapiẽs ſua bona ſecum fert 75
ſapientes tyranni ſapientũ congreſſu 45
ſapiẽtia uino adumbratur 384
ſapientum octauus 147
Sardanapalus 336
Sardi uenales 77,590
ſardonius riſus 536
ſarone magis nauticus 366
ſarta tecta 485,542
ſarpedonium littus 97
ſatis quercus 509
ſatius eſt recurrere, quàm malè currere 550
ſatiꝰ eſt initijs mederi, quã fini 551
Saturniæ leme 84,336
Saturni podex 324
ſaxum uolutum nõ obducitur muſco 66
ſaxum uoluere 271
ſcabioſior leberide 62
ſcarabei umbræ 117
ſcarabeo citius perſuaſeris 398
ſcarabeo nigrior 503
ſcarabeus aquilã quęrit 623
ſcarabeus citius faciet mel 245
ſchœnicolæ 230 (
σκιαμαχεῖν 266
ſcindere glaciem 5
ſcindere penulam 238 (228
Scipioni arundineo inniti
ſcit quomodo Iupiter duxerit Iunonem 130
ſcopæ diſſolutæ 555
ſcopas diſſoluere ibi.
ſcopum attingere 107
ſcraptæ 117
ſcrupulum inijcere 607
σκύτη βλίττε 571
Scytha acciſſans aſinũ 570
Scytha malus 64
Scytharum oratio 62
Scytharum ſolitudo 571
ſecum uiuere 420
ſecundis uentis 73
ſecundo æſtu 75
ſecurim inijcere 400
ſedecim pedibus ſuperauit
ſedens columba 411 (182
ſeiuncta ſunt Merrhę & Siloam fluenta 144
ſeliſſare 61
ſemel rubidus, ac decies pallidus 634
ſemiſſis homo 108
ſemper affert Libya mali quippiam 288
ſemper Africa noui aliqd adportat ibid.
ſemper agricolain nouum annum diues 227

ſemper aliquis in Sydonis domo 238
ſemper graculus aſſidet gra culo 556
ſemper feliciter cadunt Io uis taxilli 75
ſemper Ilio mala 308
ſemper Leontini iuxta po cula 383
ſemper me tales hoſtes in- ſequantur 109
ſemper rubidus, ac decies pallidus 634
ſemper ſeni iuuenculã ſub iſce 30
ſemper ſimilem ducit Deus ad ſimilem 556
ſemper ſuperioris anni me liora 633
ſemper tibi pendeat hamus 191
ſemper uirgines furiæ 622
ſenecta leonis præſtantior hinnulorꝝ iuuẽta 179
ſenem admonere 276
ſenem erigere 551
ſeneſco ſemper multa addi ſcens 522
ſeneſcit bos 381
ſenes mutuum fricant 478
ſenis doctor 276, 273
ſenum prudentia 522
ſenex bos non lugetur 380
ſenex pſittacus negligit fe- rulam 276
ſenis mutare linguam 276
ſeptem conuiuium, nouem conuitium 96
ſeptennis quum ſit, nõdum edidit dentes 333
ſeptimus bos 117
ſequitur ſeptam Perca 558
ſera in fundo parſimonia 550
ſerenitati nubem inducere 16
ſerere ne dubites 300
ſerò Iupiter diptheram in ſpexit 622
ſerò molũt deorꝝ molę 631
ſerò ſapiunt Phryges 548
ſerò ueniſti 551
ſerò ueniſti, ſed in colonũ ito 551, 593
ſerpens niſi edat ſerpẽtem draco non fiet 532
ſerpentis oculus 490
ſeruabis bouem 191, 311
ſeruatori tertium 482
ſeruilis capillus 256
ſeruire ſcenæ 551
ſeruorum ciuitas 118
ſeruum haud ueho 54
ſeruus ſeruo præſtat, domi nus domino 185
ſeruus quum ſis, comam ge ris 169
ſexagenarios de ponte de iſcere 379
ſibi canere 516
ſibi malum repperit 403
ſibi parat malum, qui alte ri parat 400
ſi bouẽ non poſſis, aſinum agas

agas 518
Sibylla uiuacior 379
si caseum haberem, non desiderarē obsonium 223
sic est ad pugnæ partes, reperacta ueniendum 594
si coruus posset tacitus pasci 234
si crebrò iacias, aliud alias iecceris 279
siculissare 384
siculus miles 118
sicyon arrodēs, uxor lacernam texe 223
si Deus uoluerit 94
signū bonū aut malum 106
si iuxta claudum habites, subclaudicare discs 126
Sileni Alcibiadis 565 (410
silentij tutum præmiū 583
si leonina pellis non satis est, uulpina addenda 290
si meus ille stilus fuisset 482
simia barbata seu caudata 557
simia est simia, etiam si aurea gestet insignia 214
simia fucata 566
simia in purpura 167. 214 568
simia non capitur laqueo 288
simiarum pulcherrima deformis est 214
simile gaudet simili 555
similes habent labra lactucas 557
similes uidētur captiuis ex Pylo 572
similior ficu 557
Simonidis catilena 313
simulare cupressum 341
simul da & accipe 141
simul & misertum est & interijt gratia 317
simul sorbere & flare difficile 245
simul & dictū & factū 200
sinapi uictitare 362
sine canibus & retibus 94
sine capite fabula 235
sine Cerere & Baccho friget Venus 384
sine cortice nabis 93. 522
sine ope diuina nihil ualemus 91
sine pennis uolare haud facile est 246
sine riuali diligere 248
sine ut incolumis redeat 55
si non adsint carnes, taricho cōtentos esse oportet 517
sinopissas 339
siphniassare 338
si quid mali in Pyrrhā 136
si quis iuxta ciuitatem clypeus 295
siren amicum nunciat, apis hospitem 449
Sisyphi artes 288
sii tanti uirum quanti margaritum 181
si tibi amicum, nec mihi inimicum

micum 54
si tibi machæra est, & nobis est domi urbina 415
si tu proreta 465
si uinum postulet pugnos illi dato 278
si uultur es, expecta cadauer 237
smaragdus in luce obscurus 23
Socratis callus 607
solæ Lacenæ uiros pariunt 216
solem adiuuare facibus 18
solido è clibano boues 389
soli lumen inferre 7
solus currens uicit 614
solus sapit 184
somnium 611
somnum non uidit 153
somnus abfit ab oculis 153
sontica causa 442
Sophocles, Laudicini 56
sortem & usuram persolue re 629
sotherichi lecti 119 (454
spæram inter sese reddere
spæra per præcipitiũ 506
Spartæ serui maximè serui 553
Spartam nactus es, hãc orna 552
sphithama uitę 620
sphondyla fugiens pessimè pedit 292
spem precio emere 227
spes alunt exules 580
spes seruat afflictos ibi.
spes tenuis ibi.
spirat Cæcias 537
spõde, noxa præsto est 392
spongia corrigere 132
spongia mollior 411
sponsi uita 336
spontanea molestia 401
squillas à sepulchro uellas 332
stateram ne transgrediare 320
statuam faucibus colas 247
statua taciturnior 586
stellis obsignare, obelonotare 106
Stentore clamosior 97
sterilem fundum ne colas 263
sterilior Agrippo 476
σκνιῶσαι 392
strumam dibapho tegere 238
strychnum bibit 332
stupa seniculus 621
stupidior praxille Adonide 333
stultitia est, putare Iouem esse 335
stultior Corœbo 333
stultior Melitide 326, 516
stultior Morycho 35, 333
stulto ne permittas digitũ 335
stultus, qui patre cęso, liberis pepercit 627
stultus stulta loquitur 562
suade

ſuade lupis ut inſaniãt 507
ſuadeo quod ipſe facturus eſſem 108
ſuam quiſq; homo rem me minit 516
ſub aliena arbore fructũ
ſub cultro liquit 156 (96
ſubfugus homo 553
ſubditiuſes 443
ſubtitò alius 438
ſubitũ remediũ piculi 502
ſublata lucerna, nihil inter eſt inter mulieres 210
ſub manu naſci 553
ſubuentanea parit 612
ſuccisiua opera 153
ſuem irritat 407
ſui cuiq; mores fingũt fortunam 630
ſui diſſimilis 438
ſummam manũ addere 481
ſummaria indicatura 229
ſumma ui defendere 94
ſummis ingredi pedib⁹ 461
ſummis labijs 297 (596
ſummis unguib. ingredi 58
ſummis uti uelis 100
ſummis narib. olfacere 298
ſummo pede 297
ſummum cape, & medium habebis 423
ſummum faſtigium imponere 481
ſummum ius ſumma iniuria 535
ſummũ ſuere centonẽ 484
ſuo ipſius indicio periit ſo rex 398
ſuo ipſius laqueo capt⁹ eſt ibid.
ſuo iumẽto ſibi malum accerſere ibid.
ſuo quiſque ſtudio gaudet 496
ſuo ſibi hũc iugulo gladio, ſuo telo 398
ſuperatus es à gallo quopiam 264
ſuperauit dolum Troianũ 485
ſupercilium ſalit 82
ſuper te hæc omnia Lepage 627
ſupremum fabulæ actũ addere 481
ſurculum defringere 296
ſurdaſter cum ſurdaſtro litigabit 559
ſurdior Toronẽo portu 583
ſurdior turdo ibid.
ſurdo fabulam narras 267
ſurdo oppedere ibid.
ſurſum ac deorſum 100
ſurſum uerſus ſacros fluminum feruntur fontes 245
ſus acina dependens 622
ſus cum Minerua certamẽ ſuſcipit 8
ſus in uolutabro cœni 351
ſus Mineruam 7
ſuſpendio deligenda arbor
ſuſpenſa manu 298 (138
ſus per roſas 339

ſusq; deq; 110
ſus ſaltauit 11
ſus ſub fuſtem 157
ſuſtollere manus 363
ſus tubam audiuit 362
ſutorum atramentum 503
ſuũ cuiq; pulchrũ 29. 496
ſuus cuique crepitus bene olet 496
Sybariſſare 385
Sybaritica mala 309
Sybarica menſa 387
Sybaritæ per plateas 58
ſycophanta 86
Syculus omphacizat 205
ſydera cœlo addere 21
ſyloſontis chlamis 237
ſyncerum uas incruſtare 13
ſyncretiſmus 43
ſyrbenæ chorus 538
Syracuſana menſa 587
Syrus quum non ſis, ne ſyriſſa 166

T

TAcitè ſtomachari 350
Tacito pede 562
taciturnior pythagoreis 597
Tænarium malum 308
talaria induere 199
talia gignit bellum 400
talpa cæcior 85
talum reponere 436
tam in procliui quàm imber 508
tam multa quàm ſapiẽs 231
tã perit quàm extrema fa-ba 308
Tanagræus cœtus 323
tangere hulcus 361
tanquam ad aram 194
tanq; Argiuũ clypeũ abſtulerit ita gloriatur 59
tãquam Chalcidica nobis peperit uxor 211
tanquã conchilium diſcere 124
tanq; de narthecio 508
tanquam de ſpecula 510
tanquam heros in clypeo excipere 95
tanquam in phiditijs 223
tanquam in ſpeculo. Tanq; in tabula 491
tãquam meum nomen, tanquam digitos 412
tanquam ſuber 233
Tantali horti 611
Tantali lapis 571
Tantali pœnæ 579
Tantali talenta 171
taurum tollet, qui uitulum ſuſtulerit 66, 134
tauricum tueri 364
tecum habita 420
teipſum inſpice 498
teipſum laudas 497
teipſum non alens, canes alis 18
telenicia echo 233
Telenico pauperior 472
telluris onus 120
tempeſtas rerum 301
tempus omnia reuelat 295

temulentus dormiens non est excitandus 361
tenedia bipennis 480
Tenedius homo 353
Tenedius patronus ibi.
Tenedius tibicen 252
teneri calidis balneis 387
tenrantes ad Troiam perue nerunt Græci 195
tenui filo 418
tenuis spes 339
tenuiter diducis 579
ter 377
Termeria mala 393
ter abstergere 410
Terebintho stultior 335
terra amat imbrem 554.
terra defossum habes 460
terræ filius 443
terræ intestina 326
terra mariq; 101
terra mihi prior dehiscat 192
terram pro terra (136
terram uideo 587
terra uolat 246
tertium caput 52
testaceum flagellum 191
testa collisa testæ 614
testudinem equus insequitur 181
testudinem pegaso compa ras 179
testudo intra tegumen tuta est 542
testulæ transmutatio 216
tetigit lapidem à cane mor sum 538
Teuthidum more 607
thasium infundis 170
tharich⁹ assus est simulatq; uiderit ignem 508
Thassus bonorum 77
Theagenis hecateum 389
theagenis pecunię 443.477
Theocrines tragicus 86
thesaur⁹ carbones erãt 224
Thericlei amicus 383
Therſitæ facies 214
Thessala mulier 211
Thessalorum commentum 284
Thessalorum alæ 384
Thraces fœdera nesciũt 185
Thracium cõmentum ibi.
Θρᾴττειν 485
thynni more 150
thurium lema 215
thynnissare 362
thymbra uictitãt 562. 213,543
tibiam tubæ comparas 182
tibicen uapulat 528
tibicines mente capti 325
tibicinis uitam uiuis 337
timidi mater nõ flet 521.547
timidi nunquam statuerũt trophæum 602
timidiores, pspiciente ibi.
timidior Pisandro ibid.
timidus Plutus ibid.
tineas pascere 108
tinctura Cyzycena 524
tinctura Sardonica ibid.
Tiresia cæcior 85
Titanas imploras 92

Tiranicus aſpectus 364. 608
Tithymallus Laconicꝰ 109
Tithoni ſenecta 378
Tirio adignem 507
titiuillitium 113
Titius 19
tollat te qui non nouit 534
tolle digitum 616
tolle calcar 416
tollendæ mali occaſio 458
tolle tolle mazan quàm ocyſſimè ſcarabeo 577
tollere cornua 55
tollere criſtas ibid.
tota erras uia 1
tota hulcus eſt 424
toto cœlo errare 1
toto corpore 493
toto organo 5
toto pectore 100
totum ſubuertere 346
totus echinus aſper 63
trabs in omnibus 141
tradere prouinciam 485
tradūt opas mutuas 92. 103
tragicè loqui 494
tragicus rex 134
tragicum malum 305
tragicum tueri 364
tragœdias in nugis agere 344
tragulam inijcere 322
tranquillo quilibet gubernator eſt 76
tranquillum æthera remigas 279
tranſuerſum agere 440
tredecim cubitorum 328
trepidat in morem galli cuiuſpiam 606
tria cappa peſſima 253
tria ſaluberrima 539
tribus bolis 83
tribꝰ minis inſumptis, duo decim imputat 573
tribus uerbis 84
tributis potiora 382
tricæ apinæ 115
triceps Mercurius 52
triſtis litera 131
triſtis ſcytale 364
triū dierū comeatum 476
trium literarum homo 115
trochi in morem 281
trutina iuſtius 156
τρυγόϛειοι 572
tuam ipſius terram calcas 143
tuas res tibi habeto 155
tua res agitur paries cùm proximus ardet 150
tu in legione, ego in culina 169
tuis te pingā coloribꝰ 454
tunica pallio prior eſt 514
tunc canent cygni cum tacebunt graculi 196
tunicati 474
tuo te pede metire 56
turdus ipſe ſibi malum cacat 464
turpe ſilere 309
turpis iactantia 494
turture loquacior 231
tuſſis

tussis pro crepitu 566
tute hoc intristi, tibi omne est exedendum 404
tute lepus es, & pulpamentum quæris 20
tuũ tibi narro somnium 11
Tyria maria 607

V

VAcuam inhabitare 266
uadimonium deserere 442
ualeat amicus cum inimico 145
uale charum lumen 98
ualere pancratice 539
uallus uitem decepit 222
uapula papyria 111
uasis instar 328
uates secũ auferat omẽ 135
ubi amici ibi opes 42
ubi cerui cornua abijciunt 448
ubi non fis qui fueris, non est cur uelis uiuere 219
ubi per harma fulgurarit 533
ubi paueris impera 421
ubi quis dolet, ibi & manũ habet 412
ubi timor ibi pudor 525
uel acumi inuenisses 153
uela uentis permittere 193
uel cæco apparet 491
uel capra mordeat nocentem 628
uelis equis& 200
uel hosti miserandus 305
uel Megaram usq; 392
uel muscas metuit præteruolitantes 603
uelocem tardus sequitur 8
ueluti è speculo 491
uelut in cratere 102
uelut umbra sequi 66
Venereum iusiurãdum 209
Veneris lac 367
Veneri suẽ immolauit 433
uenia primũ experiẽti 351
ueniat hospes quisquis pro futurus est 516
Venim⁹ ad summã lineã 3
uenter auribus caret 386
uenti campus 281
uentis tradere 451
uento loqueris 271
uentos colis 270
uentre pleno melior consultatio 198
uentrem mihi obijcis 386
uentres 386
uentus neq; manere finit, neq; nauigare 437
uera fronte 376
uerba importat Hermodorus 390
uerberare lapidem 268
uerbis conceperis peierare 485
uerbis coquinarijs 23
uerbis pugnãs non re 606
uerecũdia inutilis uiro egenti 524
uer ex anno tollere 275

uer hyemem sequitur 560
ueriora ῆs q̃ apud Sagram acciderunt 208
ueritatis simplex orat. 374
uero uerius 376
uersatilis Artemon 62
uertere uela 435
ueruecea statua 331
ueru signare 133
uespa cicadæ obstrepens 8
uespertilio 281
ueste circũfers ignem 247
uestigῆs inhærere 564
uestigium ponere 419
uestis uirum facit 173
uiã qui nescit ad mare 517
uicti nõ audent hiscere 616
uictitant succo suo 576
uictoria 219
uictoria non incruẽta 612
uictus spinosus 353
uideberis, me uidẽs, planè Marcem uidere 56
uidere mihi labda 338
uinaria angina 72
uincula Thyrrhena 463
uindicta tarda, sed grauis 628
uino inscribere mulieris iusiurandum 471
uino uendibili suspẽsa hedera non est opus 61
uinum animi speculũ 375
uinum caret clauo 386
uinum senem etiã uel nolentem saltare compellit 388
uir fugiẽs & denuo pugnabit 604
uir fugiens haud moratur lyræ strepitum 200
uirgula diuina 74
uirgultea scaphula Aegæũ transmittere 8
uiri infortunati ꝓcul amici 44
uiri iureiurando, pueri talis fallendi 207
uiri senis astaphis caluaria 379
uiro esurienti necesse est furari 441
uiro Lydo negocium non erat, atipse foras profectus parauit 399
uiro seni maxillę baculus 381
uirtute duce, fortuna comite 82
uirtus gloriam parit 444
uirtus simplex 357
uirtutem & sapiẽtiam uincunt testudines 428
uirum improbum uel mus mordeat 628
uita doliaris 222
uita hominis peregrinatio
uita macerata 383 (621
uita molita 545
uita mortalium breuis 621
uitandæ potentum offensæ 630
uitiat lapidem longũ tempus 380

uitilitigator 455
uitiosa nuce non emam 115
uiua uox 175
uiuens uidensq; 308
uiuit, incende ignem 202
uiuorum oportet meminisse 451
uiuum cadauer 380
uiuum noueris 315
uiuum sepulchrum 380
uiuus fueris, uel cepe solũ accipiens 94
uixit dum uixit bene 387
ultra catalogum 378
ultra Epimenidem dormis 573
ultra fusum 378
ultra hyperbolum 393, 530
ultra pensum uiuit 378
ultra peram sapere 56
ultra res Callicratis 171
ultra septa transilire 32
ultrò citroq; 151
ultrò Deus suppeditat bona 96
ululas Athenas 290
Vlysses pannos exuit 438
Vlysseum commentum 289
Vlyssis remigium 256
umbræ 175
umbrã suã metuere 15, 602
umbra pro corpore 277
umbra territas 276
unà cum caniſtro 511
unà cũ ipſis manipulis 527 608
unà cum tẽplis & aris 608
una domus non alit duos canes 348
una hirundo non facit uer 106
unà lauabor 514
una pertica 508
una ſcutica oẽs impellit 505
undarum in ulnis 160
undas numeras 269
undecunq; lucrum capiũt 515, 526
unde excoquat ſeuum 172
unguis in hulcere 361
unica filia duos parare generos 49
unico digitulo ſcalpit caput 337
unicum arbuſtũ haud alit duos erithacos 347
uni cum duobus nõ eſt pugnandum 90
uno die conſeneſcere 548
uno digitulo 507
uno ore 54
uno faſce complecti 84
uno tenore 535
unum augurium optimum ueri patriam 216
unum ad unum 152
unus contra multos 91
unus Deus & plures amici 38
unus multorum inſtar 186
unus uir, nullus uir 90
uocatus atq; non uocatus Deus aderit 440

uolam pedis ostendere 414
uolantia sectari 271
uolaticum iusiurādum 288
uolens nolente animo 49
uolentem bouē ducito 442
uoluitur dolium 270
uoluptas fœda 341
uoracior purpura 530
uorare hamum 531
uorsuram soluere 271
uotum munificum 631
urbanus nihil æqui cogitat 359
urit absq; torre 462
usq; ad aras amicus 42
usq; ad raum 96
usuræ nauticæ 382
usus est altera natura 398
ut Bagas constitisti 335
ut canis è Nilo 203. 296
ut Corinthia uideris 338
utere curru, de afinis nihil laborans 35
uterq; ambo 124
ut fici oculis incūbunt 426
uti foro 552
ut herba solstitialis 620
utinam domi sim 157. 176
utinam mihi contingat ea quæ inter Corinthum & Sicyonem 631
ut in uelabro olearij 103
ut lupus ouem 46. 361. 495
ut luti baiuli 113
ut nunc sunt homines 135
ut Phidiæ signum 54
ut Phrygius amauit Pieriam 46
ut possumus quando ut uolumus non licet 517
utranq; paginam facit 148
utrem cedis 276
utrē mergis uento plenum 263
utrem uellis 259
utres Thylaci 386
utre territas 259. 256
utroq; nutans sentētia 49
ut sementē feceris, ita metes 480
Vulcanium uinculum 626
Vulcanus tibi uaticinatus est 449
uulgus suspicax 455
uulpes bouem agit 20
uulpes haud corrumpitur muneribus 430
uulpes non iterum capitur laqueo 351
uulpinari cum uulpe 560
uulturis umbra 530
uultu sæpè leditur pietas 39

X

Xenocratis caseolus 224

Z

Zaleuci lex 359
Zenone moderatior 599
zenonium est & lentum coquere 130
zoili 348. 455
zonam perdidit 474
ζοφοροδόρπιδες 594
zopyri talenta 171

FINIS.

DE CALVMNI.

Duo duos.

Menander

ὀβριὸς μαλίσκα τοῖς ποτηροῖς ἥδεται πράττει· ὁ κόλαξ
ὄρφιξα πάντων ἀκόλαστος. ὁ κόλαξ ὄνος ἀφόβητος ὁ κακοή-
θης ὁ ἰχθύδιον

Καλαμίσκος.

ἐγὼ σὰς ὄρφιν καὶ προσέχοντ' τὸ πέλαγος,
ἰχθὺν γὰρ οἶκόν τ' ὦ θεῶν σαυρίδιον.

BIBLIOTEKA * KÓRNICKA *

BIBLJOTEKA KÓRNICKA
14004

